

Narodna in univerzitetna knjižnica  
v Ljubljani

14635

2

14635. V. N. d. 1.



261



PRAXIS  
CONFESSORALIS  
ET EXPLICATIO  
PROPOSITIONUM DAMNATARUM  
à SANCTITATE D. N. PAPÆ  
ALEXANDRI VII. ET  
INNOCENTIJ XI.  
A U T H O R E  
P. F. JACOBO DE CORELLA Capucino  
SS. Theologiæ Lectore, ac Missionario Apostolico  
Provinciae Purissimæ CONCEPTIONIS Regni-Navarrensis  
SUPREMÆ COELORUM IMPERATRICI  
MARIÆ SANCTISSIMÆ  
DOMINÆ NOSTRÆ  
*AB EODEM DICATA.*

*Traducta ex Hispanico idiomate ad Italicum*  
à P. F. PETRO FRANCISCO DE COMO  
Capucino Provinciae Genuensis.

*Ac demum Latino idiomati tradita*  
à P. F. FRANCISCO MARIA Gradiſcano Capucino  
SS. Theologiæ Lectore, & Guardiano

S E C U N D A P A R S

Editio Prima.

*Permissu Superiorum, & Privilegio Sac. Cæs. Majestatis.*  
LABACI, Typis Joan. Georgij Mayr, Incl. Prov. Carn. Typogr. & Bibliopolæ.  
ANNO M. DCC. XIII.

ПЯКИ  
КОНФЕСІОНАЛІС

030033302

# INDEX TRACTATUUM, ET CAPITUM Secundæ Partis hujus Libri.

P Eroratio deprecatoria Autho-  
ris ad Sacerdotes, pag. 3

T R A C T A T U S XII.

De statu, & obligatione Sacerdotum.

Cap. 1. De Ordine, pag. 13

Cap. 2. De Titulo, aut patrimonio  
pro Ordinibus, pag. 26

Cap. 3. De Officio Divino, pag. 35

Cap. 4. De Sacrificio Missæ pag. 59

Pars 1. De diebus, horis, & jejunio  
necessario pro celebranda Missa,  
pag. 59

Pars 2. De decentia, & intentione  
ad Missam celebrandam requisi-  
tā, pag. 64

Pars 3. De Stipendio Missæ, pag. 78

Cap. 5. Exhortatio Sacerdoti con-  
fidenti facienda, pag. 95

T R A C T A T U S XIII.

De Officio, & statu Parochorum.

Cap. 1. De obligatione Parocho-  
rum residendi in eorum Paro-  
chijs, pag. 102

Cap. 2. De obligatione Parocho-  
rum prædicandi Evangelium, &  
docendi Doctrinam Christianam,  
pag. 106

Cap. 3. De obligatione Parocho-  
rum celebrandi Missam Populo,  
& pro Populo, pag. 114

Cap. 4. De obligatione Parocho-  
rum administrandi Sacra menta,  
pag. 123

§. 1. De administratione Baptismi  
sub conditione, pag. 123

§. 2. De administratione Sacramen-  
ti Pœnitentiae, pag. 127

Cap. 5. De obligatione, quam ha-  
bet Parochus erga suos subditos,  
quando sunt in periculo mortis,  
pag. 129

Pars 1. De obligatione, quam ha-  
bet Parochus exaudiendi con-  
fessiones infirmorum, & quo-  
modo in hoc se gerere debat,  
pag. 129

Pars 2. De modo, quem Parochus  
observare debet cum infirmis in  
administratione viatici, pag. 140

Pars 3. De modo, qui observari  
debet in administratione Extre-  
mæ unctionis, pag. 147

Pars 4. De modo, quem Parochus  
observare debet quo ad testa-  
mentum infirmi, pag. 154

Pars 5. De obligatione Parochi ad-  
juvandi suos Parochianos ad bo-  
nam mortem, pag. 160

Cap. 6. De Exhortatione facienda  
Parocho, quando confitetur,  
pag. 163

T R A C T A T U S XIV.  
*De statu Religioso.*

Cap. 1. De Ministro, cui Religiosi  
confiteri debent, pag. 167

Cap. 2 De Ministro, qui Religiosos  
à casibus reservatis absolvere  
potest pag. 171

Cap. 3. Notitia casum, qui com-  
muni-

# *Index Tractatum, & Capitum.*

muniter in Religionibus reser-	
vantur, pag.	179
Cap. 4. De voto obedientiae Reli-	
giose, pag.	184
Cap. 5. De voto Paupertatis Reli-	
giose, pag.	188
Cap. 6. De voto Castitatis Religio-	
se, pag.	192
Cap. 7. De alijs rebus particularibus	
ad statum Religiosum pertinen-	
tibus, pag.	199
Cap. 8. De aliquibus rebus specia-	
libus Monialium, pag.	204
Cap. 9. Bulla Papae Clementis X.	
prohibens Religiosis donativa,	
pag.	213
Cap. 10. Exhortatio facienda per-	
sonis Religiosis, pag.	214
TRACTATUS XV.	
De statu Ministeriorum Justitiae.	
Cap. 1. De statu Judicis, pag.	217
§. 1. De modo inquirendi super de-	
linquentes, pag.	217
§. 2. De jurisdictione, & sufficientia	
Judicis, pag.	224
§. 3. De modo procedendi in sen-	
tentijs, pag.	229
Cap. 2. De statu, & officio Advo-	
catorum, pag.	233
Cap. 3. De statu, & officio Procu-	
ratorum, pag.	244
Cap. 4. De officio Notariorum,	
Secretariorum, & Scribarum,	
pag.	249
§. 1. De Notarijs publicis, pag.	249
§. 2. De Secretarijs, pag.	256
§. 3. De Scribis, pag.	258
Cap. 5. De statu, & officio Refe-	
rentium, pag.	263
Cap. 6. De obligatione testium,	
pag.	264
Cap. 7. De obligatione Rei, pag.	
	274
Cap. 8. De officio, & statu Accu-	
satoris, pag.	286
Cap. 9. Stipendium taxatum, quod	
in Regno Navarrensi Leges Mini-	
stris assignant, pag.	288
Cap. 10. De irregularitate, quam	
incurrunt cooperantes in causis	
criminalibus sanguinis, pag.	290
§. 1. De illa, quam incurruunt Judi-	
ces, pag.	290
§. 2. De illa, quam incurruunt Ad-	
vocati, pag.	291
§. 3. De illa, quam incurruunt accu-	
sator, & denuntiator, pag.	292
§. 4. De illa, quam incurruunt testes,	
pag.	293
§. 5. De illa, quam alij Ministri in-	
currunt, pag.	293
Cap. 11. De exhortatione à Con-	
fessario facienda Ministris Justi-	
tiæ, pag.	294
TRACTATUS XVI	
De alijs Statibus, & Officijs parti-	
cularis.	
Cap. 1. De Officio, & statu Militis,	
pag.	298
Cap. 2. De Capitaneis, pag.	303
Cap. 3. De Medicis, pag.	305
Cap. 4. De Chirurgis, & Barbiton-	
foribus, pag.	315
Cap. 5. De Pharmacopolis, pag.	
	318
Cap. 6. Statuta Legum Navarren-	
sium	

# Index Tractatum, & Capitum.

	TRACTATUS XVII.
sium circa Medicos, Chirurgos, & Pharmacopolas, pag.	319
Cap. 7. De Officio & statu Merca- torum, pag.	320
Cap. 8. De Officio, & statu Sarto- rum, pag.	324
Cap. 9. De statibus, & officijs par- ticularibus, pag.	326
§. 1. De Pictoribus, pag.	326
§. 2. De Piscatoribus, & venatori- bus, pag.	327
§. 3. De Sutoribus, & alijs vendi- toribus in Republica, pag.	327
Cap. ult. Exhortatio pro movendo Peccatore ad dolorem de suis peccatis, pag.	328
	TRACTATUS XVII. <i>Appendix.</i>
Notitia, & explicatio viginti ex- communicationum Bullæ Cœ- næ, pag.	459
§. Advertentiæ generales circa hanc Bullam, pag.	459
Explicatio dictatum excommuni- cationum, pag.	462



(2.1)

-TR-

FA-



# APPROBATIO OFFICII EPISCOPALIS LABACENSIS.

Cum præsens Liber in duas Partes divisus, ac intitulatus : Praxis Confessionalis, & explicatio propositionum damnatarum à Sanctitate D. N. Papæ Alexandri VII. & Innocentij XI Au-thore P. F. Jacobo de Corella Capucino SS. Theol. Lectore, à P. Fr. Francisco Maria Gradiscano Capucino SS. Theol. Lectore & Guardiano in Latinum idioma translatus judicio Theologorum, à quibus ex Commissione nostra revisus fuit, nihil fidei orthodoxæ, aut bonis moribus adversum contineat, concedimus hisce licentiam, ut imprimatur. In quorum fidem &c. Ex Officio Episcopali Labaci die 27. Februarij 1713.

(L.S.)

JOANNES ANTONIUS Thalnitscher  
de Thalberg, SS. Theologiæ Doctor,  
Prot. Apostolicus, Cathedralis Ec-  
clesiæ Decanus, & Vicarius Genera-  
lis Labacensis.



# PERORATIO DEPRECATORIA,

In qua Author humili affectu hortatur Venerabiles Patres Sacerdotes ad zelum Christianum salutis Animarum.

*Et nunc Fratres, Quoniam vos estis Presbyteri in Populo DEI, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda illorum erigite. Judith. cap. 8. 21.*

1.  Umma qua vestram dignitatem prosequor reverentia (Venerabiles Ministri Altissimi) humi ad terram prostratus, linguâ pulveribus aspersâ alloquor vos officio Vices DEI gerentes super terram Progenies ad Cœlum electa, Augustum Sacerdotium, Gens Sancta, Populus acquisitionis Omnipotens.

*Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquisitionis : Fas sit meo obsequio vestrum excitare zelum, & meo zelo vestram implorare attentionem liceat.* 4. Petri 29.



**Deute. 32.**

2. Ascendamus cum Moyse: *ascende in montem istum: non quidem in montem Nebo unde terræ promissionis amētias lactis candoribus , ac mellis dulcedine redundantis detegebatur: qua lacte & melle manabat;* quandoquidem si ex altitudine Ecclesiæ spatioſam Christianitatis vallem proſpicimus cam- pos nec candidorum morum lacte dealbatos nec dulci virtutis melle madefactos videbimus. Ascendamus inquam, sed in montem Sinai, & exinde Populum DEI prævaricantem, inter mundanas voluptates perditum, veri DEI sui oblitum, & in profanis delitijs adulterantem cum Moyse intuebimus: *Vidit vitulum, & choros:* Ad Mundi anotomiam procedamus, si, quam infecta sint ejus membra agnoscere peroptamus.

**Exodi. 23.**

3. Vicos, & Plateas perlustremus, & hominem æternitatis immemorem tempori verò totaliter addictum, in eo diſcordiam, æmulationem, adhaſionem, tumultum, maledictionem, blasphemiam, juramentum contemplabimur. Ædes, & penetralia ingrediamur, ubi conjuges ad invicem crudeles, Filios Parentibus rebelles, hos in Filiorum educatione desides; famulos heris infideles, hos cum famulis asperos cernemus. Ad Justitiae Tribunalia tranſeamus, ibique dolum, affectionem deceptionem, justitiam venundatam, emptam gratiam, delicta impunita, iniquitatem protectam, latrocinia dissimulata, vota subornata inveniemus. Negotia & Mercaturas examinemus, & mendacium, ſupplantationes, cupiditatem, avaritiam, fraudem in mercibus, fictionem, & malitiam conficiemus. Aulam ingrediamur, à qua longe eſt sinceritas, cui familiaris eſt adulatio, inimica veritas, intolerabilis hujus revelatio; in ea præmiantur recomendationes, & merita non æſtimantur, perverſus triumphat, & justus derelictus ingemiscit: Sacra Templa viſitemus, & hoc, bone DEUS! Cœli Sanctuarium profanatum, Sacrum in profanum converſum, oculos ibi incautos, ne dicam impudicos, verba obſcena, ceremonias mundanas, aliásque abominationes comperiemus, quas silentio, ne verecundia offendatur, præterire expedit. Sacerdotes, si hujus Sanctuarij examen licet, adeamus: & quid videbimus? Angelos puritate? in amore Seraphim, in scientia coelesti Cherubin? in virtutum splendore ſoles? Elias in zelo? in ſpiritu Apostolico Paulos? in ſolitudine Anachoretas? Antonios, & Hilariones in pœnitentia?

tia

¶ ¶ ¶

5

ita esse deberet; & ita pietas præsumere debet; attamen Heu!  
Heu! lacrymatur D. Bernardus: Domine DEUS quia ipsi sunt in D. Bern.  
percussione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum di- ser. n. 24  
ligere, gerere principatum, arcem Sion occupaverunt; Non est super cant.  
jam dicere, ut populus, sic Sacerdos; quia nec sic populus, ut Sa-  
cerdos. Oh utinam non verificetur de aliquo assertum Helmef-  
sij. Et quid est Sacerdos sine scientia Divinæ Legis? Sepulchrum Helm. in  
patens, plenum immunditijs: puteus abyssi, laqueus mortis, rete cap. 12.  
diaboli, janua inferni, speculator cactus, eques sine equo, miles si- Luca.  
ne gladio, negotiator sine pecunia, agricola sine semine, avis sine  
alis, corpus sine anima, lucerna sine igne; mutus est, opprobrium  
hominum, & abjectio plebis.

4. Si de aliquo Sacerdote affirmari possit quod sit igno-  
rans Legis Divinæ, ac obligationis sui status inficius in sacro  
munere & Divino ministerio adimplendo negligens, immor-  
geratam vitam ducens; hic vere erit sepulchrum patens, abo-  
minationis intrinsecus occlusæ foetorem exhalans, erit puteus  
abyssi profundus in suarum pravarum passionum voragine sub-  
mersus: erit laqueus mortis, & satanæ rete animam suam cul-  
pis, eisque proximorum suorum malo exemplo illaqueans:  
erit porta inferni qui ad portas celi animas conducere debuisset:  
erit sicut vigilia cæca, quæ hostiles aggressus noscere, aut cam-  
pum sibi commissum defendere haud valet: erit velut miles sine  
armis, qui facile ab Adversario vincitur: velut mercator sine  
capitali pro nihilo reputatus; velut Agricola sine grano semi-  
nando, & consequenter sine spe colligendi: erit volucris sine  
alis, quæ cœlum versus volare non poterit: erit corpus sine ani-  
ma, fœtidum in vitijs, cadaver mortuum gratiæ, & virtuti:  
erit veluti candelabrum extinctum in Domo DEI non illumin-  
ans, sed molestans, erit demum ad suadendum bonum suo  
exemplo ineptus, & ad retrahendum à malo per doctrinam  
mutus, vilipendio populi ac gentium contemptui expositus:  
*Opprobrium hominum, & obiectio plebis.*

5. Pro tantæ morum stragis remedio Mundum relaxatum  
divexit Deus ter optimus Maximus pretiosi sui sanguinis in  
Sanctorum Sacramentorum fontibus depositi elixir vitæ dispen-  
savit: hæc sunt refugium malefactorum, salus infirmorum,  
medicina dolentium, succursus indigentium, thesaurus pau-



perum, subsidium mendicorum, in his denique Deus pro omnibus mundi malis medelam, vigilantiae Sacerdotum demandata curâ sanandi collocavit. Proh dolor! quod hæc Divina Sanctuaria turpiter profanentur! quot sunt qui indignè ad Sanctum Confessionis Tribunal accedunt? quia in permultis nulla aut modica est dispositio, examen conscientiae perfunctoriè instituitur, peccata sœpissimè velo excusationis absconduntur, necessariæ circumstantiæ non manifestantur, dolor de DEI offensa est valdè exiguis: proposita nimium debilia. Hæc veritas patet ex plurimis per integras annos in vitijs jacentibus. Res aliena, fama, & honor non restituitur, odium non deponitur, illicitæ correspondentiæ perseverant. Quot & quot Altissime Deus! Sacro Altari corde immundo appropinquant! quot & quot oh Longanimitas Divina! Sacrilegè velut Judas panem Angelorum summunt! Ah ne hoc contingat ex Confessariorum culpa, qui aut nesciant, aut nolint, aut obligationi suæ in Confessionalis Tribunalis satisfacere non studeant, & utinam hic tam modicæ dispositionis ad tremendum hoc Sacramentum reatus in ejus Ministros non redundet: *ex inordinata & indiscretione multitudine Sacerdotum* (ajebat S. Ambrosius) hodie datur contemptui Redemptoris nostri Venerabile Sacramentum, nam qui debuerant esse Vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Iudei.

*S. Amb. in  
Quod ser.*

6. Nonne miseranda tragedia hæc est, quod in Populo Christiano, tanta malitia, tanta abominatio, tot vitia videantur? quod peccatum tot habeat sectatores, virtus vero sit deserta? viæ Inferni frequentatæ, & Coeli semitæ adeo derelictæ ut ipsæmet conquerantur? *via Sion Lugent*, ed quod non sint, qui veniant ad solemnitatem: Angeli pacis afflitti lamentantur: *Angeli pacis amare flent*, dissipata sunt viæ, cessavit transiens per semitam: adeoque tartarei Ministri in solitudine semitarum

*Threnor.  
c. i. v. 4.*

cœlestium, & infernali frequentia exultant: *Plauerunt super te manibus omnes transeuntes per viam*: Sibillaverunt, & moverunt caput suum super filiam Hierusalem. Haccine est urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terra? Hiccine ajunt inimici Crucifixi! hiccine est populus ille Christianus tanto decore à Christo erectus? Hæccine est illa Ecclesia quam Deus ita speciosam & immaculatam plantavit? quomodo nunc ejus

mem.

membra adeo à culpa fœdata sunt? Hiccine est populus electus,  
Urbs desiderabilis, a suo primordio cœlis jucunda, terræ ad-  
mirabilis? Quonam pax à Filio DEI ante suum in cœlum ascen-  
sum Mundo demandata perexit? Ubinam paupertas spiritus, &  
humilitas, quas suo exemplo Christus Dominus suis fidelibus  
commendavit, dum tanta cupido, & ambitio in Catholicis  
cernitur? Ubinam puritas vitæ, Divinarum legum observan-  
tia, & obedientia præstita à Redemptore, qui factus est obe-  
diens usque ad mortem Crucis? quidquid conspicitur non nisi  
relaxationes, transgressiones & inobedientias redolet? Ubinam  
est reverentia rebus sacris, honor Divinis?

7. Verè & cordicitus est nobis lugendum propter omnium  
viarum corruptionem. *Omnis quippe caro corruperat viam suam Gen. 6.*  
*super terram;* Et quod tanta & talis fuerit versutia, invidia, & ars  
inimici ut omnem statum etiam sacram coinquinare, & foedare  
tentaverit: *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus. Threnor.*  
*Quare & unde adeo lacrymabilis strages? quia vident gentes in-*  
*gressas Sanctorum suum, de quibus præceperas, ne intrarent in*  
*Ecclesiam tuam:* quia ingressi sunt Ecclesiam illi, qui aforis stare  
debuissent, Sacerdotium suscepserunt qui in Laicorum statu ma-  
gis quadrasserint, super cathedram Confessionalis Confessarij  
absolventes indignos federunt: animarum cura concredita est  
ijs, quibus nec cura corporis demandari potuisset: Ecclesia re-  
gimen comissum est illis, qui nec pro domus gubernio idonei  
erant: Bonâ Venerabilium Superiorum veniâ dicam; *Si forte*  
*permittunt ingredi gentes in Ecclesiam DEI, de quibus præceperat,*  
*ne intrarent in eam.* Oh quam districtum judicium minatur Episco-  
pis, alijsque Prælati, sine negligentiū curam suam agant, & non op-  
portunè provideant saluti animarum, probando accuratè, an idonei  
sint, quibus Dominicum gregem pascendum tradunt. Pensata tru-  
tina astinent merita, aptitudinem, scientiam, pietatem Sacerdo-  
tum, an Confessorum partes adimplere valeant? An Sanguinem  
Christi participatio eorum manibus congruè dari possit.

8. Existimo multoties curam animarum demandari Mi-  
nistério tam sublimi ineptis, quia magis idonei ab hoc se onere  
subtrahunt, miror tamen quod hi non expavescant, & contre-  
mificant siquidem cum plures fructus pro Cœlo in confessionali  
aut pulpitū colligere possent, muneribus adeo excellentibus ex-



mera negligentia & incuria non vacant , frivolis prætextibus , & causis adductis pro tepiditate propria coloranda . Omnibus nota est parabola in qua Christus Dominus sicum infructuosam abscindi ac flammis tradi præcepit : *Succide ergo illam , ut quid etiam terram occupat ?* Hæc arbor ait Glosa Moralis , personas Ecclesiasticas à Deo in sua Ecclesia ad fructificandum plantatas indicat : *Per arborem fici significatur qualibet Persona in Ecclesia DEI plantata ut fructificet ibi.* Si hæc plantæ post studiorum & gratiæ DEI culturam fructus suos in animarum lucro non faciunt , sciant ipsis imminere prolatum Evangelicum *succide ergo illam , ut quid etiam terram occupat !* ac peccatorum ex eorum omissione & negligentia commissorum rationem Domino DEO ab ijs reddendam : *Sacerdotes , ait Magnus Chrysostomus , pro Chrysost. in populorum iniuitate damnantur si eos , aut ignorantes , non erudiunt , aut peccantes non arguunt.*

*D. Joan.*  
*Matth. in*

9. Ad vigilantiam hanc , solum animarum curæ , ex officio vacantes obligari dicent , cæteri verò se ab hoc onere fuisse im- munes ante Christi Tribunal respondebunt . At justus Judex nunquid replicare non poterit . Dic ò homo , pro salute animæ tuæ obligabar ne de coelo ad terram descendere ? inter angustias præsepij nasci , Mundum summo labore peragrare , dolores , injurias , contumelias , supplicia tormenta sufferre , ac demum inter tot cruciatus affixus mori ? Verè non : Igitur si ego ini- nitus Deus absque ulla obligatione tot , & tanta pro animæ tuæ cura percessus fui , tuæque saluti tam serio applicui ; quomodo de tua omissione excusationem afferre potes quod animarum saluti incumbere non obligabar ?

*Matth. c. 7.* Sententia tamen Christi innotescit : *in qua mensura mensi fueritis , remetiatur vobis :* nec sapiens & prudens ignorat huma- næ inconstantiæ fragilitatem eò usque devenisse , ut nemo à lapsu securus esse possit : teste S. Paulo : *qui se existimat stare , videat ne cadat , si ergo cadet ( quod absit ) Sacerdos curam animarum negligens , quidni & alios animæ suæ curam neglectu- ros ipsi formidandum erit ?* & quod Deus eadem mensura qua in proximi sui salute quærenda mensus est , remetiatur ei per- mittendo ob sua inscrutabilia judicia , ut in profunda peccati fovea pereat , qui peccatorem in eandem lapsum sublevare noluit ? *Quomodo babere poteris aliquos , qui te juvent , dicit S. Joan-*

*2. ad Co- rinth. 10.*

22

S. Joannes Chrysostomus, & liberent à manibus Diaboli, si quando ( quod absit ) cecideris? Audi Paulum ( considera te ipsum, ne & tu tenteris ) quasi diceret, si absque compassione, & misericordia fratrem præteris, forte, & te, si cecideris, alias similiiter prateribit.

10. De propria fragilitate dubito, dicent alij: me ipsum pro salvando proximo perdam? sub culparum pondere, à quo alios liberare tentavero, ipsem fortè decidam: Modica est mea habilitas, spiritus meus tepidus, fortitudo mea debilis, magna mea fragilitas, summa mea imbecillitas: si vix meæ, quomodo aliorum saluti vacare potero? Consultius est pro me animam meam salvare, quam pro alijs, & fortè non salvandis, eandem perdere? His omnibus prætextibus coloratis Dæmon Sacerdotes, ne animarum saluti incumbant, decipere solet; vel proprius amor tepiditatem suam tegere studet. Etenim licet tanta sit nostra fragilitas, & debilitas, valde tamen potens est DEI gratia, qua omnes pro ejus amore in animarum salute, ac peccatorum extirpatione intentos munit, & fulcit: Magna est quidem insufficiencia humana ad opera tam divina, major tamen est DEI potentia pro inhabilitate, & defectibus nostris supplendis: *Fiduciam talem habemus per Christum ad DEUM; non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quia ex nobis, sed sufficientia nostra ex DEO est, qui & idoneos nos fecit ministros, &c.* Præterea ipsamet sancta exercitia concionandi, instruendi, & administrandi sacramenta adeo efficacia sunt, ut non tantum ea fuscipientibus, verùm etiam ea administrantibus prosint; uti benè ponderat S. Damascenus: *Quemadmodum qui agrotantem unguento, vel alio pretioso oleo vult inungere, & prior ipse ungendo particeps est unctionis: ita qui pro salute proximi adhibito studio aliquid facit, primum sibi, deinde proximo prodest:* Qui balsamo ungit infirmum, fragrantiam patienti applicatam in se recipit, qui manibus pannum abluit, eadem aqua manus suas lavat, & qui igne comburit lignum de calore ignis manui propinquai participat; Igitur Sacerdos, qui confessionis balsamo poenitentes peccatores ungit, Sacramentorum aquis eorum maculas abluit, ac verborum fuorum igne sui proximi lignum incendit, absque dubio unguenti hujus pretiosi fragrantiam in se recipiet, animam suam salubribus his

i. ad Co-  
rinth. c. 3.

Damasc.

aquis mundabit, ac animabus ignem sacrum applicando cœlestem calorem in corde suo sentiet.

Non ergo de propria perditione est formidandum quando ex charitate aliorum lucro opera datur, nec de damnis animæ suæ obventuris cogitandum quando proximorum salus quaeritur; quandoquidem hoc idem esset ac cogitare quod cum remedio perdi, cum salute infirmari, cum aquis mundis maculari, cum igne frigescere, cum nive accendi, ac in planicie præcipitari possit. Qui in prælio pro tuenda vita à facie inimici fugiunt, & propriam & commilitonum vitam perdunt, sed si commilites reciprocè se se adjuvant, quilibet vitam suam per alienæ custodiam tueretur, ut S. Joannes Chrysostomus affat: *in prælio, ac expedita acie, qui sibi soli consulit miles, nec aliud respicit, quam quomodo possit fugiendo animam suam servare, is ceteros quoque milites secum ad perniciem trahit: quemadmodum, & contra, generosus miles, cum alios tutari conatur, se ipsum defendit.*

xi. Inæstimabilem animarum thesaurum in cuius lineamentis supremus Artifex Imaginem suam Divinam impressit magni faciamus; pulcherrimæ hujus figuræ à labe peccati denigrata consideratio cor nostrum affligat. Margaritæ hujus ingens est pretium, cum pro ea redimenda sui pretiosi sanguinis coralla Mercator Divinus effuderit. Plurimi æstimanda est hæc vinea, quam cœlestis Agricola tanto labore plantavit, saluberrima suæ doctrinæ aqua eam irrigando, ac sublimis sui exempli labore eam colendo, magni pendenda est hæc arx spiritualis ad cuius custodiam Angelorum exercitus assignavit; cœlum ipsum æstimat ejus valoris consciū. Infernus eam perseguitur ejus pulchritudinis invidus, DEUS maximo pretio eam redemit, quia ejus excellentiam noscit: & si propter illum Christum

D. Chrysost. sanguinem fudit, quid magnum tu facis, si per extortationem tuorum verborum jacentem eregas? exclamat D. Chrysostomus. Et nos Sacerdotes Confessionis Ministri pretiosam, & adeo admirabilem Margaritam nihili pendemus? Humiliter rogo, submississime obsecro, genuflexus deprecor, & per viscera Misericordiæ DEI nostri quantum mihi possibile est, hortor PP. Sacerdotes, ut huic glorioso muneri sollicitè incumbant, labori Confessionalis, in quo servitium tam gratum DEO, ac perutile peccatoribus præstare possunt, non se subtrahant: Mi-

niste-

nisterium hoc Christiano zelo non respectu humano aut terreno fine ducti exerceant; in hoc sacro Tribunali non celeriter, & perfunctoriè, sed sensim, pedetentim, & quietè assident, patienter peccata exaudiendo, propensè pauperculos, rusticos, idiotas, ac ignorantes examinando, impertinentias aliquorum toleranter sufferendo, omnésque ad vitiorum emendationem hortando, ac ijsdem deformitatem offensi summi boni, pulchritudinem gratiæ, quæ per peccatum amittitur, præmium animæ, gloriam ac poenam æternam, & super omnia immensam Omnipotens bonitatem, à qua propter vilem miseram, ac contemptibilem culpæ voluptatem recedunt objiciendo. Peccatorum statum tranquillè perpendant, ejusdem infirmitatem considerent, propter proximi sui peccata non terrefiant, lapsis compatiantur, benignè egenos excipient, medicamina opportuna præscribant, remedia curativa, præservativa, ac satisfactoria imponant, non asperè ac vultu severo cum ijsdem agant, sed per ampleri pusillanimes animent, obstinatos arguant, vitium reprehendant, Divinam Justitiam repræsentent. Perpendant salutem, aut damnationem animæ à bona vel mala Confessione, & utrámque ut plurimùm à Confessario dependere, innumerabiles quoque sacrilegè factas Confessionalis Ministris esse imputandas. Quando unius Confessionem exaudiunt protunc eidem soli vacent, nec cogitent plures alios esse exaudiendos, quia Dominus DÉUS ex eo quod paucos in die exaudiverint, rationem non petet, bene verò strictissimam exquireret, si officio suo non benè functi fuerint.

12. Si hoc modo in Confessionali Sacerdos se geret multa bona fratribus suis præstabit, & dum proximum suum à culpis liberare conabitur, proprias sibi à DEO remittendas jure merito sperare poterit; juxta dictum S. Jacobi: *Quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ saluabit animam ejus à morte, & operiet multititudinem peccatorum: animarum salus Confessarij opera obtenta gaudium ipsi in hac vita & præmium in altera aquiret.* D. Paulo affirmante: *Fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea.* Animæ indigentes exclamat, peccatorum sanguis suis clamoribus cœlum penetrat, Fidelium miseria, ac Mundi strages compassionem parit: Morum corruptela est magna malorum libertas, & licen-

Epiſt.  
Jacobie.

5. v. 20.

Ad Phil.  
cap. 4.

tia excessiva. Modicus non sit fervor Sacerdotum , fortis sit occupatio Ministrorum D E I in quærenda tot malis medela; Hoc cœlum solicitat, desiderant Angeli, æstimant Sancti, & hoc denique Omnipotens præcepit, qui ex Cathedra Crucis cœlestem hanc doctrinam docet , ac Sacerdotibus dicit: Ministri mei dolorum, ac poenarum mearum miseremini, nam ex apprehensione, quod sanguis meus Divinus nihil multis peccatoribus profuturus esset, tantam sensi afflictionem ut sanguineos in horto sudores effuderim ; & defacto cor meum hoc clavo transfigatur. Vestræ pietati ac zelo mearum angustiarum levamen remitto : si in animabus curandis solliciti eritis, has à multis peccatis & me à multis poenis liberabitis. Si me diligere profitemini, vestrum erga me affectum operibus exhibete: En me pro animabus meis mortuum, quas tamen inimicus rapere tentat, hujus testamentis fortes in fide resistite, meos Catholicos ab ejus carceribus solvite, & ad me adducite. Pro hoc tam mihi grato servitio præstito gratiam meam, ac præmium parata vobis esse scitote, supposita dispositione ex parte vestra obsequia in hac vita mortali pro animarum salute exhibita æternæ gloriae corona remunerabor.



DIALOGUS.  
INTER CONFESSA-  
RIUM ET POENITENTEM

PARS SECUNDA.  
TRACTATUS XII. DE STATU  
SACERDOTALI.

*Nescribam vanum, duc Pia Virgo manum.*

Littera C. indicat Confessarium, & Littera P. Poenitentem.

*Aggregior secundam Partem Praxis (in qua de statibus particularibus tractare debeo) agendo de statu Sacerdotali tanquam supremo, in quo casus magis praticos ad Ordinem, Titulum, Officium, & Missam pertinentes discussam, reservando ad secundam Partem Conferentiarum cetera in hac materia fusiūs, & explicatiūs tractanda.*

**C A P U T I.**

*De Ordine.*

**P**ater Rev. Accuso me angi aliquo scrupulo à tempore quo sacris ordinibus fui initiatus.

C. Est ne scrupulus utrum validè vellicitè sacros Ordines suscepit?

P. Meus scrupulus ad utrumque se extendit.

C. Dicat ergo V. D. ingenuè qua de causa, unde nam conscientiae remorsum sentiat?

P. P. R. Anceps eram utrum fuerim confirmatus, & cum hac cul-  
pabili

pabili negligentia inquirendi veritatem sacros Ordines suscepī.

C. Putabat ne se peccare suscipiendo SS. Ordines cum hoc dubio?

P. P. R. Multūm dubitavi, & timui.

C. Et non deposituit hoc internum dubium per aliquam rationem probabilem?

P. Non P. R. Sed cum ipso fui operatus.

C. Peccavit ergo graviter hoc modo suscipiendo SS. Ordines, quia operari cum conscientia practice dubia in materia gravi, peccatum mortale est, sed V. D. operata est cum conscientia practice dubia in materia gravi, ergo mortaliter peccavit.

Benè verum est, quod V. D. potuisset deponere dubium suæ conscientiæ, & licet SS. Ordines suscipere, tametsi perseverasset in dubio an fuerit confirmata, & licet etiam pro certo scivisset oppositū, quamvis Concilium Tridentinum *Sej. 23. cap. 4.* Sanciat, quod ante SS. Ordines debeat recipi Sacramentum Confirmationis, nihilominus Sotus, Victoria, Suarez, & alij doceant non peccari grauiter per susceptionem SS. Ordinum ante Confirmationem, quod modò commune esse affirmat *Diana part. 2. tract. 16. resol. 4.* Moya quoque in suis select. *part. 2. tract. 4.* Miscellan. *quaest. II. num. II.* censet nec venialiter peccari suscipiendo SS. Or-

dines ante Confirmationem: & hoc cum Petro de Ledesma & alijs ita probat; ideo in non ordinandis omissione Confirmationis non est peccatum veniale, quia nullum est præceptum de ejusdem receptione, sed neque in ordinandis est præceptum de prævia receptione Confirmationis, siquidem Concilium Tridentinum *loc. cit.* ut Moya *ibidem* allegat, hoc non præcipit, ergo non erit peccatum Veniale suscipere SS. Ordines ante Confirmationem. Hic discursus Moyæ mihi videtur probabilis, & genuinus, adeoque ex ipso infertur, quod V. D. potuerit deponere conscientiam dubiam, & licet ordinari.

2. Nunc dicat mihi, dum cum hoc dubio SS. ordines suscepit, putavit ne eos invalidè suscipere.

P. P. R. De hoc dubitavi tempore ordinationis.

C. Putavit ne, quod prævia receptio Confirmationis esset conditio necessaria ad validam ordinationem.

P. P. R. de hoc etiam dubitavi.

C. Habuit ne intentionem recipiendi SS. Ordines? quia cum voluntas nequeat velle, aut attentare aliquid impossibile, si V. D. putavit Confirmationem esse conditionem necessariam ad validè suscipiendos SS. Ordines, videtur quod non potuerit habere intentionem eosdem suscipiendi.

P. P. R. Ego habui intentionem susci-

# Caput I. de Ordine.

15

fusciendi SS. ordines casu quo  
omissio Confirmationis in hoc nul-  
lum afferret impedimentum.

C. Ergo V.D. verè, & validè fuit  
ordinata, est doctrina in casu simili  
R.P. Torrecillæ *in suis Consult. Mor-  
al. tract. 1. consult. 21. num. 2.* Ubi  
loquendo de quodam, qui tempo-  
re fusciendi subdiaconatum dubi-  
tavit utrum haberet sufficientem  
ætatem, quam tamen habebat,  
dicit validè fuisse ordinatum, si ex-  
clusiva intentionis fuit conditiona-  
ta, nempè non habeo intentionem  
fusciendi ordinem nisi habeam  
sufficientem ætatem, sed in nostro  
casu V.D. pariter habuit intentio-  
nem conditionatam, idest habeo  
intentionem fusciendi ordinem,  
nisi adsit impedimentum omissionis  
Confirmationis, ergo cum hoc  
impedimentum non adsit, validè  
fuit ordinata præsupposita condi-  
tionata intentione

3. Confirmatur hoc ex doctrina  
Thomæ Sanchez lib. 2. *de matrim.*  
*disp. 33. num. 2.* ubi ait quod con-  
trahens Matrimonium *cum errore  
facti, & scientia Juris*, idest ille qui  
erroneè putat se habere aliquod im-  
pedimentum dirimens, quod à par-  
te rei non habet, & cum hoc erro-  
re contrahit Matrimonium, con-  
scius quod impedimentum diri-  
mens illud irritet, ait, inquam, hic  
Auctor talem valide contrahere,  
dumodo habeat intentionem con-  
ditionatam contrahendi, nempè si

impedimentum non obstet, ergo  
licet in casu nostro adsit dubi-  
um utrum obstet vel non omissio  
Confirmationis, non propterea  
nulla erit receptio Ordinis cum su-  
pradicata conditionata intentione.

4. Dicet aliquis, quod hæc do-  
ctrina sit opposita Decreto Inno-  
centij Papæ XI. per quod damnatur  
sententia afferens licitum esse sequi  
opinionem probabilem relicta pro-  
babiliori, & tutiori in rebus, à qui-  
bus pendet valor Sacramentorum  
ex institutione Christi, atqui ex in-  
tentione recipientis dependet valor  
Sacramenti ex institutione Christi,  
ergo in hoc casu relicta opinione  
probabili eligenda est tutior, & pro-  
babilior: subsumo, sed tutior est  
opinio; Quod ordo receptus cum  
hac intentione conditionata sit nul-  
lus, & quod necessario sit iteran-  
dus, ergo nostra resolutio non sub-  
sistit, & consequenter dicendum  
nullam fuisse susceptionem Ordinis.  
Respondeo primò nostram doctri-  
nam nullo modo esse oppositam  
hujus Pontificis decreto, per quod  
solum damnatur sententia ad-  
struens posse nos sequi opinionem  
probabilem relicta probabiliori, &  
tutiori in his, à quibus dependet va-  
lor Sacramenti ex institutione Christi,  
sed opinio, quod Sacra-  
mentum susceptum cum conditione ve-  
ra de præsenti, aut præterito non  
est tantum probabilis, sed certissi-  
ma & tutissima, ut cum Suarez ait

Tor-

Torrecilla loc. cit. loquens de conditione in secundo sensu, ergo cum in nostro casu Sacramentum Ordinis fuerit suscepsum cum vera intentione sub conditione de præterito, sequitur certissimum esse, & non tantum opinabile, veram & validam fuisse susceptionem Sacramenti, adeoque noster casus in dicta condemnatione non includitur.

Respondeo secundo Propositio nem damnatam comprehendere Ministros conferentes Sacra menta in conferendis &c. non recipientes, prout cum R. P. Torrecilla dixi i. part. Praxis tract. 11. n. 9. ergo non se extendit ad nostrum casum, qui non de Ministro sed de recipiente ordinem loquitur.

s. P. P. R. accuso me esse in du blio utrum tempore susceptionis Ordinis materiam ejusdem terti gerim.

C. Omissio contactus Materiæ fuitne cum advertentia & malitia?

P. Non P.R.

C. Si cum advertentia, & malitia omisisset contactum dictæ Materiæ graviter peccasset ita Bassæus Verb. Ordo 2. sub. num. 2. §. Ad tolle randos, in fin. quia contactus Materiæ est de necessitate præcepti Ecclesiastici, & in materia gravi, sed transgressio Præcepti Ecclesiastici in materia gravi est peccatum mortale, ergo graviter peccaret, qui scienter, aut cum malitia Materiæ sui Ordinis contactum omitteret.

P. P. R. certus sum me ex mali tia eum non omisisse, sed dumtaxat quia in susceptione ordinis festinante me gessti, hoc dubium mihi remansit.

C. Habet ne V. D. fundamen tum aliquod dubitandi de dicti contactus omissione.

P. P. R. Nullum aliud habeo præter dictam festinationem, & ambiguitatem in qua pro tunc me inveni.

C. Ergo V. D. debet hoc merum scrupulum reputare, & ut tales contempnere. Et ut V. D. animo magis quieto vivat, & amplius non fluctuet, sciat valde probabile esse ad valorem Ordinis non requiri ne cessari physicum, & realem contactum Materiæ. Ita cum Alberto, Armilla, Henriquez, Vasquez, & alijs tradit Layman p. 2. lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 4. nec obstat relatum Decretum Innocentij XI. cum hoc de Ministris, & non de recipientibus loquatur, ut supra diximus, idemque afferit in terminis nostri casus A. R. P. Torrecilla ubi sup. Consult. 2. n. 110. & 111.

6. P. P.R. Me accuso, quod post contracta cum una puella sponsalia SS. Ordines susceperim.

C. Petijt ne V. D. consensum puellæ pro dissolutione sponsalium?

P. Non P.R.

C. Certum est, quod si V.D. petijisset consensum puellæ, hoc obtento absque scrupulo SS. Ordini

nes suscipere potuisset, convenient enim DD. quod sponsalia per mutuum consensum contrahentium dissolvantur.

7. Dicat mihi, cognovit ne V.D. hanc puellam iurite sponsarium.

P. Non P.R.

C. Duee opiniones, & ambae probabiles sunt circa hunc casum, prima est Sanchez. Lib. I. de Matrim. disp. 47. n. 3. dicentis. non posse Licitè suscipere Ordines, illum, qui contraxit Sponsalia de futuro; Secunda est Soti, Cordubæ, Pontij, & Nauarri, quos citat, & sequitur Diana p. 3. Tract. 4. resol. 208. afferentium Licitum esse suscipere SS. Ordines post contracta sponsalia, quia in his subintelligitur conditio, nisi meliorem statum elegirim: quare juxta hanc opinionem V. D. non peccauit suscipiendo SS. Ordines post contracta sponsalia.

8. Inter has duas opiniones medium inuenio; nempe quod præcisâ copulâ cum contractu sponsarium licita sit SS. Ordinum suscepit, & in hoc sensu valet opinio Pontij & Diana, sed si secuta fuit copula, nullatenus absque consensu personæ laeſae licitum erit SS. Ordines suscipere; in quo sensu vera est opinio Sanchez. Ratio est, quia quando duo concurrunt, quorum unum tendit ad percipiendam aliquam utilitatem, alterum ad evitandum aliquid damnum, præponderat hoc secundum, sed quando ad sponsalia

sequitur copula concurrunt damnum personæ offensæ, & utilitas ordinandæ, ergo damnum præferendum est utilitati.

9. P.P.R. Me accuso, quod, cum intènse illam puellam diligenter, non planè voluntariè, sed ex metu meorum Genitorum SS. Ordines suscipere decreverim.

C. Quales nam minas incusserunt Genitores, ut eam obligarent ad SS. Ordines suscipiendos?

P. Dixerunt, quod quandocunque uxorem ducerem, & SS. Ordines non susciperem, non solum hereditate, & alimentis necessarijs, verum etiam eorum gratia, & benevolentia essem privandus.

C. Hic est metus gravis & cädens in constantem virum, nihil minus vera, & valida fuit susceptio Ordinis; quia actus quem elicit voluntas ex metu gravi, licet sit involuntarius secundum quid, simpliciter tamen voluntarius est, ut habeo in meo Tom. I. Confer. Moral. tract. 2. sed. 1. Conf. 4. num. 21. pag. 231. Sed sic est, quod cum actu simpliciter voluntario, seu involuntario mixto sit sufficiens intentio ad validè suscipiendum Ordinem, ut dicit Bassæus Verb. Ordo 3. sub. n. 5. §. Qui vero: ergo V. D. validè suscepit Ordinem, & verè est ordinata non obstante metu incusso à Genitoribus.

10. Ratificavit ne internè Ordinationem?

C

P.P.R.

P. P. R. nunquam de hoc cogitavi.

C. Celebravit ne nonnunquam sponte utendo ordine suscepto.

P. Ita P. R.

C. Est opinio Sanchez, & Azorij, quam tanquam communem citat Diana part. 2. tract. 4. resol. 193. quod suscipiens Ordines ex metu gravi, quamvis validè sit ordinatus non obligetur tamen ad continentiam Sacro Ordini annexam, & quod validè possit Matrimonium contrahere, licet contrarium teat Basilius de Lion lib. 6. de Matrim. cap. 29. n. 3. & etiam addunt Bassæus ubi supr. Bonacina Tom. I. quæst. 3. de Matrim. punct. 9. num. I. Quod, qui ad Ordines promotus est per metum gravem, non teneatur recitare Divinum Officium. Limitatur tamen hæc doctrina (ajunt Bassæus, & Bonacina) nempè si per vim, & metu ordinatus non ratificaverit sponte ordinatione verbis, aut facto, ut semel, vel pluries liberè utendo ordine suscepito, in hoc enim casu adstringitur ad servandam castitatem, & recitandum D. Officium. Et cum V. D. saltem tacite ratificaverit ordinationem, siquidem liberè, & sponte ea usâ fuit, hinc sequitur eam obligari ad Castitatem, & Horas Canonicas, quamvis metu Parentum Ordines suscepérunt.

11. P. P. R. Me accuso, quod cum violenter in statu Sacerdotali vive-

rem, illicitam conversationem cum muliere soluta habuerim.

C. Longo ne tempore amicitia hanc habet?

P. P. R. per quatuor annos.

C. Hæc mulier moratur ne in domo V. D.

P. Ita P. R. tanquam ancillam eam in domo teneo.

C. Solet ne frequenter cum ipsa peccare?

P. Quotiescumque tentatio me invadit, quod valde frequenter accidit.

C. Suppono hanc esse occasionem proximam conjunctam cum habitu peccandi: Modus examinandi, quo ad numerum, & speciem peccatorum occurrentium in hoc casu contra sextum præcepti Decalogi videri potest 1. part. hujus Praxis. tract. 6. cap. I. 3. 5. & seq. Quo ad habitum & occasionem proximam peccandi videatur ibidem tract. 10. in prop. 60. 61. 62. damnatis. Hic solum de circumstantia Ordinis Sacri agam, & suppono poenitentem confiteri in sacrificio cum intentione post Confessionem celebrandi Missam. Casus valde arduus, & non modicum frequens in praxi.

12. Dicat mihi, putabat ne V. D. se comittere sacrilegium habendo copulam cum hac persona?

P. Ita P. R.

C. In supradictata opinione n. 10 juxta quam promotus ex metu gra-

vi ad Ordines non obligatur ad votum continentiae, nisi ratificet expressè aut tacite Ordinem suscepimus, necessariò sequitur taliter ordinatum non committere Sacrilegium, sed simplicem fornicationem; cum verò V. D. ratificaverit saltem tacite Ordinem suscepimus per liberum ejus usum, nequit excusari ratione metus gravis.

13. Sine dubio V. D. existimavit votum continentiae esse annexum receptioni Ordinis Sacri.

P. Ita P.R.

C. Plures, & graves Authores citati à R. P. Leandro de Murcia Cappuccino in suis Disp. Moral. tom. 1. lib. 2. disp. 2. resol. 15. num. 1. sentiunt promotos ad SS. Ordines non obligari ad continentiam ratione voti præcisè, sed ratione præcepti Ecclesiastici, quam opinionem ait esse probabilem Diana part. 1. tract. 11. resol. 12. & ex hac sententia infert P. Murcia loc. cit. n. 10. & 14. ordinatum Ordine Sacro non committere sacrilegium per copulam cum muliere soluta.

Verior tamen est opinio contraria asserens votum castitatis esse annexum Ordini sacro, ita D. Thom. in 4. disp. 17. q. 1. a. 1. in corp. Riccardus, plerique alij, quos citat, & sequitur Murcia ubi supr. n. 6. Bassæus Verb. Ordo. 4. sub num. 3. §. Responso: & hæc opinio communiter est in praxi recepta, ex qua constat ordinatum ordine sacro committere

sacrilegium per accessum ad mulierem, & etiam stando primæ opinioni censeo eum ita peccare; quia sacrilegium committitur quandocumque vel violatur locus facer vel res sacra, vel persona sacra, sed sic est, quod ordinatus ordine sacro etiam secluso voto castitatis sit Persona sacraratione Ordinis, & Ministerij, ergo etiam secluso voto castitatis peccabit per copulam peccato Sacrilegij: ita Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 27. n. 19. idem videtur dicere cum Hurtado P. Capensis tom. 2. tract. 27. disp. 3. sect. 3. num. 25.

14. Nunc dicat V. D. cur, & quomodo tanto tempore hanc personam domo non ejecit?

P. P.R. non potui.

C. Quare non potuit?

P. Quia aliam similem pro servitio domus non adinveni, & si hanc dimitterem, laboriosam vitam ducerem.

C. Hic titulus licet pro priori potuisse habere aliquam extensio nem in doctrina Sanchez in select. disp. 10. num. 20. in impress. Leon. citati à Diana p. 5. tract. 14. resol. 108. & Marchadi p. 2. lib. 7. tract. 3. docum. 3. num. 6. Modo tamen est practicè improbabilis, & ut talis damnatus ab Alexandro VII. in prop. 14. cuius explicatio videri potest in hoc tom. tract. 17. num. 269. & seq.

P. Propterea etiam eam non di misi  
C 2

misi, ne fundatum præberem male de me, & de ipsa suspicandi, & ne ambobus aliquod dedecus & infamia adveniret.

C. Neque hic titulus est sufficiens, ut dico i. part. *Praxis tract.* 10. super easdem propos. 61. & 62. *damnatas ab Innoc. XI.* & idem tradit, me citato R. P. Emanuel à *Concep.* in suo tract. de *Penit.* disp. 2. quæst. 12. num. 185. Et ratio est; quia vel est notum, aut est suspicio, quod V.D. habeat amicitiam cum hac persona, vel non? si est notum, aut habetur suspicio ex inditijs, & signis sufficientibus, nulla infamia, sed potius honor sequetur ex ejusdem expulsione, siquidem omnes concludent, quod timeat DEUM, & ab opposito malum esse Christianum judicabunt. Si non est notum nec habetur suspicio cum gravi fundamento, sed solum ex levitate, & malitia populi, nulla infamia exinde sequetur, quemadmodum nec sequeretur si alia Persona, vel V. D. dimitteret aliam famulam, quod frequenter contingit. Hæc ratio, & doctrina est valde notanda à Confessarijs, ut innuit Joan. Sanchez ubi supr. num. 23. ad finem disp. 10.

15. Hoc supposito, & quod V.D. sit in occasione proxima voluntaria constituta, jam noscit me eam absolvere non posse absque violatione Decreti Innocentij Papæ XI. Propos. 61 & absque meæ suæque animæ damnatione.

P. Quomodo ergo me absolvunt toto hoc tempore alij Confessarij concurrentibus ijsdem circumstantijs, quas modo V.P. in hoc casu reperit?

C. Hoc est, quod modo miror, & sepiùs miratus sum dari Confessarios tam parùm propriæ, ac Pœnitentium saluti consulentes, ut aliquos in occasione proxima propter commune cum amicabus domiciliūm constitutos, alios habentes ad libitum expositum, & facilem ingressum ad earundem domos, & alios inveteratis habitibus peccandi affectos absque ullo respectu, & cautela absolvant contra Decretū D. N. Innoc. Papæ XI. in prop. 60. 61. 62. damnatis, per quod participes fiunt eorum perseverantiae in peccatis. Nescio utrum hujus causasit eadem quæ damnavit Judam, qui cum ad confitendum suum peccatum ad D. Petrum, aut alium Apostolorum non accessisset, Principibus Sacerdotum id confessus fuit. *Principibus Sacerdotum, & Senioribus Matth. 27.* qui erant particeps ejusdem criminis.

16. Meam conscientiam justificare nequeo, nec V.D. debet velle meam damnationem propter sua peccata, & eorum absolutionem, dum Theologia pro ea impertienda mihi non suffragatur.

P. P. R. promitto firmiter amplius DEUM non offendere.

C. Hoc

C. Hoc idem suppono V. D. promisso in alijs confessionibus, quod tamen nunquam executioni mandavit.

P. P. R. nunquam mea promissio fuit ita firma sicut modo.

C. Non se defatiget, seu ut vulgo dicitur, non aërem verberet, quia nisi ab hac occasione se absentet absolute eam non absolvam.

P. Nonne V. P. missis sacris vestibus ad celebrandum indutum certnit, & omnes hic adstantes Missam audituros expectare, apud quos magnam notam incurram, nisi me absolvat, & ego celebrem?

C. Hoc jam serio consideravi; culpa non est mea, sed V. D. quæ usque modo distulit confessionem, quam antecedenter debuisset persolvere. Nota, quam apud adstantes potest incurrere ex negatione absolutionis, evitabitur per largitionem Benedictionis cum solitis praecibus, absque tamen forma absolutionis.

P. P. R. Quomodo possum omittere celebrationem Missæ absque notabili infamia, cum sim ita paratus, & dispositus.

C. Potest hoc evitare simulando aliquod delinquum, vel quod V. D. fuerit vocata ob aliquod urgens, & grave negotium, quod non patiatur dilationem, & si hoc commode fieri non potest, nec aliud justum motivum adinveniatur ad evitandam notam, & scandalum circum-

stantium. V. D. potest se gerere ad instar illius, qui tenetur celebrare, nec habet copiam Confessarij. Dispont se ad fervidum actum veræ, aut existimatæ Contritionis, & hoc sufficiet ad celebrandum. Ut in casu simili dicit P. Emanuel à Conceptione *in suo tract. de Panit. disp. 2. quæst. 16. num. 232.*

17. P. Aut V. P. fert judicium, quod habeat attritionem, & me poeniteat meorum peccatorum, vel quod non me poeniteat; si primū, quomodo mihi denegat absolutionem. Sis secundum quomodo mihi suadet ut ad celebrandum eliciam actum contritionis, qui est præstantior, & difficilior attritione.

C. Quantumvis ego existimem quod V. D. non habeat attritionem, possum judicare, quod possit se disponere ad actum contritionis mediante DEI gratia, quæ nulli deest ex parte suæ pietatis, & misericordiae: & licet judicarem V. D. esse attritam, & stando in terminis Judicis possem hac ratione eam absolvere, quia tamen hic non solum Judicis, sed etiam Medici animæ suæ officio fungor, ideo teneor applicare medicinam ipsi necessariam pro sua spirituali salute, & cum pro cura sui morbi medium necessarium sit absentia à societate illius personæ infectæ, ne lepra contagiosa culpæ amplius inficiat, propterea usque dum ipsam non dimittat, ne quo V. D. absolvere. Denique

Icet ego feram judicium speculativum de attritione V.D. mandatum tamen rigorosum habeo, à Summo Pontifice in propositionibus damnatis non absolvendi Pœnitentes in similibus casibus. V. D. autem potest se gerere in hoc casu, sicut is, qui non habet copiam Confessarij, & celebrare præmisso actu contritionis veræ, aut existimatæ, ideoque eam non absolvam, licet formarem judicium speculativum de ipsius attritione. Ad excitandam verò in se contritionem, oculos mentis elevet ad supremam, & infinitam Altissimi Bonitatem, quam omni amore dignissimam turpiter contempsit, & despexit Majestatem illam inquam perfectissimam, quam laudant Angeli, adorant Cherubin, Potestates Socia exultatione celebrant, V. D. absque ullo timore, & respectu injurijs, & offensis afficit. Nunc eam diligit tota cordis conatu, animam suam ei offerat, affectus suos eidem consecret, & crimina contra tam amabilem DEUM patrata detestetur, cum firmando proposito vitam emendandi, proximamque occasionem derelinquendi.

18. Resolutio hujus casus alijs similibus applicari potest v.g. quando Beneficiatus sacrum cantatum celebraturus accedit ad reconciliationem, quando Curatus paratus est legere sacrum solemne, vel filia-familias cum Matre, & sororibus

confitetur, aliisque similibus. In omnibus verò in quibus involvitur occasio proxima peccandi, Amore DEI, & sui ipsorum PP. Confessarios rogatos volo, ut cautè se gerant, & bene perpendant, quoniam fundamento absolutionem imperiantur. Experientia enim docet plurimas animas per longam temporis seriem peccatis obnoxias vivere ob omissionem, & modicum zelum PP. Spiritualium, qui summam facilitate ad absolutionem procedunt, quando justissimè deneganda esset.

19. P. P.R. Me accuso, quod hujus personæ in peccatis meis complices multoties confessionem excepterim, eamque absolverim.

C. In cursu Confessionis consensit ne in actum venereum?

P. Aliquoties motus concupiscentiæ sensi, sed semel tantum consensi.

C. Per hunc consensum commisit sacrilegium non tantum ex circumstantia Ordinis sacri, verum etiam administrationis Sacramenti: Fuitne urgens causa excipiendi ejusdem confessionem.

P. P.R. Unica causa fuit ipsius pudor revelandi alijs Confessarijs suam fragilitatem.

C. Absolutè loquendo, non est illicitum confiteri eidem complici, modo absit periculum pravi consensus. Ita Bassæus *Verb. Concubinatus. num. 6. Diana p. 5. tract. 14. resolut.*

*solut. 110. Maya in suis select. tom. I. tract. 3. disput. 3. q. 2. cap. 4. n. 22.*  
ratio est, quia per hoc non redditur invalida Confessio, siquidem comp̄ possibilis est verus dolor, & propositum emendationis cum confessione facta complici, ergo &c.

Verum universaliter loquendo hoc non est conveniens, quinimò valdè periculosù: Quæ enim documenta, consilia, admonitiones, & medicinas applicare poterit Confessarius illi, cui fuit, & erit fortè eodem tempore Confessionis laqueus perditionis? Quomodo ad DEUM amandum hortabitur, qui antecedenter ad amorem profanū induxit? Quomodo scelera sua deflebit Poenitens in conspectu idoli, cui suos affectus dicavit? Quomodo ex percussione calyb̄is, & silicis flammæ infernales adurentes animam non exurgent? In aliquo casu tolerari posset, nempe si aliis non daretur Confessarius in illo loco, aut vicinia, vel si dum esset expōitus ad exaudiendas indifferenter confessiones inter alios Poenitentes complex veniret, ac sine nota dimitti non posset, & in alijs similibus casibus, in quibus Confessarius valde cautè se gerere debet objiciendo complici turpitudinem, & deformitatem peccati, majori diligentia, & rigore quam ceteris.

20. P. P. R. Me accuso, quod cum in libro baptizatorum non posset inveniri authenticum scri-

ptum mei Baptismi, SS. Ordines suscepimus cum sola attestacione Patris mei, quod sufficientem ætatem haberem.

C. Constatbat ne aut constat, quòd V.D. talem ætatem habuerit?

P. Non P. R. quinimò contrariū defacto constat; nempe, quòd in susceptione subdiaconatū viginti tantum annos habuerim, Diaconatū viginti unum, & Sacerdotij viginti tres.

C. Suscepit ne V.D. Ordines bonā, vel malā fide?

P. P. R. bona fide regulando meam conscientiam cum dictamine Parentis, qui est vir rectus, & timens DEUM.

C. Initiatus Ordine sacro mala fide ante legitimam ætatem afficitur suspensione, donec absolvatur, ut cum Quarantana ait Bonacina *tom. I. disp. 8. de Sacram. Ord. q. unica. punct. 5. num. 12. & 13. & constat ex Bulla Pij V. & ex cap. Nullus de Temporib. Ordinandorum.* Cum autem V. D. testimonio sui Parentis bonā fide suscepit SS. Ordines, dictam Censuram non incurrit, ita Bonacina & Diana *part. 5. tract. 10. resol. 32.* quam neque incurrit, qui ex ignorantia crassâ suscepit SS. Ordines ante legitimam ætatem, ita cum Navarro, Hurtado, Villalobos, & Coninch, Diana *ibi.*

21. Exercuit ne V.D. actus Ordinis, licet sciret se non habere sufficientem ætatem in ejusdem susceptione?

P. Ita

## Tractatus XII. De statu Sacerdotali.

P. Ita P.R.

C. Exercuit ne antequam perveniret ad legitimam ætatem, vel post.

P. P.R. ante, & post.

C. Quotiescumque V.D. exercuit actus Ordinis Sacri ante legitimam ætatem, mortaliter peccavit ita Bonacina *ubisupra*.

P. Et quis poterit modo mecum dispensare, aut habilitare, ut ministerio Ordinis fungar?

C. Nonne V.D. dicit se defacto pervenisse ad legitimam ætatem?

P. Ita P.R. jam viginti octo annos habeo.

C. Ergo V.D. non indiget dispensatione, quia bona fide, vel etiam ex ignorantia crassa ordinatus ante ætatem, quamvis nequeat uti ordine, antequam ad illam perverit, ubi tamen pertigerit ad legitimam ætatem, potest eouti absque peccato. ita Hurtado, Villalobos, & Coninch, Diana *ubi supra*. Etenim si ordinatus bona fide ante legitimam ætatem non incurrit censuras, ergo ad eam perveniendo non indigebit dispensatione pro exercendis actibus susceptorum Ordinum.

22. P. P.R. Me accuso, quod multoties Epistolam, & Evangelium solemniter cantaverim cum conscientia peccati Mortalis.

C. Filiucus hoc damnat peccati mortalis *tom. 2. tract. 1. cap. 6.n.87.*

idem sentiunt Angelus, Sylvester, & Cajetanus apud Villalobos *tom. 1. tract. 4. diffic. 14. num. 7.* (& non diffic. 10. ut male citatur apud Diana *part. 3. tract. 4. resol. 195.*) Oppositum tuentur Villalobos *ibi*. Coninch, Suarez, & alij, quos citat Diana *ibi*: Ratio est, quia nullo iure est cautum requiri statum gratiae ad cantandum solemniter Epistolas, vel Evangelia, nec talis actio est dispensatio meritorum Christi, ut sunt Sacra menta, ergo non adest tam gravis obligatio exercendi illam in gratia. Hac ratione addit Vasquez in *3. part. disput. 136. cap. 4. num. 4.* neque peccatum veniale committi ab eo, qui solemniter cantat Epistolam, aut Evangelium in statu peccati mortalis. Contrarium tamen tenet cum Lugo, & alijs Diana *part. 9. tract. 7. resol. 85. §. Jmō*: quia est contra illud dictamen, *Sancta Sancte tractanda sunt*.

23. P.P.R. me accuso, quod ob difficultatem suscipiendi Ordines à proprio Episcopo cum falsis dimissorijs ab alieno Episcopo fuerim ordinatus.

C. Suppono hujusmodi Ordinationem gravem culpam sacrilegii secum ferre.

Scivit ne latam esse suspensionem contrataliter Ordines recipientes.

P. Ita P.R.

C. Si V.D. cum ignorantia non crassa, aut supina hoc fecisset, suspensionem non incurrisset, juxta dicta

dicta tom. I. Conf. tract. 2. sect. I.  
Conf. 2. §. 4. num. 40. Sed cum ha-  
buerit scientiam Juris, eandem in-  
currit, & hæc censura lata est à  
Pio II. in Constitutione, quæ inci-  
pit: *cum ex Saerorum*, eamque re-  
fert Magnum Bullarium tom. I. fol.  
389. num. 7.

24. Celebravit ne V. D. vel alios  
actus solemnes Ordinis exercuit  
cum hac censura.

P. Ita P. R.

C. Contigit ne hoc ex inexcusá-  
bili necessitate, vel ad evitandum  
scandalum?

P. P.R. causafuit, quia putavi pe-  
tendam esse Roman pro dispensa-  
tione, & cum non possem me resol-  
vere ad manifestandum alijs meum  
peccatum cum remorsu conscienc-  
iæ hoc modo celebravi.

C. Putavit ne V. D. incurrere  
irregularitatem celebrando post su-  
spensionem?

P. Ita P. R.

C. Perspicuum est, quod excom-  
municatus excommunicatione ma-  
jori, suspensus, interdictus, quam-  
vis occultus, & toleratus incurrat  
irregularitatem exercendo sole-  
niter, vel ex officio actus majoris  
ordinis, nisi excusat ratione ne-  
cessitatis, vel scandali vitandi, vel  
ignorantiae, vel inadvertentiae, aut  
oblivionis ex cap. I. de sent. ex-  
com. in 6. ita Bassæus Verb. Irregu-  
laritas 9. num. 5. quapropter V. D.  
operando cum mala conscientia, &

notitia hujus poenæ, præter sacrile-  
gia commissa quotiescumque cele-  
bravit, aut solemniter actus ordinis  
exercuit, irregularitatem incurrit.

P. P.R. Fateor hoc, sed quid, &  
quomodo mihi agendum? pecca-  
tum meum est occultum, Romam  
adire nequeo, nec scio invenire re-  
medium.

C. Non contristetur, quia reme-  
dium est facile, etenim cum suspen-  
sio sit occulta, potest ab Episcopo  
dispensari, stante privilegio Episco-  
pis concessio in Conc. Trid. sess. 24.  
cap. 6. de reform. ut cum Avila, &  
communi dicit Diana part. II. tract.  
6. resol. 4. & in opinione probabilis-  
simæ Thomistarum, quæ afferit ir-  
regularitatem contractam ex deli-  
cto esse censuram, qualis est ea,  
quam V. D. incurrit exercendo  
actus Ordinis cum suspensione oc-  
ulta, potest pariter Episcopus di-  
spensare. ita Bassæus Verb. Irregu-  
laritas 9. num. 6. & in simili casu P. Ca-  
spensis tom. 2. tract. 25. de censur. di-  
sput. 5. sect. 5. num. 34. Castro Pa-  
laus, & alij citati à Diana ubi supra.

25. Religiosi quoque Mendican-  
tes virtute suorum privilegiorum  
possunt absolvere tam à dicta su-  
spensione ut inquit Bassæus Verb. su-  
spensio 3. num. 4. quam ab irregula-  
ritate, quæ sit censura; ita affir-  
mat P. Leander de Murcia in expli-  
catione Regula N. P. S. Francisci cap. 7.  
quaest. 8. num. 62. & 63. Diana eâ-  
dem resol. in fine. idem fieri potest

virtute Bullæ Cruciatæ, ut cum Corneio, & alijs asserit Diana *ibi*. Ratio utriusque est, quia vi privilegiorum Mendicantium, & Bullæ possunt absolvvi omnes casus jure communi reservati Episcopis, sed sic est, quod suspensio occulta, & irregularitas contracta ex delicto occulto (excepta illa, quæ contrahitur ex homicidio voluntario) sint reservatæ jure communi per Concilium Tridentinum Episcopis, ergo utraque poterit absolvvi vi privilegiorum Mendicantium, & Bullæ Cruciatæ.

Neque obstat huic doctrinæ Decretum Alexandri VII. in 3. Propositione damnata, cum non sint hi casus Bullæ Cœnæ.

26. P. P. R. me accuso, quod quando fui initiatius prima tonsura, & Ordinibus Minoribus, non habuerim animum postmodum suscipiendo Ordines Majores, sed tantum eo fine eosdem recepi, ut fruenter privilegio clericali, & exemptione fori.

C. Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. alleg. num. 12.* hoc damnat peccati Mortalis, idem sentit cum Bannez F. Petrus de Ledesma *1. part. de Sacram. Ord. cap. 6. conclus. 3. fol. (mibi) 357.* contrarium, & valde probabiliter tenet cum Thom. Sanchez, Villalobos in *Sum. part. 1. tract. 11. diffic. 14. num 2.* Et ratio est, quia Minoribus Ordinibus initiatius non peccat graviter Majo-

res postmodū non recipiendo: ergo neque graviter peccabit, qui ijsdē initiatius fuit absque animo Majores recipiendi: quia actus interni specificantur ab aetibus externis. Confirmatur: *Finis legis non cadit sub lege:* ergo licet Finis Ecclesia conferentis Ordines Minores sit, ut successivè recipientur Majores, hic tamen finis non cadit sub præcepto, aut obligatione, & consequenter non erit peccatum Mortale eosdem non recipere.

## C A P U T II.

### *De Titulo ad Ss. Ordines recipiendos requisito.*

27. P. P. R. dico meam culpam, quod post obtentum beneficium redditus viginti ducatorum renuens Episcopus mihi conferre ordines, alios triginta ficti patrimonij quæsiverim, & ad utriusque titulum fuerim ordinatus.

C. Bene fecit Episcopus non conferendo ipsi Ordines ad solius beneficij titulum, quia viginti ducati sunt quid tenue, titulus autē debet esse sufficiens pro decenti sustentatione, jus enim præscribit titulum ne Clericus cum dedecore status Ecclesiastici mendicare, aut turpem quæstum exercere cogatur. Sed ad hoc non sufficit tenuis provenitus, ergo necessariò debet esse sufficiens, quænam verò quantitas ad vitæ sustentationem sufficiat, arbitrio

7. de Sacram. Ord. conclus. 6. dif. 3.

29. P. Post Ordinationem obligabor ne restituere donatori hoc patrimonium?

C. Ledesma loco cit. negativè respondet, quem sequitur Villalobos in *sum. part. 1. tract. 11. difficult. 15. num. 10.* contrarium censet probabile Diana *ibi.* cum Avila, & alijs citatis. Sed verior mihi videtur opinio Ledesmæ tanquam conformior menti Concilij, ac decentiæ status Clericalis: quandoquidem si restituatur patrimonium primo Domino, Ecclesiasticus remanet sine proventu, & his temporibus parùm prodest clerica, cum clerici videantur in magna necessitate constituti, & ad se sustentandum famulatui obligati cum modo eorum decore, quin imò addicti ministerijs valde inconvenientibus eorum statui, & quandoque Jure Canonico vetitis cum detimento propriæ conscientiæ.

Aliud esset, si collator Patrimonij apponerenet pactum restituendi sibi præfatum Patrimonium, cum V.D. adepta fuerit beneficium, aut aliundè habuerit, quo se valeat sustentare. id enim licere affirmat Garzias de *beneficijs part. 2. cap. 4. num. 169.* Et in hoc casu existimo ueram opinionem Auilæ & Dianæ. quod Patrimonium suo Domino sit restituendum, modò adsit consensus Episcopi, ita Bonacina *ubi supr. n. 33.*

30. P. P. R. dico meam cul-  
D 2 pam,

trio Episcopi dijudicanda est, nam determinatio eorum, quæ à jure præscribuntur, sed non definiuntur, prudentis viri judicio relinquentur: ita Bonacina de *Sacram Ord. disp. 8. q. unic. punct. 5. n. 38.* in quo attendenda est diversitas Regionum, in aliquibus enim terra magis fructificat, quam in alijs.

28. Quo modo, & forma V.D. confinxit titulum Patrimonij ad suscipiendos Ordines?

P. P. R. Titulus hic fuit fiducarius, quia amicus quidam id mihi assignavit extorta promissione restituendi bona post ordinationem.

C. Fuit ne factum hoc cum conditione restituendi, postquam V.D. alium sufficientem proventum acquireret, vel etiam eo non adepto?

P. Ego absolutè promisi, & obligavi me ad restitutionem immediatè post ordinationem nulla posita conditione.

C. V.D. graviter peccavit, Dia-  
na *part. 3. tract. 4. resol. 184.* quia fecit pactum remanendi absque congruo proventu ad decentem sui status sustentationem; probabile tamen est V. D. non incurrisse suspensionem à jure latam contra ordinatos sine titulo, siquidem absolute loquendo V. D. habuit titulum, in foro tamen exteriori poterat rescindi talis retrodonatio, & hoc in poenam donationis, quia voluit decipere Ecclesiam, & Episcopum. Ledesma in *sum. tom. 1. cap.*

pam, quod bonum frugiferum pro Patrimonio mihi ab Amico assignatum fuerit are alieno gravatum.

C. Fuit ne hoc prædium creditoribus obligatum per modum vere hypothecæ?

P. Non P.R.

C. Si hoc prædium fuisset hypothecæ subjectum, non esset titulus legitimus, & V. D. suscipiendo Ordines cum hoc titulo incidisset in pœnam suspensionis: Bonacina loc. sit. num. 34. nam bona transeunt cum onere hypothecæ, posito autem onere hypothecæ, non potest ordinatus ali, & sustentari ex ijs bonis, si creditor velit solutione sibi fieri, ergo non est titulus sufficiens, & securus ad recipiendos Ordines; si vero prædium non est hypothecæ subjectum, arbitror titulum in hujusmodi prædio valide constitui posse, & consequenter ordinatum ad illius titulum suspensionis vinculo non ligari, ratio est, quia ordinatus habet dominium illius prædij, & jus ad fructus, ergo titulus in præfato prædio valide constituitur, sicut enim valida est illius alienatio, ita valida est tituli constitutio, quamvis forte fieri possit, ut graviter peccet, si aliunde nequeat creditoribus, vel ipse, vel donatarius satisfacere. Bonacina ibidem.

31. P. Sciat etiam V. P. quod ex triginta ducatis Patrimonij mihi assignati ab illo amico, decem fue-

rint ex annuo redditu unius census, quem ad suum lucrum amicus habuit.

C. Erat ne census perpetuus, aut redimibilis?

P. P. R. erat census redimibilis.

C. Si census fuisset irredimibilis, potuisset assignari pro competenti titulo, cum hujusmodi stipendum, seu pensio, seu annuus redditus sit jus reale proprium illius, cui assignatur, & consequenter ad illius titulum ordinari potest, sed cum census sit redimibilis, censem Ugolinus, quem citat, & sequitur Bonacina supra num. 32. §. ego vero: non esse titulum sufficientem, quia non est permanens, & fixus. Est tamen valde probabile titulum posse constitui super censem temporalem, & redimibilem. Ita cum Palao, & alijs Diana p. 9. tract. 8. resol. 25. citans pro se Azorium tom. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 7. Ratio est, quia quamvis census possit redimi, regulariter loquendo intra modicum tempus denud fundari potest, ad quod Episcopus obligare debet Ordinatum exhibita interim cautione, ut pecunia collocetur apud Idoneas personas, & in res frugiferas conuertatur. vide Marchadum. tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 7. docum. 7. num. 6. in fine.

32. P. P. R. dico pariter meam culpam, quod facta fuerit mihi assignatio uiginti ducatorum cum pacto non fruendi ipsis, seu non petendi quidquam à donatore.

C. Hoe

## Caput II. de Titulo SS. Ordinum.

29

C. Hoc pactum ergo fecit V.D?

P. Ita P. R.

C. Fuit ne hoc pactum juramento aut scriptura authentica firmatum?

P. P. R. cum juramento me obligavi.

C. Fuit ne hæc obligatio seria aut ficta?

P. Fuit seria, & animo eam adimplendi.

C. Si V. D. emisisset hoc juramentum absque animo id adimplendi, comisisset peccatum perjurij defectu ueritatis de præsenti in juramento, non teneretur tamen seruare promissum, nec fructus Beneficij resignare, Ratio est, quia juramentum non obligat ultra intentionem jurantis: ut inquit Lessius Lib. 2. de iust. cap. 18. dub. 10. num. 73. ergo si V. D. non emisisset juramentum animo illud adimplendi, neque illud adimplere teneretur.

33. Cum verò juramentum fuerit seruum, & animo illud adimplendi, grauis quoquè culpa fuit dupllicem malitiam specie distinctam continens, unam, suscipiendo Ordines ficto titulo, alteram, inuocandi Deum in testem rei male: *quia juramentum non est vinculum iniquitatis*: adeoque V.D. non obligatur retrodonare, & renuntiare fructus donatori, quia hæc promissio irrita est, & inualida. Videatur Bonacina disp. 8. de Sacram. Ord. q. unic. punct. 5. num. 25. & 26. Bassaeus

Verb. Juramentum 4. num. 5.

Nec obstat promissio jurata, quia juramentum de re Jure canonico uetita non obligat, nec debet adimpleri, ut ait Thom. Sanchez *in sum.*

Lib. 3. cap. 9. num. 29. sed sic est, quod materia Juramenti sit jure canonico sub culpa uetita, *cap. pan. de simonia*: siquidem imponit pœnam suspensionis, ergo hoc juramentum non obligat, nec V. D. tenetur illud adimplere.

34. P. P. R. debeo ne ab Episcopo peterer relaxationem hujus juramenti?

C. Nullatenus, quia juramentum nullam inducens obligationem non indiget relaxatione, ita Bonacina tom. 2. disp. 3. de contract. quæst. 1. punct. 1. sub. num. 7. §. ex quo patet. ita ut juramentum de re mala, id est, quæ absque peccato Mortali, aut veniali adimpleri non potest, non obliget, nec indigeat relaxatione, si verò absque ulla culpa adimpleri possit, ne adimpleatur, relaxatione opus est: v. g. persona aliqua cum juramento promittit latronibus 50. Ducatos pro tuenda vita, & cum nullum sit peccatum traditio 50. Ducatorum, necesse est, ut Judex relaxet hoc juramentum, si adimplere nolit.

In casu V. D. non est necessaria relaxatione juramenti, cum fuerit de re malâ, peccavit autem illud emitendo, ut ante dixi: nec non adimplendo peccaret: & præter pecca-

## Tractatus XII. de statu Sacerdotali.

ta commissa in hoc pacto jurato incurrit suspensionem, ita cum Navarro Avila part. 3. disp. 3. dub. 4. & cum Suarez, & alijs Bassaeus Verb. Ordo 3. sub. num. 7. §. Qui mala fide.

35. P. P.R. Major adhuc circumstantia adfuit in collatione hujus beneficij, nempè quod ejus fructibus frui non poteram usque ad susceptionem Presbyteratūs.

C. Hoc nihil obstat, quia potest aliquis ordinari subdiaconatu, & Diaconatu ad titulum beneficij, cuius fructus solum ut Sacerdos percipere possit, ita cum Garzia, & Barbosa Leander de SS. Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 10. q. 14.

36. P. P. R. Alia circumstantia notabilis est, quod hoc beneficium non fuerit perpetuum?

C. Titulus ad quem clericus ordinatur debet esse perpetuus, ita Bonacina ubi sup. num. 40. quod tanquam certum asserit Leander ibid. quæst. 16. quia redditus requiritur in Ecclesiastico ad evitandum inconveniens mendicandi sustentationem cum suo dedecore; sed hoc inconveniens non cessat per beneficium ad tempus, ergo debet esse perpetuum, & cum illud V. D. non sit tale, verificatur, quod fuerit ordinata sine titulo sufficienti, & consequenter quod hac de causa inciderit in suspensionem latam contra suscipientes ordines sine vero titulo; in cap. Neminem & cap. Sanctorum dist. 70.

37. P. P. R. non fui ordinatus absque redditu, seu titulo, quamvis pars ipsius (nempe beneficium) fuerit mihi assignata cum pacto nihil petendi à præsentante.

C. Duplici ex causa V. D. ordinata fuit absque titulo sufficienti; primò, quia beneficium fuit temporaneum, & non perpetuum, & cum tale sit, idem est ac non habere sufficiens patrimonium, ut dixi: secundò, quia vi pacti initi cum donatore, seu præsentante beneficium ab eo collatum remansit in terminis tituli facti, ordinari vero sine titulo, ac cum titulo facto paria sunt. Ita Leander de S. S. tom. 4. tract. 4. disp. 4. §. 1. quæst. 6.

38. P. In hoc capite num. 28. V.P. dicit me non incurrisse suspensionem, quamvis pactum inierim cum donatore retrodonandi eidem patrimonium post ordinationem, ergo neque potui incurrire ob pactum non petendi ab eodem quidquam nisi post ordinationem.

C. Paritas non currit, quia inire pactum cum præsentante non petendi sustentationem, est expreßè vetitum à Jure Canonico, & pena suspensionis lata cap. pæn. de Simonia, ut affirmat Bonacina de Sacram. Ord. tom. 1. disp. 8. quæst. unica punct. 5. num. 20. inire autem pactum restituendi patrimonium donatori expreßè non prohibetur, sed solum comprehenditur ob suspensionem universaliter latam contra

fusciplentes Ordines sine titulo: & cum sit opinio (nisi obstet pactum) quod Patrimonium collatum sit, vel non sit verus titulus, & primum sit probabile, propterea dixi *cit. n. 28.* probabile quoque esse in illo casu non incurri suspensionem.

39. P. Et quis me poterit absolve-re à suspensione?

C. Fuit ne publicum vel occul-tum hoc pactum initum cum colla-tore Beneficij?

P. P. R. Inter nos secretò fuit initum.

C. Cum ergo delictum sit occul-tum, potest in hujusmodi suspen-sione Episcopus absolvere ita Bon-a-cina de Censuris *disp. 3. punct. ult. num. 2.* & patet ex supradictis *cap. 1. num. 24.* & consequenter poterit ab-solvi virtute Bullæ, & privilegio-rum Mendicantium ut *ibidem num. 25.* constat. Et quia, ut inquit Laym. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 4. propè finem, Sancta Sedes Apostolica con-cessit PP. Societatis JESU facultatem absolvendi in foro conscientiæ ab omnibus suspensionibus, quod alijs Religionibus habentibus Bul-lam participationis generalis Privil-ei-gorum competit.

40. P. P. R. dico meā culpam, me diù ante susceptionem Subdia-conatus percepisse Beneficium, quod postea dimisi, & quando illud percepī, non habui animum fusciplendi Presbyteratum, sed ducen-di uxorem.

C. Beneficium fuit ne Parochiale?

P. Non P. R.

C. Si beneficium esset Parochia-le gravis esset culpa illud assumere absque animo fusciplendi Presby-teratum intra annum cum inten-tione colligendi fructus, eoque re-licto ducendi uxorem; & V. D. te-neretur ad restitutionem omnium fructuum perceptorum. Villalo-bos *part. 2. tract. 9. diffic. 15. num. 10.* & est communis.

41. Hoc beneficium habuit ne annexum Ordinem Sacrum?

P. Non P. R. ac proinde benè potui eo fungi, ejusque fructus per-cipere absque susceptione Ordinis Sacri.

C. Si Beneficium simplex habet annexum Sacrum Ordinem, gra-viter peccatur illud assumendo absque animo fusciplendi Ordinem Sacrum, ita cum Soto, Toledo, Guttierrez & alijs Sanchez lib. 7. de Matrimon. *disp. 45. num. 14.* assu-mere enim Ministerium absque ani-mo satisfaciendi obligationibus ipsi annexis peccatum mortale est, sed sic est, quod posita connexione Ordinis Sacri cum Beneficio adsit obli-gatio illum fusciplendi, ergo qui assumit Beneficium, aut possidet absque animo fusciplendi Ordines, obligacioni adeò gravi satisfacere non intendit, ergo graviter peccat, quamvis in hoc casu fructus resti-tuere non teneatur, ita cum Na-varro, Sa, & alijs Sanchez *ibidem num. 13.*

42. Quan-

# Tractatus XII. de statu Sacerdotali.

42. Quando Beneficium simplex non habet annexum Sacrum Ordinem, Sotus, Toledus, & Navarrus citati à Castro Palao, tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 7. n. 15. sentiunt graviter peccari id accipiendo absque animo in eodem perseverandi, sed illud deserendi, ac opulentam uxorem ducendi, idem fentit cum Azorio, Filliucio, & Syliuio Bassaeus Verb. Beneficium 3. num. 13. Hæc Opinio est valde probabilis, & rationi consentanea, etenim dedecet, ut fruatur fructibus Ecclesiæ, qui eidem parum addictus habet animum eam deserendi. Sanchez loco paulo ante citato num. 19. censem esse peccatum Veniale. Castro Palauus ubi sup. num. 10. affirmat, nec venialiter peccari: idem probabile esse opinatur R. P. Torrecilla loquendo de pensione *in suis Consult. Moral. tract. 4. Consil. 3. num. 6.* quia ubi nulla est lex, nec est peccatum, sed non est lex, vel præceptum obligans Beneficiarium ad suscipiendos SS. Ordines, quando hi non sunt annexi Beneficio, ergo &c. Confirmatur licitum est Beneficiario dimittere beneficium simplex, & ducere uxorem, ergo pariter licitum erit habere animum eandem ducendi dimisso beneficio, cui Sacer Ordo non est annexus.

43. P. P. R. dico meam culpam quod ludo deditus fuerim.

C. Perdidit ne multum in eo de suis facultatibus?

P. Ita P. R.

C. Notabilem quantitatem perdere in ludo est peccatum Mortale, quando hoc fit cum detimento notabili Filiorum, & uxoris (subtrahendo eis alimenta debita) quod intelligendum est non tantum in uxoratis, sed etiam in quolibet alio, si ob hoc fit impotens ad solvendum debita. Diana part. 7. tract. 9. resol. 37.

Dicat mihi cujusmodi bona solebat V. D. ludo exponere?

P. P. R. propria bona.

C. De hoc non interrogo, sed benè utrum illa bona fuerint Patrimonialia, vel Ecclesiastici fructus?

P. P. R. ex utrisque.

C. Certum est, quod Ecclesiasticus habeat verum dominium bonorum patrimonialium, aut ex industria acquisitorum, & quod liberè de ijs disponere possit in vita, & testari in morte, ita Azorius part. 2. lib. 7. cap. 9. quæst. 1. & est communis. Difficultas est de bonis, & proventibus Ecclesiasticis.

Dicat mihi, fructus hi Ecclesiastici, quos V. D. dissipavit, fuerunt ne ex aliqua Capellania legata, aut ex distributionibus perceptis per modum stipendij, vel fuerunt fructus beneficij?

P. Omnes fructus indifferenter ludo exposui.

C. Distributiones, quas percipit Clericus interessendo Divinis Officijs, potest pro libitu donare tanquam

quam verus eorum Dominus. ita cum Moneta, Lugo, & alijs Moya  
tom. 2. ad tract. 6. disp. 6. quæst. 2.  
§. 5. num. 21. Idem sentit hic Author, & benè, de Capellanijs legatis, & non collativis, & de stipendio, quod datur Sacerdoti, ob celebrationem Missæ licet sit pingue; ejusdem opinionis est Lessius de Justit. lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 37. quod etiam de Capellanijs collativis affirmat cum Soto Sanchez *in consil.* lib. 2. cap. 2. dub. 45. num. 61. Ratio est, quia quamvis Capellaniæ collativæ reputentur pro Beneficijs Ecclesiasticis, fundantur tamen titulo stipendiij pro celebratione Missarum, ergo sicut Sacerdos potest ad libitum disponere de stipendio Missarum solutarum, ita pariter de stipendio ex Capellania collativa percepto.

44. Remanet resolvendum dubium de fructibus perceptis, ex beneficijs Ecclesiasticis; in qua difficultate communiter sentiunt Canonistæ, & plures Theologi teste Valentia disp. 10. quæst. 3. punct. 7. Lessio, & multis alijs, quos citat Leander de SS. Sacramento tom. 6. tract. 3. disp. 3. quæst. 75. quod Ecclesiasticus non habeat dominium fructuum, quos percipit ex suo beneficio, & consequenter si eos in usus profanos, & lusus consumat, mortaliter peccet; & teneatur eos restituere pauperibus, quibus totum id, quod ex dictis fructibus suæ con-

gruæ sustentationi superest subministrare obligatur. Contrariam sententiam tenent Sotus, Palaus, Lessius, & alij, quos citat, & sequitur Diana part. 5. tract. 8. resol. 31. Leander loc. cit. & hoc tempore communiorem, & veriorem affirmat Moya *ubi supr. num. 1.* quia si Ecclesiastici non haberent dominium horum fructuum, non possent eos alienare, nec de ijs testari extra vias usus, sed sic est, quod experientiâ constet contrarium, ergo dicendum est, quod Ecclesiastici habent dominium horum bonorum, & quod ea donando, alienando, & expendendo validè eorumdem dominium in alios transferant.

45. Quapropter validè potest Beneficiarius in usus profanos, & ludos consumere redditus Ecclesiasticos, peccabit tamen Mortaliter. Ita Diana loc. paulò ante cit. Lessius lib. 2. de justit. cap. 4. dub. 6. num. 43. S. Thom., Cajetanus, Tabiena, Ledesma, & alij plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez *in consil.* lib. 7. cap. 2. dub. 38. num. 1. affirmans tanquam certum, graviter peccare Beneficiarios expendentes in usus profanos fructus Beneficij redundantes ex congrua eorum sustentatione, idem sentit Leander de SS. tom. 6. tract. 5. disp. 3. quæst. 76. Villalobos *in sum. tom. 2. tract.* 10. adeoque est in statu damnationis Beneficiarius expendens in usus profanos, & ludos redditus beneficij

ficij congruae suae sustentationi superfluos, tenetur enim eos pauperibus distribuere, aut in pios usus expendere. Opinio mitior, & Laxior in hac materia est illa Hurtadi apud Dianam part. 5. tract. 8. resol. 27. dicentis. Episcopos satisfacere quartam partem omnium suorum fructuum in opera pia, & pauperes erogare, & ceteros Beneficiarios, si medietatem dent residui congruae sustentationis, ceterum vero eorum consanguineis elargiri possunt, sed non in profanos usus expendere. Ethoc intelligitur in communibus necessitatibus pauperum, quia in gravibus omnia superflua congruae sustentationi tenentur pauperibus distribuere. Vide Leandrum *supra quest. 74.*

46. P. R. dico ergo meam culpam, quod modicam eleemosynam fecerim de fructibus mei beneficij.

C. V. D. habuit ne alimenta ex fructibus Beneficij, vel ex Patrimonialibus?

P. P. R. ex utrisque.

C. Si Beneficiarius se alit ex suis bonis Patrimonialibus, distributionibus, aut stipendijs, aut de his facit eleemosynam, potest sibi compensare de fructibus beneficij, & pro arbitrio expendere totum id, quod consumpsit pro sua sustentatione, aut eleemosynis de patrimonio, distributionibus, aut stipendijs, ita Lessius. *ubi supr. num. 38.* quia cum Beneficiarius habeat jus se alendi,

& faciendi eleemosynam ex fructibus Beneficij, sequitur, quod pro omnibus expensis factis in his rebus ex alijs suis bonis possit sibi compenfare cum fructibus Beneficij.

47. P. P. R. Valde modicum consumpsi pro mea sustentatione, & parcam vitam duxi.

C. Totum id, quod Ecclesiasticus de congrua sua sustentatione reservat parcè vivendo, potest sibi retinere, & consanguineis elargiri, nec tenetur pauperibus distribuere, ita cum Navarro, Lessio, & alijs sentit Leander *ubri supr. quest. 51.* & in sequentibus questionibus tractat, quæ nam sit congrua sustentatio, & quidnam per nomen sustentationis intelligatur. Vide ibi ne hic nimis fusè me habeam.

48. P. P. R. Meis consanguineis pariter aliquam quantitatem de fructibus mei beneficij distribui.

C. Erant ne pauperes, & indigentes ipsius consanguinei?

P. P. R. Omnia, quæ ijs distribui fuerunt ijsdem necessaria.

C. Licitum est Ecclesiasticis dare suis consanguineis egenis de fructibus sui beneficij necessaria ad decentiam eorum status, & conditionis. Ita Sanchez *in consil. lib. 2. cap. 2. dub. 38. num. 4.* & etiam aliquid plus possunt dare consanguineis egenis, quam alijs pauperibus, ut inquit idem author *ibidem num. 5.* cum Navarro, & alijs, Leandro. *ubi supr. quest. 72.* attamen si aliquid nota-

notabile ultra eorum necessitatem elargiantur , ait Sanchez *num. 4.* eos graviter peccare , & pro sua opinione citat S. Thomam *2. 2. quæst. 185. art. 7. ad 2.* Alensem , Silvestrum , & alios ; quapropter non est licitum Ecclesiasticis redditus suorum Beneficiorum erogare pro dictandis consanguineis , fundandis majoratibus , ac alias superfluas expensas cum ijsdem facere .

**49.** P. P. R. aliquam pecuniam de ea , quæ mihi supereft beneficio , sensim accumulo , & reservo .

**C.** In quem finem sibi illam reservat , & congregat ?

P. P. R. pro necessitatibus probabiliter mihi eventuris .

**C.** In quolibet Christiano est res valde reprehensibilis accumulare pecuniam animo thesaurizandi , hoc enim est violare præceptum illud Christi Domini . *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Matth. cap. 6.* cum in ærarijs cælestibus thesauros congregare debeamus . *thesaurizate vobis thesauros in calo.* Et si in quounque Christiano est adeò abominabile vitium cupiditatis , & avaritiæ , quid erit in Sacerdote ? erit thesaurizare iram in Divino pectore , dum inordinato affectu bona caduca sibi thesaurizat . *thesaurizas tibi iram in die iræ... Ad Rom. 2. u. 5.* Potest tamen Ecclesiasticus de fructibus Beneficij aliquid sibi reservare , non fine thesaurizandi sed pro aliqua necessitate proba-

biliter sibi eventura , ita cum Lugo Leander à SS. tom. 6. tract. 5. disp. 3. quæst. 68. & P. Matthæus de Moyat tom. 2. ad tract. 6. disput. 6. quæst. 2. §. 4. n. 16. censet hanc quantitatem non debere excedere annum fructum , si pingue est beneficium , si verò sit tenue aliquid plus . Omnes verò admonent necessitatem debere esse verè talem , ac ejus dubium probabile , & non imaginariam , vel solùm excogitatum , aliàs per hoc multis avaris daretur aditus accumulandi capitalia , & proventus factio titulo necessitatis in grave pauperum detrimentum , conscientiarum damnum , ac suarum animalium perditionem : Oh utinam non verificantur de Sacerdotibus in his nostris ærumnosis temporibus verba illa Lacrymabilia Hieremiac ! *A minori usque ad Maximum omnes avaritiæ student. Hieremiac 6.* Perpendite Ministri Altaris thesauros vestros non terrenos , sed cælestes esse debere : *Non habebunt Sacerdotes , & Levitæ hereditatem cum reliquo populo.* Dominus enim ipse est hereditas eorum . Deut. cap. 18.

### C A P U T III.

#### *De Divino Officio.*

**50.** Ut securè in hac materia procedamus , & quod certum est , affirmemus , supponendum est Sanctitatem Alexandri Papæ VII. damnasse ut scandalosas , & practice

improbables quinque sequentes propositiones , nempē vigesimam, vigesimā primam, trigesimam tertiam, trigesimam quartam, & trigesimam quintam in suo Decreto comprehensas.

*Prop. 20. damn.* Restitutio à Pio V. imposta Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eò quod sit poena.

*Prop. 21. damn.* Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio Litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi , si officium per alium recitet.

*Prop. 33. damn.* Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.

*Prop. 34. damn.* In die Palmarum recitans Officium Paschatis satisfacit præcepto.

*Prop. 35. damn.* Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

Explicatio harum , & aliarum propositionum ab hoc Pontifice damnatarum in fine hujus Libri poterit videri. *tract. 17.* per totum.

*51. P.P.R.* confiteor, quod antequam sacris ordinibus initiatus essem , habuerim Capellaniam , & diu Officium Divinum recitare intermisserim.

C. Erat ne Capellania collativa aut legata ? quia si esset legata, non obligat ad recitationem Divini Oficij. ita Marchadus *tom. I. lib. 3. part. 3. tract. 1. docum. 3.*

P. P. R. Verè non scio utrum Capellania fuerit legata, aut collativa.

C. Fuit ne Ordinarij auctoritate instituta?

P. Ita P. R.

C. Ergo fuit Capellania collativa, quia legatae solum auctoritate fundatoris instituuntur , collativa auctoritate Ordinarij , & inter beneficia Ecclesiastica annumerantur ; Marchadus ibi. Torrecilla in *consult. tract. 4. consult. 4. num. 78.*

P. Juxta hanc distinctionem erat collativa, cum auctoritate ordinarij fuerit erecta , & inter beneficia Ecclesiastica constituta, cæterique ejusdem titulo fuerint ordinati.

C. Hoc supposito habuit annexam obligationem recitandi Divinum Officium absolutè loquendo: Bassæus *Verb. Horæ Canonice I. num. 11.* nisi forte ex mox dicendis habeatur excusatio , seu exceptio.

*52. Hæc Capellania fuit ne sufficiens pro aliqua parte alimentorum , & sustentationis V. D?*

P. Quidnam intelligitur per nonmen sustentationis ?

C. Nomine sustentationis non solum intelligitur cibus , & potus moderatus , verùm etiam decens vestitus , habitatio , & famulatus unius

### Caput III. de Divino Officio.

37

tinius famulæ: Sanchez lib. 2. consil. cap. 2. dub. 67. n. 4. Martinus à S. Joseph apud Moyam tom. 1. select. tract. 2. disput. 2. q. 4. §. 1. num. 15.

P. Redditus Capellaniæ ad hæc non fuit sufficiens.

C. Non requiritur, ut ex redditu tota hæc sustentatio habeatur, ad hoc ut possit obligare ad recitandum Divinum Officium.

P. Redditus Capellaniæ ad summum potuit dimidium necessarij pro sustentatione subministrare.

C. Neque requiritur, ut dimidiū seu medietatem sustentationis adæquet, pro inducenda obligatione recitandi Horas Canonicas; ad tertiam partem sustentationis forte erit sufficiens?

P. Ita P. R. quia quadraginta ducatos annuos reddidit.

C. Reddedit ne hos quadraginta ducatos demptis omnibus alijs expensis in colligendo fructus, & satisfaciendo stipendijs Missarum, quarum onus habuit Capellania?

P. Ita P. R. annuatim quadraginta ducati demptis expensis mihi superfuerunt.

C. Redditus Beneficij, Capellaniæ metiendus est ex eo, quod remanet post expensas factas in colligendis, & recuperandis fructibus, & solvendis stipendijs Missarum, ita cum Sanchez, Quintanaduenas & alijs Leander de SS. tom. 6. tract. 8. disp. 2. quaest. 114. Et si demptis his expensis, & stipendijs superest red-

ditus pro tertia parte sustentationis, obligat ad recitandum Divinum Officium, sic cum Quintanaduenas, & Escobar, afferit Diana. part. 9. tract. 7. resol. 8. si verò tertiam partem sustentationis non adæquet, hi AA. excusant ab obligatione Divini Officij. idem tradit Moya *ubisupr. num. 12. in fine.* Et Leander loc. cit. q. 112. & 113. censet quadraginta ducatos esse quantitatem requisitam, & sufficientem ad inducendam obligationem recitandi Horas Canonicas. Regula tamen firma in hoc generaliter dari non potest, sed spectanda est diversitas Regionum, quandoquidem in una res sunt minori pretio, quam in altera, Et quod in uno loco ob abundantiam habetur pro decem, aut quindecim Regalibus, in altero viginti requiruntur, ut bene Quintanaduenas *apud Dianam, loc. cit.*

53? Nunc dicat mihi, omisit ne V. D. Officium Divinum primo illo semestri, in quo obtinuit Capellaniam?

P. P. R. tunc, & alio tempore.

C. Beneficiarius aut Capellanus primo semestri postquam obtinuit Beneficium aut Capellaniam collativâ non recitans horas canonicas, licet peccet mortaliter, quotiescunque eas omittit, non obligatur tamen ad restitutionem; ita cum Navarro, Azorio, Toledo, & alijs Diana p. 11. tract. 1. resol. 7.

54. Quanto tempore præter sex primos menses V. D. omisit officium?

P. P. R. Iper alios sex menses.

C. Quot peccata putavit se committere in die, qua omisit horas?

P. P. R. unicum tantum.

C. Juxta opinionem afferentem quamlibet ex horis Canonicas per se distincto præcepto præcipi dicendum est, quod per omissionem septem horarum in die septem peccata mortalia committantur. ita Lessius *de iustit. & jure lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 53.* contrarium est valde probabile, quod tenet Navarrus apud eundem Lessium *ibidem* Sanchez *Verb. Horæ, num. 14.* & plures alij affirmantes omnes septem Horas Canonicas unico præcepto præcipi, & consequenter per omnium omissionem unicum tantum peccatum mortale committi, sed gravius omittere duas quam unam, & adhuc gravius tres, quam duas, quatuor, quam tres, &c.

55. P. P. R. confiteor, quod per duos integros annos voluntatem determinatam habuerim non recitandi D. Officium, quamvis post annum omissionis me pœnituerit, & anno sequenti illud recitaverim.

C. Per hanc voluntatem, seu determinationem V. D. tot peccata numero, vel unum cum tot malitijs numero distinctis patravit, quot dies in duobus annis continentur. ita Torrecilla *in consult. tract. 2. con-*

*sult. 2. n. 21.* Ratio est, quia actus interni specificantur a suo objecto, eandemque cum externis habent malitiam, sed sic est, quod omissione externa Officij per duos annos tot peccata continet, quot dies in duabus annis continentur, ergo per voluntatem omittendi per duos annos Horas Canonicas tot numero peccata fient, aut unum cum tot malitijs numero distinctis, quot dies in duabus annis continentur. Dixi, aut unum cum tot malitijs numero distinctis, ut opinioni Thomistarum non dissentiam, juxta quam in uno numero actu non possunt duo numero peccata includi.

56. Dicat mihi, restituit ne V. D. aliquid pro rata omissionis Officij.

P. Non P. R.

C. Novit ne se teneri ad restitucionem ob hanc omissionem?

P. Ita P. R.

C. Quale motivum, aut causam habuit non restituendi?

P. Quia in lusu consumpsi meos redditus.

C. Quamdiu intermisit restitucionem.

P. P. R. per integrum annum.

C. Toto tempore, quo V. D. omisit culpabiliter restitucionem, fuit in statu peccati mortalis, præterquam quando eam verè pœnituit. Quot autem peccata commiserit in hac omissione, videri potest *prima pars præcept. tract. 7. cap. 1. num. 7.*

57. P. Et quantum teneor restituere?

C. Ex sex primis mensibus post adeptam possessionem Capellaniæ, aut beneficij ob neglectas horas ad nullam tenetur restitutionem, ut dictum est *num. 24.* quod respondet tamen sex mensibus posterioribus, in quibus etiam omisit tenetur restituere.

P. In restitutione debet ne computari portio respondens stipendijs Missarum fundatarum in Capellania?

C. Non fili, quia hæc portio ad hunc effectum assignata est, & non pro stipendio Officij, quemadmodum, qui habet Beneficium Parochiale, & omittit recitare officium, non tenetur restituere illam partē fructuum, quæ respondet oneribus Parochi. Ut sunt administratio Sacramentorum &c. nec iij, qui habent beneficium simplex, tenetur restituere quantitatem respondentem alijs oneribus beneficij, sed tantum residuum ex satisfactione dictorum onerum, ita cum Henriquez, Rodriguez, Sanchez, & alijs citatis N. P. Leander de Murcia in *sui disquisit. tom. 2. lib. 4. disp. 6. resol. 8. num. 2.* sic pariter V. D. non tenetur restituere illam portionē, quæ respondet stipendio Missarum assignatarum in fundatione, sed residuum ipsarum.

58. P. Secundum hoc dempto stipendio Missarum, totum residu-

um pro rata omissionis officij obligabor restituere?

C. Ita est, quia licet in beneficijs simplicibus probabile sit, quod solummodo tertia pars fructuum respondentium diebus omissionis sit restituenda, in Canonicatibus quarta: in Beneficijs Parochialibus quinta; ut cum Enriquez, Sanchez, & Trüllench ait Murcia *ibi num. 7.* cum Lumbier, & alijs noster P. Torrecilla *in Consult. tract. 4. consult. 10. num. 33.* quia cum hæc non possint metaphysicè taxari, & metiri, sed judicio prudentis relinquuntur, rationi consentaneum videtur eam quantitatem in dicta forma assignare; quia verò in Capellanijs est fixa, & firma quantitas stipendijs respondentis numero Missarum à fundatore assignato, nec alia onera Capellano sint imposita, sequitur, quod totum residuum dempto stipendio Missarum respondeat oneri Divini Officij, & consequenter id omittendo pro rata omissionis debat fieri restitutio.

In casu V. D. facile erit assignare quantitatem restituendam, quia ipsius redditus demptis obligationibus Capellaniæ erant quadraginta Ducati, prout antecedenter mihi dixit *num. 52.* pro annua omissione horarum non tenetur restituere quod respondet primo semestri juxta dicta *num. 53.* sed solum pro cæteris sex mensibus, quod est diuidium anni, ergo tenetur tantum resti-

restituere medietatem redditus,  
nempe viginti ducatos.

59. P. P. R. modò non habeo  
media restituendi hanc quantitatē.

C. Poterit ne V. D. per alios sex  
menses bis quotidie Divinum Offi-  
cium recitare, aut alias preces æqui-  
valentes, applicando hoc suffra-  
gium animabus Purgatorij, ac ani-  
mæ Fundatoris Capellæ? Per hoc  
enim V. D. excusaretur à restitutio-  
ne pecuniaria in sententia Navarri,  
Suarez, & aliorum, quos citat, eam-  
que probabilem putat Leander à  
Murcia: *ubi suprarejol. 9. n. 4. & 5.*

P. P. R. ad hoc me resolvere  
nequeo.

60. C. Poterit ne V. D. acci-  
re Bullas compositionis responden-  
tes his viginti ducatis? etenim cum  
restitutio debita ob omissionem of-  
ficij sit facienda pauperibus vel  
fabricæ Ecclesiæ, potest fieri compo-  
sitio cum Bullis dando eleemosynam  
quatuor Regalium pro qualibet  
Bulla, duos in subsidium Cru-  
ciatae, & alios duos fabricæ Eccle-  
siæ, ubi est fundatum Beneficium.  
*Torrecilla in Consult. Moralibus  
tract. 4. consult. 10. num 47.*

61. P. P. R. pro certo sciat me  
nec unicum habere Regalem, adeo-  
que nec has Bullas posse accipere:  
eleemosynas tamen aliquas elargi-  
tus sum pauperibus, videat V. P.  
utrum aliqualiter possint hæ sup-  
plere restitucionem faciendam?

C. Quænam potuit esse quanti-  
tas eleemosynæ factæ?

P. Erit circiter quantitas duo-  
rum ducatorum.

C. Has eleemosynas fecit ne ex  
fructibus Capellaniæ?

P. partim ex ipsis, partim ex alijs  
meis bonis.

C. Distribuit ne ipsas antequam  
omitteret recitare Divinum Offi-  
cium, vel tempore omissionis, vel  
postea?

P. P. R. Postquam neglexi obli-  
gationem recitandi.

C. Dispensavit ne eas cum ex-  
pressa intentione per easdem satis-  
faciendi obligationi restitutionis li-  
bi debitæ?

P. Non habui hanc expressam in-  
tentionem, sed solummodo pietate  
ductus faciebam eleemosynam.

C. Et si fuisse interrogata, an per  
illas eleemosynas intenderet satis-  
facere obligationi restitutionis de-  
bitæ ob omissionem Horarum;  
quid respondisset?

P. P. R. procul dubio dixisse  
me per eas obligationi meæ satisfa-  
cere velle.

C. Est opinio Layman, Lugo,  
Lessij, & Sanchez, quos citat, & se-  
quitur Bassæus *Verb. Horæ Canonica*  
*5. num. 13.* quam probabilem pu-  
tat Leander à Sacramento *tom. 6.*  
*tract. 8. dij. p. 7. quæst. 33.* quod Be-  
neficiarius obligatus ad restitutio-  
nem ob omissionem Divini Officij,  
per

per eleemosynas datas pauperibus post ejusdem omissionem liberetur à restitutione, & licet non habuerit expressam intentionem cum ijs satisfaciendi obligationi restitutio- nis, sufficiet interpretativa, idest si interrogatus an per eas vellet satis facere suæ obligationi, affirmativè responderet. Suarez tamen dicit. lib. 4. de Hor. cap. 30. n. 21. Has eleemosynas ex fructibus beneficij esse largiendas, quod est conforme opinioni Pelizarij, & Leandri ibid. quaest. 38. nempe Beneficia- rum ob omissionem horarum non satisfacere restituendo pauperibus aut fabricæ de alijs bonis, sed de ipsismet fructibus beneficij, & hoc fundatur in asserto Bullæ Pij V. quod non faciat fructus suos. Id est illos fructus non pertinere ad beneficiarium omnitem horas, sed ad pauperes, & sicut res aliena est in specie restituenda. quia res pro Domino suo clamat, propterea ijdem fructus sunt restituendi.

62. Probabile tamen censeo, Be- neficiatum per quoslibet fructus in bonitate & quantitate æquivalentes ijs, quos percepit, licet sit in specie pecunia, posse suæ obligati- oni satisfacere, quod probo ex doctrina Petri de Navarra tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 5. & Valeri de utroque foro Verb. Debitum differ. 8. sub. num. 1. Afferentium in foro conscientiae satisfieri obligationi re-stitutionis, quamvis eadem res in

specie non restituatur, dummodo alia æqualis bonitatis, & quantita- tis detur, poterit tamen delinqui contra charitatem, si Dominus eam rem specificam multùm æstimabat, & amabat v.g. si esset equus pulcher & generosus : Ergo pariter obligati- oni restituendi fructus beneficij satisfiet dando rem æquivalentem in bonitate, & quantitate, & cum pauperes non possint in nostro casu contristari, sive eadem res in spe- cie, sive altera ipsis dispensetur, quia in neutram speciali affectu du- cuntur, consequenter nec erit con- tra charitatem, si ijdem specie fru- ctus non restituantur.

63. Ex quo videtur inferri, quod Beneficiarius cum eleemosynis fa-ctis post omissionem horarum, li- cet non sint ex fructibus Beneficij, liberetur ab onere restituendi. Ete- niim si per eleemosynas factas ex fructibus beneficij cum intentione interpretativa satisfaciendi suæ obligatiōni satisfacit, ut inquit Su- rez, ergo cum restitutio non sit ne- cessariò facienda ex fructibus bene- ficij, ut dixi, videtur illum satis- facturum per quamlibet eleemosy- nam factam post omissionem Offi- cij, cum intentione interpretativa extingueendi tale debitum.

64. Nec obstat huic doctrinæ De- cretum Alexandri VII. in proposi- tione 33. damnata, quia sua San- ctitas solùm Damnat assertum, quod restitutio fructum ob omis-

sionem horarum suppleri possit per quascumque eleemosynas factas ante omissionem, non verò per eas, quæ fiunt post omissionem horarum, ita cum Lumbier, & Prado sentit N. P. Torrecilla *super dict. propr. num. 50.*

65. P. P. R. necesse est, ut ei reverelem, me non omnes has eleemosynas erogasse in pauperes loci, in quo est situm meum beneficium, sed in alios quoque itinerantes, & peregrinos.

C. Hoc nihil refert ita cum Vilalobos, & alijs Diana *part. 2. tract. 12. resol. 27.* quia Pius Papa V. in Bulla, in qua assignat modum restituendi in hoc casu, non decernit, quibus pauperibus sit elargienda eleemosyna, se solùm dicit in communi pauperibus, *in pauperum eleemosynas.*

Ex viginti ergo ducatis à V. D. restituendis demamus duos pauperibus distributos, remanent modo 18. pro quibus V. D. tenetur satisfacere.

P. P. R. jam ipsi dixi, me non habere media ad modò satisfacendum.

C. Non sperat intra breve tempus ea habere?

P. Non P. R. quia meus redditus est ita tenuis, ut vix sufficiat ad meam honestam sustentationem.

66. C. Et non potetit successivè celebrare aliquod sacrum pro defunctis, diebus, in quibus non habet

obligationem pro Capellania? quia etiam hoc modo poterit satisfieri huic obligationi. ita cum Suarez, & Bonacina, Castro Palau tom. 2. tract. 7. disput. 2. punct. 7. num. II. in fine.

P. P. R. cum sim aliquo Missarum Capellaniæ onere gravatus, & mei pröventus sint tenues, cæterarum Missarum stipendio pro mea sustentatione indigeo.

67. C. Habet ne V. D. in sua domo Parentes, aut sorores pauperulas ad sustentandum?

P. P. R. Duas sorores Orphanas alere debeo, alias sine meo auxilio peritus.

C. Potest ergo V. D. per expensas, quas ex charitate, & pietate facit cum sororibus supplere restitucionem hujus quantitatis pauperibus faciendam, Diana *in resol. 27. citata.* Torrecilla *ubisupr. num. 45.* Quapropter si Beneficiarius aut Capellanus habeat Parentes, Fratres, aut sorores pauperes, non solùm mendicas, verùm etiàm si necessarijs ad eorum statùs, & personæ decentiam careant, potest ipsis dari per modum restitutionis alijs pauperibus faciendæ. Quin imò idem Beneficiarius, aut Capellanus pauper potest sibi ipsimet applicare, quod pauperibus restituendum foret cum consensu sui Confessarii, aut alterius viri docti, cum non sic pejoris conditionis cæteris pauperibus (modò sit verè pauper) sic

*cum Navarro, & alijs pluribus Leander à Sacramento ubi supr. quæst. 30.*

68. Diana, & Torrecilla locis ci-tatis limitant hanc doctrinam, nem-pè, quod Beneficiarius possit sibi ap-plicare danda cæteris pauperibus, dicendo hoc intelligendum esse, quando per hoc non datur ei occa-sio denuò omittendi horas: Ego ta-men censeo, & credo, mentem ho-rum gravium Authorum esse, quod Beneficiarius pauper ob periculum hu-jus omissionis, non licet quid-em, validè tamen id faceret: Non licet, inquam, id faciet in hoc ca-su, quia nulli licitum est facere id, quod est ipsi occasio, & periculum peccandi, ergo si Beneficiarius pau-per applicando sibi restitutionem, habeat occasionem omittendi ho-ras, non poterit licet facere hujus-modi applicationem; validè tamen eam faceret, idest, immunis esset ab onere ulterioris restitutionis posita etiam tali occasione, quia, ut sit exemptus à sua obligatione, sufficit restituere pauperibus; hoc suppo-nimus verè ab ipso factum, ergo sibi applicando, liberabitur ab hoc one-re. Et confirmatur, quia Beneficiarius succurrens suis Parentibus, Fratribus, aut sororibus egenis sa-tisfacit obligationi restituendi cæ-teris pauperibus, ut concedunt Dia-na, & Torrecilla absque limitatio-ne, quod id non fiat in occasionem omittendi horas, & qui satisfacit cum Bullis compositionis, sufficien-

ter satisfacit, ait Torrecilla num. 47. absque hac pariter limitatione, & quamvis commoditas satisfaciendi cum Bullis, aut subueniendi paupe-ribus, aut fratribus egenis esset oc-ca-sio non recitandi horas, non per hoc Beneficiarius definet validè satisfacere obligationi restitutionis, licet illicet propter periculum id faciet, ergo idem dicendum, quan-do sibi ipsum, tanquam pauperi applicat, quod alijs restituendum foret.

69. P. Domus in qua habito ne-cessariò est reparanda, potero ne in ejusdem reparatione impendere portionem, quam teneor restitue-re pauperibus?

C. Hæc Domus est ne pars an-nexa Capellaniæ?

P. Ita P. R. est pars redditus in-stituti à fundatore.

C. Obligavit ne fundator Do-minum, aut ejus Hæredes, vel ali-um tertium ad conservandam di-ctam domum?

P. Non P. R. hæc est obligatio Capellani.

C. Ergo benè potest V. D. ean-dem reparare cum fructibus paupe-ribus distribuendis, ita tenet Lean-der à Sacram. supra quæst. 27. cum Suarez, Bonacina, & alijs, Torrecilla loc. cit. num. 44.

70. Quod in hoc casu dictum est de modo, & obligatione restitutio-nis, ad quam tenentur Beneficiarij, & Capellani non recitantes Divi-

num Officium, idem intelligendum de Clericis pensionarijs, idest, qui fruuntur pensione, si parvum officium nostræ Dominæ non recitant, ad quod Pius V. in sua Constitutione eos obligavit, ita castro Palauis *ubi supr. num. 16.* & P. Matthæus de Moya *in suis select. tom. I. tract. 2. disp. 2. quæst. 4. §. 1. num. 16.*

71. P. P. R. Confiteor, quod duobus mensibus non recitaverim Divinum Officium, quia Confessarius aliquis mihi dixit, quod quamvis graviter peccarem non recitando; nullam tamen obligationem restitutionis tanquam Capellanus exinde haberem.

C. Et V. D. remansit cum conscientia serena, & quieta super doctrinam hujus Confessarij?

P. P. R. nullus mihi remansit scrupulus de hoc casu.

C. Consumpsit ne V. D. fructus suæ Capellaniæ respondentes duabus mensibus absque scrupulo, & bona fide?

P. Ita P. R.

C. Ex consumptione fructuum horum duorum mensium reservavit ne V. D. aliquid de solitis domesticis expensis?

P. Non P. R. quia eos ludo exposui.

C. Erroneum fuit consilium hujus Confessarij, cum autem V. D. bona fide consumperit portionem respondentem ijs duobus mensibus,

nec aliquid de ordinarijs expensis reservaverit, liber manet ab onere restitutionis. Sic Thom. Sanchez *in consilijs lib. 2. cap. 2. dub. 86. n. 3.* nam possessor bonæ fidei, qui alienum consumpsit non tenetur restituere, nisi id, *in quo factus est dittor:* at V. D. ex consilio sui Confessarij se constituit possessorem bonæ fidei, cum qua etiam hanc quantitatem consumpsit, & in nihilofactus est dittor, ergo non tenetur restituere, quod bimestri horarum omissioni correspondet.

72. P. P. R. confiteor etiam, quod sèpissimè itinerando intermisserim Divinum Officium.

C. Qua de causa intermisit?

P. P. R. semel intermisit, quia ex me ipso nescivi illud recitare, nec socium potui habere, alijs vicibus, quia non inveni Breviarium.

C. Non poterat ex propria domo secum ferre Breviarium?

P. Ita P. R. sed ex oblivione, & absque malitia illud reliqui.

C. Non scivit memoriter horas Minores, Vesperas, & Completorium?

P. Nihil scivi pro tunc, quia erat primus annus, quo obligabar ad recitationem.

C. In his circumstantijs inculpabiliter V. D. omisit horas Canonicas, quo supposito ad nullam tenetur restitutionem: Sic cum Navarro Sanchez *ibidem num. 1.* Ratio est, quia Pius V. imposuit obligacionem

nem restitutionis in penam culpæ, quæ committitur ob omissionem Divini Officij, ergo quando omittitur absque culpa, nulla erit obligatio restitutionis, sed suppositis mihi narratis nulla fuit culpa in his occasionibus omittendo officium, ergo nullum habet onus restitutionis. Advertat tamen, quod si scivisset aliquam horam memoriter, licet esset solum Completorium, mortaliter peccasset, id non recitando, ut dico part. I. Præx. tract. 10. proposit. 54. damn. num. 210. Et consequenter teneretur ad restitutionem partis correspondentis horæ, quam culpabiliter omisisset.

73. P. P.R. Confiteor, me aliquibus diebus omisisse unam horam Divini Officij.

C. Omisit ne eam culpabiliter, aut ex naturali oblivione?

P. P. R. non fuit ex oblivione, sed ex pigritia.

C. Fuit ne Matutinum, vel Laudes, aut alia ex Minoribus Horis?

P. Bis omisi Matutinum cum Laudibus, & vigesies completoriū.

C. Si V. D. omisisset ex naturali oblivione recitationem, nec peccasset, nec teneretur ad restitutionem, ut dixi *num præcedenti*. sed cum omiserit ex pigritia graviter peccavit quotiescumque aliquam ex dictis horis omisit, & tenetur quantitatem fructuum ijs correspondentem restituere.

P. Et quantum est id, quod teneat restituere?

C. Qui omittit Matutinum cum Laudibus, debet restituere dimidium illius portionis respondentis diei omissionis; si omittit alias sex horas, debet restituere aliud dimidium, si unam tantum ex Minoribus, sextam partem fructus illius diei: ita expressè constat ex Constitutione Pij V. quæ dicit: *Qui Horas omnes Canonicas uno, vel pluribus diebus intermisserit, omnes Beneficij, seu Beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur: qui verò Matutinum tantum, dimidiā; qui cæteras omnes Horas, aliam dimidiā, qui harum singulas sextam partem fructuum ejus diei amittant: Et secundum opinionem supra relatam, per hanc dimidiā, aut sextam partem restituendam à beneficiario non debet intelligi dimidia, aut sexta pars totius portionis respondentis cuilibet diei, benè vero dimidia, aut sexta tertiae, quartæ, aut quintæ partis illius, quod de beneficio respondet cuilibet diei, juxta diversitatem beneficij simplicis, aut Parochialis, aut Canonicatus: ita Torrecilla ubi supr. num. 34.*

74. P. Confiteor, quod multis diebus omiserim in Officio culpabiliter, & negligenter aliquas memoraciones Sanctorum, aliquas preces, aut partes alicujus psalmi.

C. Fuit ne aliquid notabile, quod omisit?

P. Una vice fuit tertia pars unius horæ

horæ Minoris ; alijs vicibus fuit dimidia , & cæteris aliquis Nocturnus Matutini.

C. Non conveniunt omnes Authores in decernendo , quænam pars officij sit materia gravis. Navarrus , Azorius , & alijs , quos citat Bassæus *Verb. Horæ Canonicae* 5. num. 2. existimant omissionem tertiae partis unius parvæ Horæ esse lethale peccatum : Sylvester , Tabiena , Suarez , Layman , & alijs citati à Bonacina *tom. I. de Horis Canoniceis disput.* 1. *quest. 5. punct. 1. num. 2.* arbitrantur tertiam partem horæ non esse materiam gravem , sed medietatem. Idem Bonacina *ibi* sentit cum Lessio unam horam ex minoribus constituere materiam gravem. Ego primam opinionem censeo aliquantum rigorosam , tertiam nimis laxam , & secundam magis consentaneam , juxta quam dico , quod omissione dimidiæ partis unius Horæ Minoris , sit materia peccati mortalis , & hoc in praxi quilibet vir conscientiosus teneret , & approbaret. In Horis Majoribus , Matutino , Laudibus , & Vesperis , ait cum Sanchez & alijs N. P. Leander de Murcia *in explic. Regul. Seraph. cap. 1. sup. 3. Reg. num. 29.* quod omissione quartæ partis sit peccatum Mortale , & Bassæus *ubi supr.* quemlibet Nocturnum in Matutino dicit materiam gravem æstimari. Sanchez *in sum. tom. I. lib. 1. cap. 19. num. 8.* tres lectiones cum responsorijs in

feriali officio , aut Santi simplicis docet esse materiam parvam. Secundum has doctrinas quotiescumque V. D. intermisit culpabiliter dimidiæ partem alicujus Horæ ex Minoribus , aut aliquem Nocturnum Matutini graviter peccavit.

75. Restituit ne aliquid V. D. pro rata omissionis culpabilis harum partium Divini Officij ?

P. Nihil P. R. quia existimavi nulli restitutioni me esse obnoxium , nisi integrum Horam omitendo.

Non desunt Authores qui tuentur opinionem V. D. siquidem eam approbat , & sequitur cum Filiicio Diana part. 2. tract. 12. resol. 26. & cum ijsdem Leander de Murcia , Torrecilla *ubi sup. num. 35.* qui citat Bonacinam pro hac opinione non tamen recte , quia Bonacina expressè contrarium asserit *disp. I. de Horis Canon. quest. 5. punct. 2. num. 14.* Cocludunt tamen supradicti Authores pro omissione minori , quam unius horæ integræ , non esse aliquid restituendum , posse tamen peccare mortaliter , idem esto judicium de illo , qui in singulis horis paucos versiculos omittit , qui simul sumpti gravem materiam construunt. Torrecilla pro hac opinione citat pariter Dianam , qui tamen oppositum expressè docet , *ut vide ripote ibidem.* Contrariam opinionem veram censeo , ac dico , quod quotiescumque peccatur graviter

pe

### Caput III. De Divino Officio.

47

per omissionem notabilis partis aliquuj Horæ, toties adsit obligatio restitutioñis. Sic ex Suarez, Reginaldo apud Dianam eadem resol. 26. & hæc obligatio restitutioñis erit gravis, si pars fructuum respondens sit gravis, & levis, si pars sit levis, quemadmodum qui furatur, aut retinet rem alienam gravem, gravem habet obligationem restituendi, & si levem, levem.

76. Addo cum Bonacina eodem num. 14. illum teneri sub mortali ad restitutioñem, qui sèpius partem notabilem Divini Officij omisit, quamvis singulis omissionibus non respondeat pars notabilis fructuum, sed pars notabilis respondeat omnibus omissionibus simul sumptis: quemadmodum qui per parva furta accipit magnam quantitatem, tenetur sub peccato mortali ad restitutioñem, ita dicit in suo Decreto Innocentius XI. damnante propositionem 38. quæ contrarium asserebat: ergo idem dicendum pariformiter in nostro præsenti casu.

77. P. P. R. Confiteor, quòd aliquoties recitaverim Divinum Officium voce adeò submissa, ut me ipsumet non audirem.

C. Pronuntiavit tamen V. D. verba Officij? quia si solum mentaliter ea recitasset, non satisfecisset obligationi, ita communiter omnes DD.

P. P. R. Licet voce valde sub-

misa recitaverim, pronuntiavi tamen verba.

C. Quamvis sententia communis teste Leandro à Sacramento tom. 6. tract. 8. disput. 4. quaest. 47. dicat, quòd recitans privatim debeat taliter pronuntiare, ut præcisa surditate se ipsum audire queat, est tamen probabile contrarium, quòd tenet Azorius, & Filiucius, quos citat, & sequitur N. P. Leander à Murcia, super 3. Rep. Seraph. cap. I. §. 2. n. 12. quia Ecclesia solum præcipit, ut Officium recitetur non interne, sed externè, atqui pronuntians verba, licet se ipsum non audiat, recitat externè: ergo satisfacit obligationi recitandi Divinum Officium.

78. P. P. R. Confiteor, quòd alijs vicibus recitaverim syncopando, deglutiendo, & corrumpendo syllabas.

C. Contigit ne hoc voluntariè, aut ob linguæ impedimentum?

P. Sum aliqualiter balbutiens, & præcepis in formatione verborum.

C. Cum ergo hoc accidat ob naturale impedimentum linguæ, non habet, unde ágetur scrupulis Villalobos tom. I. sum. tract. 24. diffic. 10. num. 7. sed ille, qui culpabiliter, aut quia magna festinatione, & præcipitania recitat, peccabit graviter, vel leviter ad proportionem excessus in abscissione syllabarum, & tunc erit excessus gravis, quando taliter obtruncantur verba,

ba, ut corrumperatur eorum significatum! V. G. si ad dicendum *Domi-ne labia mea aperies*, diceretur *Domi-abia me aperies* &c.

79. P. Alijs vicibus recitavi cum sôcio, qui ob linguae impedimentum aliqualiter malè pornuntiavit.

C. Nihil refert, V. D. sufficienter adimplevit obligationem recitandi Divinum Officium. *Diana 2. part. tract. 12. resol. 32. §. Igitur qui & cum Diana Leander à Sacramen-to. ubi supr. quæst. 60.*

80. P. P. R. confiteor, quod multoties fuerim distractus in recitando Divinum Officium.

C. Erat ne voluntaria, vel involuntaaria distractio.

P. P. R. multoties erat involuntaria, & aliquoties voluntaria.

C. Qui recitat Divinum Officium cum distractione involuntaria, satisfacit præcepto, & non peccat, nisi causam culpabilem dederit suæ distractioni, defectu præparationis, & modicæ diligentiaæ in ea evitanda, in hoc enim casu erit peccatum veniale, distractè recitare. Ratio est, quia peccatum debet esse voluntarium in se, vel in sua causa, & alterutrum ex his est necessarium, & sufficiens ad constituendam cul-pam, ergo ille, qui est, involunta-riè distractus in Officio, si causam culpabilem dederit suæ distractioni peccabit, secùs si non dederit.

81. Dicat mihi, hæ distractiones voluntariae, fuerunt ne internæ, vel internæ?

P. Semper fuerunt internæ, re-citando mente distracta, & una, vel altera vice etiam externæ fui distractus.

C. Qui recitat Divinum Offici-um cum interna distractione volun-taria non satisfacit præcepto Ecclesiae, & graviter peccat, in opinione Navari, & Azorij, quos citatos se-quitur Villalobos *ubisupradiffic. 15. num. 6. idem sentiunt Cajetanus, Medina, & plurimi alij citati à Dia-na. part. 2. tract. 12. resol. 2. docen-tque obligari ad restitutionem. Na-varrus de orat. cap. 20. num. 32. So-tus de justit. lib. 10. quæst. 9. art. 6. conclusi. 4. & 6. Contrarium asse-runt Layman, Sylvester, & alii, quos citat Diana *ibidem* idque pro-babile censet Lessius lib. 2. de justit. cap. 37. dub. 11. (non 2. ut *ibidem* eum citat Diana) num. 63. ejusdem opinionis est pariter Diana, quia Ec-clesia non præcipit actus internos, sed externos, ergo qui externè re-citat, quamvis internè sit distractus, satisfaciet præcepto Ecclesiae, pec-cabit tamen venialiter, si volunta-ria sit distractio, non tamen morta-liter, nec fructus beneficij restituere tenetur. Utramque opinionem probabilem existimo, sed prima probabilior, communior, & veram mihi videtur. Vide Moyam, tom. 1. tract. 2. disput. 2. qu. 1. num. 9.*

82. Nunc mihi dicat, quoties re-citaverit Divinum Officium cum extera distractione voluntaria.

### Caput III. de Divino Officio.

49

P. P. R. semel me induendo, in fine recitavi primam, & me exuendo Completorium: alijs vicibus aliquid scribendo.

C. Quando V. D. recitavit induendo, aut exuendo se venialiter peccavit ex defecture reverentiae, sed non mortaliter. Quotiescumque verò recitavit scribendo, non satisfecit præcepto, & si hoc modo recitavit notabilem partem Officij V. G. Horam aliquam parvam, aut medietatem graviter peccavit. Videatur Leander à Sacramento tom. 6. tract. 8. disp. 4. quæst. 19. & 20. Ratio est, quia non satisfit præcepto recitandi, quando fit aliquid incompossibile cum attentione, ut constat ex cap. dolentes de celeb. Miss. sed sic est, quod scribere, legere, pingere, & similia sint incompossibilia cum attentione requisita ad Divinum Officium, non verò induere se, exuere, aut vultum, vel manus Lavare, ergo qui recitat scribendo, legendo, aut pingendo non satisfacit, bene verò qui recitat lavando, vestiendo, aut spoliando se, siquidem Ecclesia ordinavit Orationes dicendas, dum Sacerdos lavat, vestit, & exvit se ad celebrandam Missam, quòd non permittere tur, si hæ actiones essent incompossibiles cum debita attentione.

83. P. P. R. Confiteor, quòd aliquoties recitaverim in loco, ubi persona aliquæ inter se discurrebant.

C. Erat ne magnus rumor conversantium, & colloquentium?

P. P. R. elevabant aliquantum vocem, licet non excessivè.

C. Procul dubio fuit semper per hoc V.D. perturbata ab attentione.

P. Ita est, P. R.

C. V. D. introduxit ne se inter conversantes cum ijsdem discur rendo?

P. Aliquod verbum solebam etiam ego proferre super his, quæ dicebantur.

Qui recitat, ubi est ingens rumor, & strepitus, non satisfacit præcepto Divini Officij, ita Villalobos in sum. part. 1. tract. 24. diffc. 15. num. 7. quia nequit satisfieri, quando recitatur tali modo, cum quo est incompatibilis attentio, aut quando adeat res aliqua externa ejus impeditiva, sed sic est, quod magnus strepitus sit incompatibilis cum attentione, quam externè impedit, ergo ille, qui recitat, ubi est magnus strepitus, non satisfacit præcepto; si verò rumor esset exiguis, nec obstaret attentioni, non esset peccatum Mortale, quamvis recitans aliquod verbum in conversatione proferret, secùs autem si recitando frequenter loqueretur: clarum est enim in hoc casu gravior peccari, nec satisficerit præcepto, cum hæc interlocutio cum debita attentione sit incompatibilis.

84. P. P. R. confiteor, quòd semel recitaverim mente taliter di-

G

stracta,

sfracta, ut intra me ipsum nullius valoris reputaverim recitatum Officium, adeoque habui intentionem idem repetendi, quod tamen postmodum non adimplevi.

P. Mutavit ne V. D. intentionem intra eandem diem.

P. Ita P. R.

C. Judicavit ne per primam recitationem se satisfecisse?

P. Remansit semper aliquis scrupulus in corde meo.

C. Supposita doctrinâ traditâ num. 80. quod recitans mente distracta satisfaciat Officio Divino, non obligabatur V. D. ad ejusdem repetitionem, adeoque potuit mutare intentionem, ac sibi suadere, quod suæ obligationi satisfecerit, & prima intentione mutata, omittere novam recitationem, ut dico in meo tom. I. Confer. Moral. tract. 3. Confer. 3. §. 2. cas. 3. num. 22. fol. 150.

85. P. P. R. confiteor pariter, quod multoties recitaverim absque intentione satisfaciendi præcepto Ecclesiæ ad hoc obliganti.

C. Habuit ne V. D. expressam intentionem contrariam non satisfaciendi ea die præcepto Ecclesiæ?

P. Hoc non P. R.

C. Habuit ne expressam intentionem illud recitandi?

P. Nec hoc P. R.

C. Et si dum incepit recitare interrogata fuisset, quid intendisset facere, quale responsum dedisset?

P. P. R. quod Divinum Officium recitare vellem.

C. Ad satisfaciendum præcepto recitandi, non requiritur intentio satisfaciendi tali præcepto, sed sufficit, quod non habeatur intentio contraria nolendi satisfacere præcepto, licet requiratur intentio recitandi, non quidem explicita, sed implicita, quæ includitur in acceptione Breviarij, & inceptione recitationis, ut pater ex loco citat Confer. §. 1. num. 12. & 13. ubi magis ex professo de hac materia hic non replicanda tructo, proinde videatur ibi, ac etiam Villalobos. ubi supr. num. 8.

86. P. P. R. confiteor, quod in quâdam occasione recitando Divinum Officium ex suggestione Dæmonis ad objectum obscenum, & turpe cogitationem habuerim, nec tantum in illud consensi per complacentiam, & delectationem, verum etiam proposui externè pecare finito officio.

C. Fuit ne plena advertentia per firmum judicium de malitia cogitationis, cui V. D. consensit.

P. Ita P. R.

C. Ad Peccatum Mortale tria requiruntur, nempe Materia gravis, plena advertentia, & plenus consensus, quomodo hoc sit intelligendum, & qualis sit distinctio inter plenam, & semiplenam advertentiam, habetur explicatum tom. I. Confer. tract. 2. scđ. 4. Confer. I. §. 2. num. 9. & seq. cum ergo in nostro casu objectum delectationis fuerit

fuerit materia gravis, plenus consensus, & perfecta advertentia, non est dubium, quin V. D. graviter peccaverit, & in ea specie peccati, in qua erat objectum, cum quo habuit animum peccandi.

87. Dicat mihi putavit ne, quod consensus in hoc peccatum tempore Divini Officij exhibitus diversam specie malitiam contineret?

P. P. R. Optimè novi graviorem esse culpam.

C. Esse quid gravius nullam habeo difficultatem. dubium est, utrum sit circumstantia mutans speciem, & necessariò in Confessione aperienda. Diana negativam tenuit part. 6. tract. 7. resol. 36. & cum Navarro Sanchez in consil. tom. 2. lib. 7. dub. 9. num. 3. ait recitantem cum proposito peccandi non committere distinctū peccatum. Contrarium asserunt Sylvius in resol. var. Verb. Oratio, Moya in select. tom. 1. tract. 2. disp. 2. quæst. 1. num. 7. quorum doctrinam, ut veram amplector, eamque probo; Distinctio specifica peccatorum desumitur ex diversa disformitate ad regulas morum, seu ad rationem, ut habetur in Confer. ubi supr. seit. 6. Confer. 1. §. 1. num. 6. & seq. sed sic est, quod habeat diversitatem, seu repugnantiam cum ratione peccatum tempore actualis recitationis, quam alio tempore commisum, ergo hujusmodi peccatum habebit circumstantiam specie diversam: & conse-

quenter in Confessione aperiendam. Confirmatur: peccata, quæ opponuntur diversis virtutibus, distinguuntur specie, ut dico loco cit. num. 7. sed sic est, quod consentiens recitando cogitationi impuræ diversas offendat virtutes, V. G. Castitatem, & Religionem, ergo duo peccata specie distincta committit.

88. Dicat mihi, credidit ne V. D. se satisfacere obligationi Divini officij hoc modo recitando?

P. P. R. Licet scirem me culpam ad eo gravem committere, attamen prædictam obligationem adimplere mihi videbatur.

C. Per actum etiam graviter peccaminosum satisfieri potest præcepto, & legi Ecclesiæ, ut cum Palao, & Caspensi Dico in Confer. tract. 3. Conf. 3. §. 1. num. 3. V. G. ille, qui pergit ad audiendam Missam ex fine libidinoso, ut mulierem à se turpiter amatam cernat, quamvis mortaliter peccet, satisficit præcepto audiendi Missam. Limitant tamen hanc doctrinam in recitatione Horarum Canonicularum. Palauus tom. 2. tract. 3. disp. 1. punct. 18. sub. num. 2. §. Dixi. Sanchez in sum. lib. 1. cap. 14. num. 1. Bonacina de legibus. tom. 2. disput. 1. quæst. 1. punct. 9. num. 2. qui licet asserant per actum peccaminosum posse satisfieri obligationi legis, ut in dicto casu Missæ; id tamen negant in casu Horarum Canonicularum; at cen-

leo hos Doctores ponere hanc limitationem supposita doctrina ab ipsis tradita, quod attentio interna sit de essentia Orationis, taliter, ut recitans cum distractione voluntaria graviter peccet, nec satisfaciat obligationi D. Officij. Sic Sanchez in Consil. tom. 2. lib. 7. dub. 28. num. 2. cap. 9. & dub. 30. num. 2. sic etiam Palaus tom. 2. tract. 7. disp. 1. punct. 7. num. 2. & disp. 2. punct. 3. num. 4. & punct. 7. num. 7. Sic demum Bonacina de horis Canoniceis tom. 2. disp. 1. q. 3. num. 2. §. 2. n. 4. Dum tamen hi doctores docent, quod cum distractione voluntaria non satisfiat Divino Officio, necessarium est, ut dicant, quod voluntariè se distrahentes per delectationem morosam non satisfaciant eidem obligationi, quamvis teneant, quod præcepto Missæ satisfiat per actum alias peccaminosum.

89. Nullum potui adinvenire, qui in proprijs terminis contrariam opinionem asserat; meam tamen circa hunc casum dicam. Dico igitur primò, quod si ille, qui recitat consentiendo peccato se externè distrahat, aspicio, loquendo, tangendo, aut aliquam actionem indecentem exercendo cum objeceto, in quod mentaliter tendit, non satisfaciat D. Officio, juxta dicta *supr. num. 81.* quia ponit obiectum externum cum attentione incomprensibilem. Dico secundò,

quod si per brevem partem Divini Officij duraret delectatio morosa, & consensus venereus, non graver delinqueret contra ejusdem obligationem, quia illud recitare in peccato mortali, non est impedimentum ad satisfaciendum præcepto, ita Sanchez loco cit. in consil. dub. 9. num. 3. ergo quamvis præcessisset ille consensus, à quo fuit anima constituta in statu peccati Mortalis, si postmodum delectatio, aut consensus non duravit per notabilem partem Divini Officij, neque graviter ejus satisfactio fuit violata.

90. Dico tertio in opinione relata *supr. num. 81.* eorum, qui dicunt satisficeri Divino Officio, cum distractione interna voluntaria, probabile esse recitantem, cum animo internè peccaminoso, & consensus in peccatum satisfacere obligationi Divini Officij, absque onere illud repetendi. Probatur; Ideo D. D. dicunt satisficeri præcepto Missæ, licet hoc fiat animo peccandi, quia attentio interna non est de essentia præcepti audiendi Missam, & quia cum illa distractione interna voluntaria potest satisficeri, ergo in opinione eorum, qui tenent, quod attentio interna non sit de essentia præcepti recitandi Divinum Officium, infertur posse satisficeri huic obligationi, quamvis cum animo peccaminoso adimpleatur.

### Caput III. de Divino Officio.

53

91. P. P. R. Confiteor, quod  
tertia Februarij, dum in mea Dice-  
cessi fieret Officium Feriae, die ante-  
cedenti sero Matutinum S. Blasij pro  
die sequenti recitaverim, præter-  
misslo Officio Feriae.

C. Quale motivum habuit hoc  
faciendi?

P. P. R. Quidam Sacerdos Ami-  
cus meus me invitaverat pro die  
S. Blasij ad locum sui Domicilij, ubi  
Officium ejusdem Sancti tanquam  
Patroni celebrabatur.

C. Forte V. D. cum hoc Sacer-  
dote Amico invitante recitavit Ma-  
tutinum?

P. Ita P. R. simul recitavimus.

C. Recitare Officium alicujus  
Sancti, quando est recitandum Of-  
ficium Feriae, etiam dedita opera,  
non est peccatum Mortale, quia  
per talem mutationem non violat-  
tur substantia præcepti, sed tantum  
modus, ritus, & cæremonia, si ta-  
men fiat sine causa, erit peccatum  
veniale. Ita Leander à SS. Sacram.  
tom. 6. tract. 8. disp. 8. quæst. 61. &

62. & cum Cajetano, Layman,  
Lessio, & alijs multis Diana part. 2.  
tract. 12. resol. 3. ac cum ijsdem  
Torrecilla tract. 4. Consil. Cons. 10.  
num. 52. super proposit. 34. Alexan-  
dri VII. cuius explicatio cum do-  
ctrinis spectantibus ad hanc Mate-  
riam in fine hujus tomii tract. 17.  
traditur.

Præscindendo etiam ab his do-  
ctrinis potuit V. D. absque aliquo

scrupulo recitare in hoc casu Offici-  
um S. Blasij ex duplicitate ratione. Pri-  
mò, quia die sequenti debuit esse  
in loco, ubi fiebat Officium S. Blasij,  
cujus privilegio potuit V. D. tan-  
quam Peregrinus frui juxta dicta  
*in Confer. tract. 3. Confer. 5. §. 2.*  
num. 12. & in proprijs terminis id  
asserit cum Tanchredi, Diana part.  
11. tract. 4. resol. 45. propè finem.  
Secunda ratio, ob quam V. D. abs-  
que scrupulo potuit recitare Offici-  
um S. Blasij, est, quia recitavit cum  
socio, cui hoc erat licitum, nam  
quando unus recitat Officium cum  
altero, potest frui ejusdem privile-  
gio, ita cum Portello, & Henrin-  
quez, Diana part. 2. tract. 12.  
resol. 35.

92. P. P. R. Confiteor, quod in  
die S. Martini non recitaverim **ex**  
errore ejus Officium, quod post-  
modum altera die recitavi.

C. Dies, in qua recitavit Offici-  
um hujus Sancti, erat ne impedita  
ab Officio novem Lectionum?

P. Non P. R.

C. Si fuisset dies impedita ab of-  
ficio novem Lectionum, non po-  
tuisset V. D. recitare ea die Offici-  
um S. Martini, quia non erat ratio-  
nable, ut propter errorem com-  
misum propria dies Sancti curren-  
tis negligeretur: sed cum fuerit di-  
es non impedita, potuit V. D. se-  
cure recitare in ea Officium S. Mar-  
tini, quinimò tenebatur in sententia  
Leandri à Sacram. ubi supr. q. 47.

93. P. P. R. confiteor, quod currente festo S. Hieronymi die Martis ejus Officium recitaverim die lunæ, & postmodum ejusdem Sancti Officium denuò recitavi.

C. Contigit ne hoc cum advertentia, aut ex errore?

P. P. R. ex æquivocatione facta.

C. Non aspexit V. D. Diarium, seu Calendarium disponens officia?

B. Ita P. R. sed æquivocavi, & putando legere Feriam secundam, legi tertiam.

C. Jam dixi *num. 91.* quodd recitare unum Officium pro altero (dummodo hoc non sit de Resurrectione, de quo loquar infra tract.

*17. super proposit. 34. damnatam ab Alexandro VII.*) non sit peccatum Mortale, sed Veniale, ac proinde nec hoc V. D. commisit in præsenti casu, siquidem error non fuit cum advertentia, nec inadvertentia fuit culpabilis, cum aspicerit Calendarium ad habendam notitiam, de quo Sancto fieret Officium, potuitque V. D. die sequenti iterum recitare Officium de S. Hieronymo, imo Leander supra quest. 48. docet ad hoc fuisse obligatam.

94. P. Sic pariter confiteor, quod in festo duplice recitaverim semiduplex, & aliud simplex recitaverim tanquam duplex.

C. Fuit ne ex negligentia aspiciendi, sub quo ritu fuerit recitandum Officium Sancti?

P. Ita P. R. habui enim commoditatem videndi, & interrogandi, sed ex omissione id neglexi, & hoc modo recitavi suadendo mihi, sub hujusmodi ritu ea Officia Sanctorum esse recitanda.

C. Quamvis Lezana in *sum. tom. 1. cap. 12. num. 20.* censeat cum Gavanto, & Barbosa graviter peccari recitando sub ritu duplice Officium Sancti, quod est sub ritu semiduplici, aut simplici, probabile tamen & tutum est oppositum: Ita cum Pellizario, Diana *part. II. tract. 4. resol. 4.* quia in hoc casu observatur substantia recitandi Officium, & solùm delinquitur in modo, quod est peccatum Veniale, & in hoc V. D. incurrit propter negligentiam commissam inquirendi, & interrogandi, sub quo ritu fuerit Officium illius Sancti recitandum.

95. P. P. R. confiteor, quod una die post recitationem Matutini de feria, ex errore, inadvertentia, & æquivocatione, postmodum Noverim eadem die currere festum duplex, & hoc non obstante totum residuum de feria recitaverim.

C. Credidit V. D. hoc modo se suo muneri satisfacere?

P. Ab omni scrupulo non fui immunis, mihi tamen visum fuit melius prosequi uniformiter Divinum Officium, quam partem de feria, & partem de Sancto recitare.

C. Caramuel in *regula S. Benedicti, disp. 110. num. 1403.* opinia-

tus  
par  
Do  
no  
me  
dic  
nu  
tan  
um  
nu  
ter  
can  
sing  
ten  
cap  
era  
cen  
tutu  
illu  
non  
defu  
& q  
tare  
est,  
for  
tur  
&  
rem  
rare  
re,  
do  
Eto  
96  
qui  
Sand  
recit  
culp  
gen

eur esse peccatum mortale recitare partem de Officio unius Sancti, aut Dominicæ, & alteram de feria, quia hoc non est recitare unum, sed duas medietates Officij, & consequenter dicendum, quod recitans Matutinum de feria, in die, qua est recitandum de Sancto, totum residuum de feria recitare debeat, aut denud recitare Matutinum cum cæteris de Sancto; idem sentit Quintanaduenas tom. I. sing. 99. tract. 8. sing. 5. num. 8. contrarium tamen tenet Tamburinus in Decalog. lib. 2. cap. 5. §. 2. num. 31. Leander à Sacramento ubi supr. quest. 49. dicens, quod ille, qui recitavit Matutinum de feria, quando debuisset illud recitare de Sancto duplici, non debeat continuare Officium de feria, sed horas recitare de Sancto, & quod non obligetur denud recitare Matutinum, & Laudes: ratio est, quia hoc modo unum Officium formaliter, & moraliter componitur, licet materialiter non sit idem, & quia melius est corrigere errorum notum, quam in illo perseverare, sed esset perseverare in errore, recitare horas de feria, quando noscitur recitandas esse de Sancto ergo &c.

96. Ex dictis infertur, quod ille, qui recitavit totum Officium de Sancto, aut de feria, & postea scit recitandum esse de alio Sancto, si culpabilem antecedentem negligentiam non commisit, nec peccaverit,

verit, necteneatur secunda vice recitare de Sancto, de quo debuisset recitari, & si ex præcedenti culpabili negligentia hoc factum fuit, peccatum veniale erit hæc negligentia, sed non tenebitur repetere Officium, nec venialiter peccabit, si denud recitare prætermittat. Sic Leander loc. citat. quest. 4.

97. Infertur secundò, quod si quis recitavit de aliquo Sancto die currenti in loco sibi domicilij, & postmodum transivit ad alium, ubi nondum celebratum, sed translatum fuit Officium de tali Sancto, quamvis non teneatur recitare denud de illo Sancto, possit tamen hoc facere, ita Leander ibid. quest. 52.

98. P. P. R. consuetudinem habeo recitandi Matutinum, & Laudes die præcedenti serò, dicat mihi V. P. utrum bene faciam?

C. Qua hora vespertina solet V. D. recitare?

P. P. R. aliquando tertia, aliquando quarta hora pomeridiana.

C. Ex consuetudine jam introducta licitum est recitare Matutinum cum Laudibus pridie ad vesperam absque ullo peccato nulla interveniente causa, & potest recitari tertia, aut quarta hora pomeridiana, ita cum Caramuele Trulench, & alijs Diana p. 10. tract. 16. resol. 46. alij verò quos omisso nomine citat Marchadus tom. I. lib. 2. part. 3. tract. 2. docum. 6. num. 3. senti-

sentiunt, quod possint recitari post secundam horam pomeridianam, sed hoc nec sequerer, nec alijs consulere, benè verò primū. Notandum, hic esse sermonem juxta usum, quo numerantur horæ in Hispania.

99. P. P.R. Interdum etiam pri-die recitavi solum matutinum, Laudes ad sequentem diem differendo.

C. Habuit aliquam causam illud dividendi?

P. Interdum ob aliquod occur-rens negotium, quandoque ex tæ-dio recitandi quasdam horas Matu-tinas longas, & subinde etiam sine causa.

C. Ex justa causa licet Matuti-num dividere à Laudibus usque in diem sequentem eas differendo.

Et si hoc fiat absque causa pecca-tum fore veniale, ait Azorius part.

I. lib. 10. cap. 8. quaest. 4. ego verò probabile puto, nec fore peccatum veniale, licet fiat absque ulla causa. Bassæus Verb. Horæ Canonicae 3. num.

2. & cum Navarro, Suarez, & alijs Leander de SS. ubi supr. quaest. 70. In quo casu Gavantus docet, in fine Matutini dicendam esse Orationem diei, cum Dominus vobiscum &c. Be-nedicamus Domino &c. Vide illum in Rubr. Missalis sect. 4. cap. 2. con-trarium afferit cum aliquibus Mo-dernis Sanchez. in Consil. tom. 2. lib. 7. dub. 20. num. 2.

100. P. P.R. Confiteor, quod tempore præfixo à jure, vel consue-tudine horas non dixerim.

C. Solita ne erat V. D. dicere horas usque ad Nonam inclusivante Meridiem?

P. Aliquando ita, & aliquando eas dixi post meridiem.

C. Quando recitavit post meridiem fuit ex aliqua causa?

P. Interdum ut possem man-studijs vacare, & multoties absque aliqua causa.

C. Ad vitandum peccatum mor-tale sufficit, ut dicantur eo inter-vallo, quod est inter medium no-ctis præcedentis, & sequentis, qui sic adimpletur præceptum quo ad substantiam. Quin imò nec erit peccatum veniale, illud non recitat tempore à jure præscripto, si ad aliqua causa anticipandi, aut po-

ponendi V. G. ad studendum, co-cionandum, excipiendum Consi-fiones, aut aliquod conveniens n-egotium peragendum, sed absque causa tempus à jure præfixum in-vertere, erit peccatum veniale, Diana part. 2. tract. 12. resol. 14. cum communi contra Caramu-lem, qui est contrariae opinionis Regul. S. Benedicti disp. 112. art. num. 1411. & probatur nostra af-sertio exemplo S. Severini Episco-Coloniensis, qui fuit graviter Purgatorio cruciatus ex eo, quo statutis temporibus horas non re-taverit, ut refert Papa Victor II.

De

Deus  
niſi p-  
casu

hoc I  
que  
temp  
ut ab

C.  
tutin  
vespe

Hora  
post r  
plete  
in qu

merid  
Disqu

13. n

10  
toties  
Hora

C.  
ruptio

P.  
aut tr  
cessat  
non i

C.  
ruptio

P.  
do ve

C.  
bos. 8

Murci

3. Reg  
tenen

Divin  
fine ju

### Caput III. de Divino Officio

57

Deus autem eum non punivisset, nisi peccatum Veniale in supradicto casu commisisset.

101. P. P. R. Nec venialiter in hoc Deum offendere vellem, adeoque placeat me edocere, quoniam tempore debeam recitare officium, ut ab omni culpa sim immunis.

C. Ad hoc sufficiet recitare Matutinum cum Laudibus pridiè ad vesperam, aut propria die manè: Horas Minores ante meridiem, & post meridiem Vespertas, & Completorium; excepta Quadragesima, in qua dicendæ sunt Vespere ante meridiem. Sic N. Murcia tom. 2. *Disquisit. Moral. lib. 4. disp. 6. resol. 13. num. 16*

102. P. P. R. confiteor, memultoties cum interruptione recitasse Horas Canonicas.

C. Quomodo fuit hæc interruptio?

P. Post unius, vel duorum, aut trium psalmorum recitationem cessabam, & postea continuabam non repetendo ab initio priora.

C. Fuit ne diurna hæc interruptio?

P. P. R. aliquando ita, aliquando vero modica fuit.

C. Lessius, Ledesma, Villalobos & alij citati à N. P. Leandro de Murcia *ibidem num. 12. & sup. cap. 3. Regul. seraph. cap. 1. §. 2. num 12.* tenent, quod quamvis interruptio Divini Officij notabili tempore, & sine justa causa fiat, non sit mortale

ab initio non repetere; quia (dicitur) continuationem non pertinere ad essentiam Officij, sed ad modum, & solum venialiter pacari violando hunc modum absque causa. Peccati mortalis damnant hanc interruptionem factam absque justa causa, nisi ab initio repetatur: *Navarrus de Orat. cap. 16. num. 75. Suarez, Vasquez, & alij, apud Mureiam loco Disquisit. cit. num. 11.* quia unitas partium Officij pertinet ad ejus integratem, & formam, ergo illud recitando cum notabili interruptione sine justa causa, erit peccatum mortale.

103. Mea opinio est primò, quod modica, & valde brevis interruptio, etiamsi fiat absque justa causa, peccatum Veniale non excedat, quia non obstante hac levi interruptione continuatur moraliter Officium: Secundò, quod separare Nocturnos Matutini, ac divisim eos recitare, licet ab uno, ad alium effluent tres horæ, nec sit peccatum Veniale, si justa causa concurrat. *Bassæus Verb. Horæ Canonicaæ 2. num. 16. Navarrus supr. cap. 3. num. 64. & Leandro de SS. tom. 6. tract. 8. disput. 4. quest. 73. in fine. videtur, etiam absque causâ justa recitare divisim Nocturnos non esse Veniale, quod non improbabile existimo; quia quilibet Nocturnus habet minorem connexionem cum altero, quam psalmi unius Horæ inter se: Tertiò, quod si interveniat causa*

H

justa

justa, nullum erit peccatum interrumpere quamlibet horam Divini Officij, quamvis sit per notabile tempus, quia interveniente causa justa cohonestatur irreverentia recitandi interrupte Officium: Quartò, quod si absque justa causa interrumpatur notabiliter Officium, erit peccatum Mortale; nisi repetatur ab initio, sic DD. citati *pro secunda sententia*. Causa autem justa erit assentia ad Chorum, administratio Sacramentorum, applicatio ad aliquod grave negotium non admittens dilationem, & similia.

104. P. P. R. confiteor, quod una die inceperim recitare à Laudibus Officium, & post Nonam recitaverim Matutinum.

C. Et quare hoc modo recitavit?

P. Quia fui in itinere.

C. Non habuit Breviarium pro recitando antea Matutino?

P. P. R. Solum Diurnum mecum habui.

C. Invertere Ordinem horarum, quamvis sine causa fiat, non est Mortale. Ita docet cum communi Diana part. 2. tract. 12. resol. 16. quia in hoc nihil esse entia, sed solum modale, seu accidentale violatur; & si rationabili fiat causâ, nec venialis culpæ damnatur, quam causam V. D. habuit defectu Breviarij, ac proinde nec illud commisit. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. §. Adde.

P. P. R. In diurno Sancti novi commemoratione non dabatur, eamque omisi, ut postea supplerem.

C. Potuit hoc facere absque peccato. Laijan *ibidem*.

105. P. P. R. confiteor, quod in alia occasione recitaverim cum Amico, qui jam dixerat Matutinum, ac cum eo officium à Prima inceperim, recitando postea Matutinum.

C. Iste Amicus rogavit ne, ut scum diceret Officium?

P. Ita P. R.

C. Potuit V. D. hoc licetè facere rogata, & invitata à suo Amico. Ita cum Sylvestro Cajetano, Suarez, & alijs Bonacina de Horis Canonici disput. I. q. 3. punc. 4. n. 3.

P. Sciat tamen V. P. quod hic Amicus non ex obligatione recitaverit Divinum Officium, sed solummodo ex devotione.

C. Nihil refert, licitum est recitanti ex obligatione Officium choratim illud dicere cum non habente obligationem. Layman *ubi supra* num. 8.

Aliæ dantur causæ recitandi absque aliqua culpa. Horas invertendo Ordinem, V. G. si quis recitet actualiter horam immemor, quod antecedentem non recitaverit, assentia ad Chorum & similes, que possunt videri in Bonacina loc. citato.

106. P. P. R. Confiteor, quod semel ante Vespertas, & completorium dixerim Matutinum pro die sequenti.

C. Quam

## *Caput IV. De Sacrificio Missæ.*

59

C. Quam causam habuit hoc modo recitandi?

P. P. R. illo Vespere fuit obligatio recitandi Matutinum in Ecclesia, nec fui recordatus prius orare Vesperas.

C. Postmodum tamen recitavit?

P. Ita P. R.

C. V. D. In hoc casu non peccavit. Villalobos tom. 1. tract. 24. difficult. 13. num. 1. siquidem adimplevit substantiam præcepti, habuitque causam, & excusationem non observandi modū. Plures aliae prolixitates se se tractandas offerunt in hac materia Officij, quas curiosus Lector videre poterit apud Leandrum de Sacramento tom. 6. tract. 8. disput. 4. per totam. sufficiat scripsisse magis practicas, & necessarias.

## **C A P U T   I V .**

### **De Sacrificio Missæ.**

*Ad Procedendum cum claritate hoc Caput in tres partes dividam.*

#### **P A R S   I .**

*De Diebus, Horis, & Je-  
junio necessario ad dicendam  
Missam.*

107. P. P. R. me accuso, quod notabiliter neglexerim aliquibus temporibus celebrare Sanctum Sacrificium Missæ.

C. Celebravit ne V. D. in quibusdam anni diebus?

P. Annus integer præteriit, in quo nunquam celebravi, alijs verò annis paucis tantummodo diebus.

C. Omisit ne V. D. celebrare ex contemptu Sacrificij?

P. Non P. R.

C. Secutum est ne scandalum in populo ex eo, quod V. D. non celebraverit?

P. Certum est, quod causaverim notam, ac occasionem præbuerim judicandi me male vivere.

C. Absolutè loquendo Sacerdotem legitimè non impeditum mortaliter peccare, si nunquam celebret toto anno, ita sentire videtur S. Tho. part. 3. quæst. 82. art. 10. (apud Bonacinam Tom. 1. disp. 4. de Sacram. Euch. quæst. ult. punct. 7. num. 1.) Riccardus, Paludanus, Sotus, Suarez, & alij. quos citat, & sequitur Layman. tom. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 3. n. 1. Azorius, Navarrus Coninch. & alij apud eundem Bonacinam ibidem. probatur nostra conclusio, quia toto anno non celebrare, est abscondere talentum potestatis in terra, atqui Christus æternis flammis condemnavit illum, qui abscondit talentum in terra. *Inutilem servum ejcide in tenebras exteriores.* Matth. cap. 25. ergo toto anno non celebrare est peccatum Mortale.

Et Quamvis aliqui Doctores fuerint contrariae opinionis, affirmat

tamen Bonacina *ubi supra*, quod Pontifex Pius V. ægrè ferens opinionem Cajetani afferentis Sacerdotem nunquam celebrantem peccare solum venialiter, curavit in ultima Romana impressione operum S. Thomæ in opusculis hanc opinionem corrigi, & deleri. Imò illi, qui fuerunt hujus opinionis, cum limitatione eam docuerunt, nempé præciso contemptu, aut scandalio; in nostro autem casu si contemptus abest, raro aut nunquam cessat scandalum, quandoquidem ex hujusmodi notitia dat occasionem scandali, & ruinæ, cum ingerat suspicionem prauæ conscientiæ. Adeoque V. D. in omnium opinione ex prædicta causa graviter peccavit eo anno, quo non celebravit.

108. Nunc mihi dicat, quoties alijs annis celebravit.

P. Ter, aut quater in anno.

C. Angelicus Doctor *ubi supra* sentit, quod Sacerdos teneatur celebrare in præcipuis festis, & singulariter ijs diebus, in quibus solent Fideles communicare: sed saltem videtur, quod celebrare tenetur in præcipuis Festis, & maxime in illis diebus, in quibus Fideles communicare consueverunt, Bonacina loco citato allegat Suarez, Henriquez, & alios pro opinione afferente Sacerdotem ter, aut quater celebrantem in anno non esse reum mortalis peccati, quod probabile cum fato, & alijs censet Leander à Sacramento *supr.*

*quaest.*

*quaest. 2.* Ego tamen fateor hoc esse nimis paucos dies, nec scandalum evitandum fore ex trina, aut quaterna celebratione Sacerdotis in anno. Quare dictamen S. Thoma est verum, & tutum, idque judico sequendum.

109. P. P. R. me accuso, quod in quadam occasione die Jovis Sancti celebraverim.

C. Contigit ne aliquod scandalum in populo ex eo, quod V. D. celebraverit transgrediendo leges Ecclesiasticas.

P. Nullum fuit secutum scandalum, quia in privato, & secreto oratorio celebravi.

C. Celebravit ne V. D. ea die, antequam collocaretur Sacramentum in Urna Monumenti?

P. Ita P. R. quia valde tempestivè celebravi.

C. Secluso scando lictum ei cuivis Sacerdoti celebrare in die Jovis Sancti. Ita cum communi Layman *ubi supr. cap. 4. num. 9.* hoc tamen debet esse, antequam finiatur Missa solemnis, & reponatur in Urna Monumenti Divinum Sacramentum. Leander à Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 5. quaest. 20.*

110. P. P. R. me accuso pariter, quod una vice celebraverim in Sabato Sancto.

C. Quale motivum habuit celebrandi illa die?

P. P. R. Quia ea die currebat Festum Annuntiationis S. Mariæ Dominiæ nostræ.

C. Et

C. Et qualem Missam V. D. dixit? de Nostra Domina, vel de Sabbato Sancto?

P. P. R. Missam de Sabbato Sancto.

C. Et cum quali introitu? quia haec Missa caret hoc in Missali, cum solemnis incipiat post Kyrie.

P. P. R. Dixi introitum Missæ Paschatis Resurrectionis.

C. Quamvis aliqui dixerint esse peccatum Mortale, celebrare Missam privatam in Sabbato Sancto, quam opinionem ut communem sequitur Villalobos *tom. 1. tract. 8. diffic. 2. n. 4.* est tamen probabile, quod liceat. Ita cum Suarez, Fagundez, & alijs P. Caspensis *tom. 2. tract. 23. disp. 3. sec. 2. num. 52.* Ledesma *in sum. part. 1. cap. 19. de Sacram Eucharis. sub. conclus. 5. §. nihil dominus.* Leander de Sacramento *ubi supra quest. 26.* malè citat pro hac sententia Castro Palaum *part. 4. tract. 23. puncto 7. num. 4. & 5.* quia, quamvis hic Author id judicet probabile, probabilius tamen censet contrarium, ergo cum Leander asserat probabilius esse, quod possit celebrari in Sabbato Sancto (cum cautela, & secluso scandalo) malè citat pro sua opinione Palaum, qui probabilius tenet contrarium.

Cum V. D. hac die celebraverit, bene fecit dicendo Introitum Resurrectionis, & potuit etiam legere Missam Annuntiationis eadem die currentis. *Ledesma loco citato.* Et

licet hic Author cum alijs, & Palao *ibidem* dicant, non posse illa die celebrari Missam antequam dicatur solemnis, probabilius tamen censet oppositum Leander *supr. quest. 28.* His omnibus opinionibus finem imposuit Alexander VIII. qui cum suo Decreto anno 1690. 21. Martij emanato prohibuit, ne tam ante, quam post Missam solemnem celebretur in Sabbato Sancto.

III. P. P. R. me accuso, quod semel celebraverim ante auroram.

C. Quanto tempore ante ortum solis V. D. incepit Missam?

P. P. R. duabus horis ante.

C. Celebravit fortè V. D. eo fine, ut consecraret, & alicui infirmo viaticum deferret.

P. Non P. R. sed quia debui iter aggredi, & ut recenti aura in itinere fruerer.

C. Rubricæ Missalis sanciunt, ne Missa ante auroram incipiatur: & quia haec non consistit in indivisibili, dixerunt aliqui, posse incipi uno quadrante horæ ante Auroram: alij, quasi unâ horâ, alij, horâ cum quadrante, alij, horâ & mediâ, & alij denique duabus horis ante ortum solis. Videantur hæ opinions in Diana *part. 2. tract. 14. resol. 33.* Ego opinor posse incipi Sacrum unâ horâ ante ortum solis, & non ante, quia Rubrica dicit in Aurora, Aurora autem regulariter emittit lucis suæ radios, & sua crepuscula detegit unâ horâ ante ortum solis, ergo

unâ horâ antequam sol egrediatur, & non prius potest incipi Missâ: Non loquor cum Regularibus, qui ex privilegio possunt incipere Missam immediate post Matutinum, aut horâ secundâ post duodecimam noctis. Ut ait Diana *ibi*. & si necessarium sit dare Viaticum infirmo, potest etiam media nocte legi sacram; pro peragendo tamen itinere cum majori commoditate non licet Sacerdoti privato legere Missam magis tempestivè, quam dictum est, Layman *tom. 2. lib. 5. tract. 5. cap. 4. num. 3.*

112. P.P.R. me accuso, quod aliâ die valde tardè Missam celebraverim.

C. Qua hora eam incepit?

P. Hora prima pomeridiana.

C. Quo motivo?

P. Eadie fuit Processio, & Concio, & quando Missa solemnis fuit finita, erat hora post meridiem.

C. Tenetur ne V. D. ex aliqua fundatione celebrare post Missam solemnem.

P. Non P. R. sed ex devotione semper soleo celebrare post Missam solemnem, ut aliqui somnolenti, & pigri possint audire sacrum, & in re plures ea die illud non audivissent, nisi illa hora celebrasset.

C. Ultima hora diei, in qua secundum Rubricas, licitum est celebrare, est meridies; quæ si Mathematicè non sumatur, juxta aliquos non consistit in indivisibili, & quod

uno quadrante, & paulò plus post meridiem, possit incipi Missâ: Videatur Diana *supr. resol. 34.* Ex iusta causa, prout est in casu nostro V.D. potuit ea hora incipere, & legere Missam; ita Layman *loc. cit. num. 4.* qui cum Henriquez, Miranda, & Rodriquez addit, Sacerdoti ratione itineris impeditum, posse Missam incipere hora prima pomeridiana, Religiosi verò ex suis privilegijs possunt celebrare usque ad tres horas post meridiem; ita cum Joanne à Cruce Diana *ibidem in fin.*

113. P.P.R. Me accuso, quod in quadam occasione celebraverim in Oratorio, in quo non fuit licentia legendi Missam.

C. Et pro priori fuit ne hæc facultas?

P. Ita P. R. sed fuit concessa ad tempus limitatum, quod jam effugerat.

C. Habuit ne V. D. Bullam Criciatæ?

P. Ita P. R.

C. In communi sententia Doctorum, quos omisso nomine citat, & sequitur P. Matthæus de Moyain *suis collect. tom. 1. tract. 2. disp. 3. quæst. 2. §. 2. num. 9.* non est licitum celebrare in Oratorio privato, finito tempore licentiae summi Pontificis, quamvis sit cum privilegio Bullæ Cruciatæ: contrariam sententiam probabilem teneo, quam sequuntur Thomas, Hurtadus *tom. 2. resol. moral. tract. 12. cap. 1. num. 2171*

2171  
num  
Bullæ  
brat  
cede  
ca ha  
pirav  
dum  
ac in  
versu  
sum  
licet  
secun  
spicit  
Etū pe  
vel m  
rit lic  
ci, re  
privile  
in eoc  
114  
quod  
giorun  
bus O  
rit co  
hone  
Ordin  
tato q  
Torre  
8. num  
115  
multo  
ante M  
C. G  
baccam  
P. C  
re, & f  
C. I  
machui

2177. & alij citati à Moya *ibid.* §. 1. num. 4. dicentes, per privilegium Bullæ Cruciate licitum esse celebrare in Oratorijs, in quibus antecedenter ex concessione Apostolica hoc erat indultum, quamvis expiraverit tempus concessionis, dummodò Oratorium sit decens, ac in usus profanos non fuerit conversum: quia privilegium concessum à sua Sanctitate in his casibus, licet primario respiciat personam, secundariò tamen, & indirectè respicit etiam locum, ergo licet respetu personæ (quæ vel est mortua, vel mutavit domicilium) expiraverit licentia, remanente decentia loci, remanet facultas habenti aliud privilegium (quale est illud Bullæ) in eodem celebrandi.

114. Notandum transeunter, quod Regulares vi suorum privilegiorum possint celebrare in similibus Oratorijs (quamvis expiraverit concessio Papæ) & in quolibet honesto loco non contradicente Ordinario. Videatur Moya *loco citato quæst. 3. per totam.* Et N. P. Torrecilla *in consult. tract. 3. consult. 8. num. 1. & seq.*

115. P. P. R. me accuso, quod multoties sumpserim Tabaccam ante Missam.

C. Quo modo V. D. sumit Tabaccam?

P. Omnimodo, in folijs, pulvere, & fumo.

C. Descendit ne aliquid ad stomachum?

P. P. R. de Tabacca sumpta per os nihil descendit; de altera, quam sumebam in pulvere, & fumo, aliquoties descendit paululum ad pectus.

C. Certum est, sub reatu peccati mortalis necessarium esse jejunium naturale ad sumendam Eucharistiam; nec in hoc datur parvitas materiae: advertendum tamen ad fractionem jejunij naturalis duas requiri conditiones; primò, efsus, vel potus alicujus rei; secundò, ut id, quod deglutitur, sit per modum cibi, aut potus. Hinc sequitur quod Tabacca in fumo, & pulvere non frangat jejunium naturale, quamvis descendat ad pectus, seu stomachum, quia non sumitur per modum cibi, aut potus: sic Caspensis tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 4. num.

46. Tabacca, quæ sumitur per os, si aliquid de ea, dedita operâ, in stomachum traijciatur, frangit jejunium naturale; sed non quando tota saliva, & tabacca ejicitur ex ore: sic Diana part. 5. tract. 13. resol. 1. §. Verum modo. ratio est, quia tabacca in folijs sumitur per modum cibi, cum dentibus conteratur: ergo si transmittitur in stomachum, franget jejunium; secùs verò non franget, quia non erit per modum cibi, aut potus. Certum tamen est, quamvis non deglutiatur, indecens esse sumi ante Missam, nec esse sumendam: primò, propter reverentiam Sacramenti: Secundò, quia

quia ex aliqua inadvertentia facilis est ipsius descensus ad stomachum. Censeo pariter parum decens esse, uti tabacca in fumo ante Communionem; ac semper consulerem non esse sumendam; licet non damnum peccati, maximè, si sumatur ob aliquam necessitatem.

116. P.P.R. me accuso pariter, quod quadam die os valde aridum ex siti laverim modicum ante celebrationem Missæ, & senserim aliquam guttam aquæ descendisse ad stomachum.

C. Permisit ne V. D. advertenter, & voluntariè descendere hanc guttam aquæ ad stomachum?

P. Non P. R. sed involuntariè.

C. Potuit V. D. celebrare absque ullo scrupulo: quia in hoc casu illa gutta aquæ descendit per modum salivæ, aut respirationis, non per modum potus; quo modo non frangit jejunium naturale, ita Bonacina tom. 1. disp. 4. de Sacr. Euch. quæst. 8. punct. 2. num. 6. idem dicendum, si lavando nares descendet aliqua gutta ad stomachum: Et quamvis aliqui sentiant, quod deglutire parum de carta, cera, ligno, argento, auro, & similibus, frangat jejunium naturale; est tamen probabile contrarium, ita Leander de Sacramento tom. 2. tract. 7. disp. 5. quæst. 13. quia haec nec alunt, nec sumuntur per modum eibi, aut potus: ergo non frangunt jejunium naturale, quod nec fran-

gitur ab eo, qui gustando cibum ad ignem repositum casu, & præter intentionem deglutit aliquod minutum fragmentum cum salivæ mixtum; Castro Palauis part. 4 tract. 21. disp. unic. punct. 15. num. 8. nec ab eo, qui de reliquijs ciborum pridiè sumptorum, quæ inter dum hærent inter dentes cibi transmittit, Layman tom. 2. lib. 3 tract. 4. cap. 6. sub num. 18. §. Ceterum: qui tamen cum Paludano censem per easdem, si ex industria transmittantur, jejunium naturale frangi: idem habet Bonacina ubi supra: quamvis contrarium putet probabile Leander de Sacramento loco ante citato, quæst. 8. cum Henriquez, Tabiena, & alijs.

## PARS II.

### *De decentia necessaria a celebrandam Missam*

117. P.P.R. me accuso, quod si mel celebraverim Missam absque advertentia, an fuerit vel in Crux in Altari, & postmodum in actu celebrandi elevatis oculis videtur non adesse Crucem.

C. Et quando V.D. vedit deinde Crucem, non curavit adferri?

P. Non P. R. ne darem notam & causam perturbationis populo.

C. Non fuit Crux aliqua picta effigie Altaris?

P. Ita P. R.

C. Erat ne propinqua Altari,

tu V.  
ocula  
P.  
Conv  
C.  
tati à  
cap. 2  
tum M  
quo i  
men  
dus t  
Doc.  
tract  
Gava  
trag.  
reCr  
trariu  
het D  
28. Eg  
existin  
xima  
hensi  
ginis,  
vare  
potest  
Op  
bitron  
Eta est  
cum n  
posfit  
ordinar  
I 18  
semel  
dam M  
sit cinc  
in Eccle  
C. I  
bus par  
se pæc

## Caput IV. de decentia, & Intentione &c. 65

tu V.D. posset facile elevare in eam oculos?

P. Ita P. R. in ipsomet sacro Convivio fuit Crux depicta.

C. Quamvis aliqui Doctores citati à Fagundez in 1. *prac. lib. 3. cap. 21. num. 32.* dicant esse peccatum Mortale celebrare in Altari, in quo non est Crux: communis tamen opinio hoc negat, ita Marchadus *tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 11. Doc. 3. num. 4.* Villalobos *tom. 1. tract. 8. diffic. 26. num. 6.* & licet Gavantus *super Rubric. Miss. part. 1. tract. 10. litt. D* dicat, non sufficere Crucem depictam in Altari, contrarium tamen cum Tamburino tenet Diana, *part. 10. tract. 15. resol. 28.* Ego opinionem Gavanti veram existimo, quando Crux non est proxima lapidi Altaris, sed valde eminens in altitudine Picturæ, seu Imaginis, quod Sacerdos nec facile elevare oculos, nec caput inclinare potest.

Opinionem verò Tamburini arbitror veram, quando Crux depicta est adeò proxima, ut Sacerdos cum modestia, & decenti facilitate possit inclinare caput Crucis juxta ordinationem Rubricæ.

118. P. P. R. me accuso, quod semel dum me induerem ad legendum Missam, in duas partes fractum sit cingulum, & cum unicum fuerit in Ecclesia, cum eodem celebravi.

C. Fuit ne sufficiens una ex duabus partibus Cinguli, ut V.D. posset se præcindere?

P. Non P. R. sed fuit necessarium, ut coligarem partes ad me præcindendum.

C. Habuit ne V. D. præcisam necessitatem celebrandi illa die?

P. Fui pro tunc in uno Pago, & nisi ego celebrasse, omnes habitantes in illo districtu fuissent sine sacro.

C. Est Opinio Theologorum graviter peccari celebrando absque aliquo indumento sacro, sed polita necessitate, ut erat in casu V.D. non fuit peccatum Mortale celebrare absque aliquo ex minoribus vestimentis, V. G. absque Manipulo, stola, aut Cingulo; itacum Petrus de Ledesma *in sum. tom. 1. cap. 20. de sacram. Eucharis. Concl. 7. diffic. 3.* Joanne à Cruce, & alijs ait Diana *part. 2. tract. 14. resol. 57.* Et quamvis Leander de Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 7. quæst. 42.* affirmet, quod Ledesma solum dicat, aliquos graves viros putare non esse Mortale, celebrare in casu necessitatis absque stola, aut Manipulo, attamen si Leander bene perpendisset Ledesma, comperisset aliquid plus eum dicere, siquidem relatis addit loco citato: *Hæc opinio non est extraviata, & sine fundamento* (inquit Ledesma) *quia durissimum esset hac de causa in simili casu locum privare sacro: Nec miror quod Leander tot Doctribus perlegendis deditus, aliquem non ita prolixus viderit.*

119. Cingulum, cum quo V. D. celebravit, Benedictionem amiserat, quam etiam amittit quando cunque taliter perfringitur, ut neutra ex partibus divisis sit sufficiens ad præcinctendum. Ita Villalobos *in sum. part. I. tract. 8. difficul. 28. num. 8.* Hoc non obstante poterat V. D. celebrare in simili eventu aliqua stola præcinctus. *idem ibidem num. 5.* & si deest Manipulus poterit stola deservire pro Manipulo: Ita Azorius *in inst. Moral. part. I. lib. 10. cap. 28. quæst. 9.* & si non datur alia stola, aut Manipulus substituendus pro cingulo, potest V.D. ob necessitatem, quam habet Populus audiendi Missam, cum cingulo fracto, & non benedicto eamdem legere absque ullo peccato. Diana *loc. cit. resol. 68. in fine.* Licet autem Leander censeat in hoc casu lethalem culpam committi. *ubi supr. quæst. 44.* opinio tamen Diana mihi videtur vera, quia in hoc casu puto cessare Legem Canonicam, non enim est præsumendum de pietate Ecclesiæ, quod velit privare suos Filios consolatione audiendi Missam defectu benedictionis tam parvi vestimenti, cum in hoc nulla notabilis irreverentia appareat.

120. P. P. R. me accuso, quod quotiescumque celebro, angas scrupulo, ne aliquid plus de aqua requirita in Calicem effundam.

C. Quot guttas solet V. D. infundere?

P. P. R. duas, tres, & interdum ex inadvertentia quatuor.

C. Haec tres, aut quatuor guttae erunt ne octava, aut decima pars vini in Calice existentis?

P. Non P. R. vix erit duodecimæ partis una.

C. Certissimum est, grave fore peccatum non admiscere in Sacrificio Missæ aquam vino consecrandam, ut determinavit Concilium Florentinum *in Decreto Eugenij, §. Tertium autem Sacramentum:* quia licet quantitas aquæ sit in se res levis, respectus tamen, quem habet ad finem significatum, & Mysterium, est gravis, sed vitandus est nimius scrupulus super quantitatem an dux, vel tres guttae requirantur, quamvis sint octava, vel decima pars respectivæ ad vinum, ita Layman *tom. I. lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 9. § Addo denique.* Lugo pariter *disp. num. 8.* inquit, non esse habendum scrupulum, licet sit sexta, aut quinta pars, si verò vinum esset nimis tenue, & ex inadvertentiâ caderet quinta, aut sexta pars aquæ, ego consulerem, ut postmodum addetur aliud modicum de vino.

121. P. P. R. jam habui notitiam harum opinionum, meus scrupulus provenit ex eo, quod post Decretum Innoc. XI. *in propos. I. damn.* tutior pars sit eligenda in materia Sacramentorum, & cum vinum sit materia Sacramenti Eucharistiae, ideo habui scrupulum admiscendõ plus, aut minus de aqua. C. Non

## Caput IV. de decentia, & intentione, &c. 67

C. Non obstante Decreto Innocentij XI. potest V. D. deponere suos scrupulos, & sequi opiniones relatas: quia admiscere aquam vi-  
no consecrando, non est de essentia Sacramenti, inquit Angelicus Do-  
ctor part. 3. quæst. 74. art. 7. in cor-  
pore: & sicut omissione commixtionis  
aqua, quamvis foret peccatum gra-  
ve, non obstat valori Sacra-  
menti, ita neque obstat commixtio  
quatuor, aut quinque gutterum,  
aut octavæ, vel decimæ partis; mo-  
dò per eam non destruatur substan-  
tia vini, quæ est materia necessaria:  
Et cum Decretum Innocentij XI.  
solum loquatur de illis rebus, à qui-  
bus pendet valor Sacramenti, & hic  
à commixtione unius, duarum, aut  
trium gutterum, dummodò rema-  
neat substantia vini, non pendeat,  
hinc est, quod non obstante hoc  
Decreto, possit V.D. procedere in  
hoc casu absque conscientiæ scrupu-  
lulis modo supradicto.

122. Hic querunt Doctores, utrum commixtio aquæ cum vino  
sit de jure Divino, aut Ecclesiastico:  
utrum guttae aquæ immediatè con-  
vertantur in Sanguinem Christi,  
vel prius in vinum, quam in pretio-  
sum sanguinem, sed cum hæc du-  
bia magis spectent ad speculativam,  
quam ad moralem doctrinam, de  
qua ago, ideo Lectorem remitto ad  
ea legenda in Layman ubi supr.  
num. 7. & 8. in Villalobos in sum.  
part. I. tract. 7. diffic. 7. num. 3, &

5. in Diana part. 3. tract. 4. resol. 49.  
in Leandro de Sacram. tom. 2. tract.  
7. diff. 8. quæst. 41. & quæst. 52. &  
in pluribus alijs summistis.

123. P. P. R. me accuso, quod  
post Offertorium, allata mihi fuerit  
particula consecranda pro commu-  
nicanda una persona, eamque con-  
secrevi.

C. Ad quam partem Missæ per-  
venerat, quando fuit delata.

P. P. R. Ad finem Præfationis,  
antequam proferrem Sanctus &c.

C. Obtulit ne V. D. mentaliter  
hanc particulam?

P. Ita P. R.

C. Fuit ne necessarium commu-  
nicare illam Personam in suo sacro?

P. P. R. illa dixit, quamprimum  
esse reddituram domum, alias si ni-  
miū tardasset, Maritus eam in-  
crepasse.

C. Non potuit differre commu-  
nionem ad dieni sequentem?

P. P. R. erat dies Portiunculæ,  
ac proinde cupiebat lucrari adeò  
singulare Jubilæum.

C. Ex justa causa, qualis fuit hu-  
jus Personæ, licitum est accipere  
particulas post oblationem hostiæ,  
easque mentaliter offerre, ita docet  
cum Gavanto, & Possevino Mar-  
chadus in sum. tom. 2. lib. 4. part. I.  
tract. 11. doc. 13. num. 1. Et licet  
Diana part. 2. tract. 14. resol. 71.  
putet hoc non posse fieri, si jam est  
incepta Præfatio; Leander tamen  
à Sacramento tom. 2. tract. 8. diff. 1.

quæst. 23. censet probabile, posse fieri etiam finita Præfatione.

124. Addunt alij, quod in defectu particularum liceat Sacerdoti, ad satisfaciendum devotioni aliquius Personæ, cum fragmento hostiæ eam communicare: Ita sa Verbi Eucharistia i. 5. Sanchez in suis select. disp. 22. num. 21. Alij tamen id negant, & rationabiliter, cum sit contra usum, & communem praxim Ecclesiæ, & solum sit concedendum in casu necessitatis administrandi viaticum infirmo, si aliæ non dentur particulæ, in quo casu communis opinio hoc permittit teste Marchado supra num. 2.

125. P. P. R. me accuso, quod quadam die celebrando, tempore sumptionis hostiæ, super Altare particularum viderim, ob quam fui valde suspensus, & perplexus, quidnam esset mihi agendum.

C. Fuit ne particula super Corporale, vel extra?

P. P. R. in ipsomet Corporali, in quo fuit Hostia.

C. Posuit ne V. D. particulas, ut eas consecraret?

P. P. R. Nullam ego posui.

C. Quidnam fecit de hac particula?

P. Post sumptionem SS. Sanguinis immediatè eam sumpsi.

C. Et quando consecravit, quem nam intentionem habuit?

P. P. R. eam, quam semper habeo, nempe consecrandi totam materiam mihi præsentem.

Quamvis Sacerdos habeat intentionem consecrandi totam materiam sibi præsentem, si tamen detur aliqua particula præsens sibi ignota, hæc non remanet consecrata; ita Coninch de Sacram. Euchar. in p. 3. quæst. 74. art. 2. dub. num. 39. & alij, quia intentio, seu actus voluntatis non potest se determinare ad id, quod intellectus non cognoscit juxta illud Philosophicum adagium: *Nihil volitum quin præcognitum.* V. D. non novit, quod talis particula fuerit præsens, ergo nec potuit habere intentionem eam consecrandi, licet haberit generalem consecrandi materiam præsentem, illa autem particula erat præsens tantum materialiter, non formaliter seu intentionaliter. Ceterum bene operata est V. D. sumendo illam particulam ante primam ablutionem, & post sumptionem SS. Sanguinis, quia forte ab alio Sacerdote fuit consecrata, & in corporali relicta; in dubio autem, an fuerit, vel ne consecrata, debet sumi dicto tempore, ratio est, quia si esset consecrata, & post purificationem sumeretur, tunc non aderset jejunium naturale; si non esset consecrata, & sumeretur ante SS. Sanguinem, per eam frangeretur jejunium naturale, nec possit postmodum Sacerdos, ut jejunus sumere sanguinem.

126. P. P. R. me accuso, quod postquam allatæ fuerunt super Altare

## *Caput IV. Par. II. de decentia, & intentione &c. 69*

tare aliquæ particulæ consecrandæ, non fuerim recordatus eas collocare super Corporale, nec ad hoc adverterim, nisi post consecrationem.

C. Habuit ne V. D. intentionem consecrandi illas particulæ?

P. P. R. In sacrifia formavi adum intentionis eas consecrandi.

C. Et quando consecravit Hostiam, meminerat illarum particulærum?

P. Non P. R.

C. Non fuerunt consecratæ illæ particulæ, ita Gavantus in Rubr. Missalis tom. I. part. 3 tit. 7. num.

4. quia intentio Sacerdotis supponenda est rationabilis, non esset autem talis, si Minister intenderet consecrare particulæ extra Aram: ergo censendum est, non habuisse intentionem eas consecrandi. Quod si aliquis dicat, virtute actualis intentionis in Sacrifia habitæ, perseverasse virtualem in Missa, ac cum ea dictas particulæ fuisse consecratae; Respondeo, illam intentiōnem virtualem cessasse per omissionem reponendi particulæ super corporale, id est que non potuisse esse consecratae. Et quia Tannerus apud Dianam part. 3. trad. 6. resol. 103. opinatus est, dictas particulæ in casu præsenti fuisse consecratae, idcirco ad cautè & tutè procedendum, debent à Sacerdote sumi immediate post sumptionem Sanctissimi Sanguinis,

127. P. P. R. me accuso, quod in quadam occasione celebrando, fuerit allatum vas particularum, ut eas consecrarem, & sacram synaxim præberem aliquibus Personis, ego verò habui intentionem consecrandi tot particulæ, quot personæ erant communicandæ.

C. Novit ne V. D. quot Personæ fuerint communicandæ?

P. P. R. hoc determinatè non novi,

C. Ergo nechabuit intentionem consecrandi determinatum numerum Particularum?

P. Non P. R.

C. Nec V. D. determinavit quales nam ex illis particulis volverit consecrare?

P. Non P. R. sed mea intentio fuit ex illis omnibus in vase repositis, tot consecrandi, quot personæ erant communicandæ,

C. Ergo V. D. non solum sacrilegè, & graviter peccavit, male applicando formam illi materiæ, verum etiam nulla ex illis fuit consecrata. Ratio est evidens, quia intentio Sacerdotis debet verè tendere in hanc certam, & determinatam in individuo materiam, sed intentio V. D. tendebat in materiam indeterminatam, ergo V. D. non consecravit: adeò, ut si ad conspectum viginti particularum diceret; ego volo consecrare decem, non determinando, & designando in individuo in illo vigesimo numero

illas decem, quas intendit consecrare, tunc nulla esset consecrata; Et si designarentur illæ decem, dicens: ex his viginti has decem determinatas volo consecrare, in hoc casu decem designatae essent consecratae, quia in hoc secundo casu jam daretur materia determinata, non verò in primo. Sic Coninch *de Sacram. Eucharis. quæst. 74. art. 2. dub. 3. num. 33.* quare appositis super Aram pluribus particulis, quamvis Sacerdos nesciat præcisè earum numerum, si habeat tamen intentionem consecrandi omnes sibi in vase, aut corporali præsentes, in hoc casu omnes manent consecratae, quia materia est jam determinata.

128. Dicat mihi, communicavit V.D. cum illis particulis personas ibi dispositas ad sumendam sacram synaxim?

P. Non P.R. quia postmodum tuli judicium, me eas non consecrassæ; non propter rationem à V.P. mihi adductam, hanc enim ignorabam, sed quia tales particulæ ante consecrationem in Sacrario reposui, cum intentione easdem sic occlusas consecrandi.

C. Ex dupli causa illæ particulæ non fuerunt consecratae; primò, quia non fuit materia determinata; secundò, quia non erant moraliter, seu sensibiliter præsentes, tanquam repositæ in Sacrario, ita cum Suarez, Valentia, & alijs Bassæus *Verb. Eucharis. I. num. 15.*

P. P. R. me accuso, quod post consecrationem Calicis, gutta vini affixa circumferentiae interiori calicis ceciderit, & admixta fuerit sanguini, ex quo habui scrupulum sumendi calicem, ne violarem jejuniū naturale cum illa gutta non consecrata.

C. Qualem nam intentionem habuit in consecratione Calicis?

P. P. R. habui intentionem consecrandi juxta ritum Sanctæ Romæ Ecclesiæ.

C. Et hæc gutta admixta, erat ne tempore consecrationis multum propinqua alteri portioni vini, vel erat valdè distans, & super labium Calicis?

P. P. R. Erat in parte superior calicis propinqua ipsimet labio calicis, unde sensim descendit, usque dum fuit admixta Sanctissimo Sangui.

C. Communis intentio Ecclesia & quam communiter censentur habere Sacerdotes, est consecrandi solum liquorem, qui per modum unius continui potabilis, tempore consecrationis est in calice congregatus, non verò guttas remotas & separatas à vino (nisi forte habeatur alius modus intentionis) ita Coninch. *ubi supr. num. 42.* Et cum V.D. habuerit intentionem consecrandi, modo præscripto à Sancta Ecclesia, consequenter habuit intentionem consecrandi modo legitimo, & prudenti, qui cum tendet

ad conpropinquas motas, quæ sunt propinqua distans.

Quæst. 129.  
sibi fac  
Sanctissima  
gutta n  
ta; qui  
unius cu  
nio nat  
dinalis  
Euchari  
quando  
la conse  
concav  
illam su  
ut habe  
fætibus n  
ne jejuni  
per mode  
dum in  
Plura  
am, for  
jus Sacra

*Cap. IV. Par. II. de decentia, & intentione &c.* 71

ad consecrandas guttas proximas & propinquas alteri materiae, non remotas: hinc est, quod illa gutta, qua fuit admixta sanguini, si fuissest propinqua alteri materiae, remansisset consecrata, cum verò fuerit distans, non fuit consecrata.

Quare ad tollendos scrupulos, anxietates, & dubietates, consulatum est juxta communem DD. motionem, & praxim, illas guttas animadversas ante consecrationem, imò statim post infusionem purificatorio abstergere, circumducendo digitum indicem coopertum purificatorio per totam circumferentiam calicis.

129. V. D. autem non debuit sibi facere scrupulum in sumendo Sanctissimum Sanguinem, licet illa gutta non consecrata fuerit ei unita; quia cum sumeretur *per modum unius* cum materia consecrata, jejunio naturali non obstabat: ita Cardinalis de Lugo *disp. 4. de Sacram. Eucarist. sect. 7. num. 139.* sicuti quando sumitur sanguis, si particula consecrata sit affixa interiori, seu concavae parti, fas est postmodum illam sumere cum prima ablutione, ut habet Rubrica Missalis. *tit. de deftib⁹ num. 8.* absque transgressione jejunij naturalis, cum sumatur *per modum unius*: ergo idem dicendum in nostro casu.

Plura alia spectantia ad materiam, formam, & intentionem hujus Sacramenti ad tertiam partem

Conferentiarum Moralia remitto, ubi ex professo in Tractatu de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento de ijs agam.

130. P. P. R. me accuso, quod in die Paschatis Resurrectionis prætermiserim in Missa *communicantes* proprium illius solemnitatis, & dixerim commune.

C. Prætermisit ne illud V. D. ex naturali oblivione? hac enim positâ, nulla interfuerit culpa.

P. P. R. ex oblivione non omisi.

C. Cur ergo illud omisit? fortè ex contemptu? quod culpam gravem saperet.

P. P. R. Non ex contemptu, sed ex negligentia, & ne revolverem folia antecedentia ad illud dicendum.

C. Probabile est, non fuisse peccatum mortale, sed tantum Veniale; ita cum Suarez, Granado, & alijs Leander de Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 7. quest. 61.* ubi ait esse solum veniale, ex parvitate materiae: sed hanc rationem allegatam à Leandro, quamvis non impugnam an sit vera, vel non, puto tamen, quod ipsem Leander sibi contradicat, *quest. 61. citata:* et enim cum citaverit Bernal de *Sacram. disp. 6. sect. 4. num. 9.* docentem, quod omittere in Canone Missæ octo, aut decem Nomina Sanctorum non excedat culpam veniale, Leandro videtur hunc Authorem nimis laxè locutum fuisse: Mo-

se: Modo quero à P. Leandro: ubi nam sint plura verba, an in addito ad *Communicantes* cōmūne diebus Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis, aut in octo, vel decem Nomini bus Sanctorum? clarum est, quod plura, quam decem sint verba contenta in *Communicantes* proprio horum dierum, quam in communi: ergo si videtur Leandro materia levis omissio duodecim verborum ex *Communicantes*, quomodo affirmat quid grave omittere octo, aut decem verba Nominum Sanctorum? quare alio medio existimo probandum esse sententiam Leandri, nempe, quod omissens *Communicantes* proprium Paschatis, & legens commune, essentiale Missæ non violaret: ergo nec graviter peccaret; prout idem Leander ait ibi *quasi.* 63. non esse peccatum Mortale in festo duplici, aut in Dominica, legere Missam Votivam, aut de Requiem. At cum nominare Sanctos Canonis, non sit quid accidentale, seu Modale, sed essentiale, ideo culpa lethallis erit omittere octo, aut decem Nomina Canonis, quamvis non sit omittere id, quod additur diebus relatis ad *Communicantes* commune.

131. P. P. R. Sic pariter me accuso, quod semel omiserim in Missa post communionem, illam Orationem, quæ incipit *Quod ore sumpsumus Domine &c.*

C. Omisit ne eam advertenter?

P. Ita P. R. non tamen ex contemptu, sed ex tepiditate.

C. Solutio hujus casus multum pendet ex notitia, quando nam incipiat Canon, & quando finiat. Ne varrus putat incipere ab illis verbis, *Te igitur;* quidam probabiliter arbitrantur à clausula *Communicantes* alij ab illis verbis, *Qui Pridie quā patereiur:* Suarez putat, quod terminet usque ad consumptionem incipiendo à *te igitur.* Gavantus vero putat terminare usque ad *Litanos.* & alij usque ad *Orationem Dominicam;* Omnes hæc Opinions possunt videri in Diana part. tract. II. resol. 6. §. Verum. Communis opinio est, quod Canon incipiat à *Te igitur;* cuius ratio est, quibz Missale ponit *Canon Missæ,* & iusta hoc dicendum, quod finiat in *Corpus tuum Domine quod sumpsi* inclusivè.

Unde secundum hanc sententiam, quam judico veram, dico quod V. D. graviter peccaverit omittendo advertenter Orationem: *Quod ore sumpsumus Domine &c.* quia si omissio decem verborum, aut nominum Sanctorum in Canone est peccatum Mortale, ita pariter erit omissio hujus Orationis, quæ continet plus quam duodecim verba; In opinione afferente, quod Canon finiat in *Pater Noster*, videtur posse dici, quod non fuerit culpa gravis omissio die Orationis, quia si omissio voluntati

ria Cr  
dicer  
Lugo  
ubi su  
taten  
Mort  
in op  
sump  
nis, v  
vitat  
venia  
sio.

131  
ter, c  
nibus  
sanctu  
C. volun  
sunt in  
nec su

P. volun  
C. luntar  
P. l  
C. d  
P. distrac  
ti per

C. 3. num  
Officiu  
stractio  
quente  
tem no  
stractus  
conced  
tisfiat L

## Cap. IV. Par. II. de decentia, & intentione ad cel. 73

ria Credo, aut Gloria, quando essent dicenda, juxta Suarez, Filiucium, Lugo, Leandrum de Sacramento ubi supra quæst. 48. & alios ob parvitatem materiae non est peccatum Mortale, sed veniale: ergo pariter in opinione statuente, *Quod ore sumpsimus*, non esse partem Canonis, videtur posse dici, quod ex parvitate materiae non sit Mortale, sed veniale voluntaria ejusdem omisio.

132. P. P. R. me accuso pariter, quod varijs mentis distractiōnibus sim subjectus, quando sacro-sanctum Missæ sacrificium celebro.

C. Sunt ne voluntariæ, vel involuntariæ hæ distractiones? quia si sunt involuntariæ *in se vel in causa* nec sunt peccatum.

P. P. R. Ut plurimum sunt involuntariæ, & subinde voluntariæ.

C. Fuit ne interdum V. D. voluntariæ distracta in Canone?

P. Ita P. R.

C. Fuit ne per longum tempus?

P. P. R. una vice fui voluntariæ distractus in cogitatione indifferenti per totum Canonem.

C. In sententia supra relata cap.

3. num. 81. quod recitans Divinum Officium cum voluntaria animi distractione non satisfaciat, consequenter dicendum, quod per partem notabilem Missæ voluntariæ distractus graviter peccet, & licet concedatur, quod in primo casu satisfiat Divino Officio, nec quod sit

mortale peccatum cum voluntaria distractione illud recitare; potest, & debet dubitari, utrum similis distractio in sacrificio Missæ sit peccatum Mortale. Tamburinus de sacrificio.

*Missa lib. 2. cap. 3. num. 9.* ait, non esse grave peccatum res Missæ extra Canonem cum distractione voluntaria legere; benè vero contenta in Canone per notabile tempus ita distracte dicere: Et Diana part. 10. tract. 11. resol. 6. §. sed si aliquis, postquam retulit hanc sententiam Tamburini, nihil de hoc casu resolvit, sed solummodo dicit: sed tu cogita; ego vero puto Tamburini opinionem esse veram; eamque probo: quia ille, qui est voluntariæ distractus, exponit se morali periculo omittendi aliqua verba in Canone; etenim nonne quotidie contingit, quod in conversatione ab aliqua vaga cogitatione suspendamur, & obliviscamur materiæ, de qua erat discursus, adeoque interrogare auditores obligamur, quidnam fuerit propositum in discursu ex distractione oblizioni tradito; Et si hoc contingit, ex cogitatione involuntaria, quid accidet, quando ex proposito permittitur occupare intellectum; prosequor argumentum; sed sic est, quod culpa sit lethalis exponere se periculo omittendi aliqua verba Canonis, V. G. octo, aut decem: ergo peccatum Mortale erit voluntaria distractio: Minorem probo. Omittere octo, aut decem verba

## Tract. XII. De statu Sacerdotali.

Canonis, est Mortale; ergo pariter exponerè se periculo morali ea omittendi: consequentia est evidens; quia exponere se periculo mortaliter peccandi est Mortale.

133. Et quamvis cum distractio ne voluntaria sit periculum morale omittendi aliqua verba extra Canonem; quia tamen eorum omissione non est grave peccatum, neque erit voluntaria distractio extra Canonem: & licet pariter cum distractio ne involuntaria adsit periculum omittendi aliqua verba Canonis; quia tamen hoc periculum non est voluntarium, neque culpa gravis erit distractio involuntaria in Canone. Et si petas: quænam pars Canonis sit notabilis, ob quam voluntariè distractus incurrat culpam mortalem? Respondeo, me tertiam partem Canonis cum distractio ne voluntaria legentem, culpe gravis damnare, & proinde tertiam hanc partem censere notabilem, ac ad constituantam materiam gravem sufficientem.

134. P. P. R, me accuso, quod semel jam in Altari existens, recordatus fuerim, me bibisse modicum de vino.

C. Meminerat ne se non esse jejunum, quando intendit celebrare Missam?

P. Non fui recordatus, nisi capta Missa.

C. Quousque pervenerat, quando fuit recordatus.

P. Ad Offertorium Calicis.  
C. Fuit ne concursus populi?  
P. Magna pars populi fuit.  
C. Si V.D. post consecrationem meminisset se non esse jejunum, te nebatur perficere Missam, & sumere Sacramentum: Ita D. Thoma (qui unus stat pro multis alterius notæ citandis) 3. part. quest. 83. art. 6. ad 2. ubi ait: si Sacerdos post consecrationem inceptam, recordetur se aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere Sacrificium, & sumere Sacramentum: Ratio est, quia quando concurrunt super unum casum duo præcepta, debet observari id, quod est fortius, & majori ponderis: sed sic est, quod præceptum majoris ponderis sit Divinum de integrando, & perficiendo substantialiter sacrificio Missæ, quam Ecclesiasticum, de communicando jejunè: ergo præceptum Divinum in hoc casu observandum est, & perficiendum sacrificium.

135. Si Canon fuisse inceptus quando meminit se non esse jejunum, licet non consecrasset, debuisse fuisse pariter Missam absolvere; cum Sylvestro, & Soto Bassano Verb. Missa 2. in supplemento, num. 4. §. Dico Secundo: quia, inquit, sequeretur scandalum in Auditoribus si tunc intermitteretur Sacrum. Si vero Canon non est inceptus, quando Sacerdos recordetur se non esse jejunum; Missa intermittenda est, nisi scandalum timesse.

tur: S  
ajt: tu  
incipia  
lum tim  
fertur.  
Sacrific  
vis Ca  
scanda  
tiescun  
populi  
est, qu  
quasi  
linqui,  
quam  
tilum &  
& proin  
dalum  
quibus  
tur obu  
do à Sa  
vi pecc  
alijs ten  
ita Bassa  
set inge  
ego ear  
te Can  
se jejun  
sent; p  
scij obli  
mitti;  
scandal  
consecr  
tum Di  
crificio.  
136. I  
cordatu  
culpa g  
dum co

*Cap. IV. Par. II. de decentia, & intentione ad cel.* 75

tur: Sic Sanctus Thomas *supra*, ubi ait: *tutius reputarem, quod Missam incæptam defereret, nisi grave scandalum timeretur*: Ex quibus verbis infertur, quod posito gravi scando, Sacrificium sit perficiendum, quamvis Canon non sit incæptus: quod scandalum putare timendum; quoiescumque est magnus concursus populi ad audiendam Missam, ratio est, quia vident omnes Sacrificium, quasi substantialiter incæptum relinqui, & non vident causam, ob quam citra culpam Sacerdotis multilum & imperfæctum reslinquitur, & proinde præter prædictum scandalum oriuntur sèpè alia plurima, quibus Sacerdos sub Mortali teneatur obuiam ire V.G. quia desistendo à Sacrificio, se infamaret de gravi peccato, & offendiculum esset alijs temerariè judicandi, & similia: ita Bassæus *ubi supra*; idcirco si adfert ingens populus audiens Missam; ego eam absolverem, quamvis ante Canonem recordarer me non esse jejunum. Si audientes pauci esent; possent in hoc casu fieri consciæ oblivionis naturalis, & Missa dimitti; etenim in hoc casu cessaret scandalum, & cum non fuerit facta consecratio, nequè instaret præceptum Divinum de integrando Sacrificio.

126. P. In alia occasione, P. R. recordatus fui in actu Sacrificij, me culpa gravari mortali, quam necdum confessus fueram.

C. Quando peccati hujus meminit? quia si post consecrationem memisset, debuisset perficere Sacrificium, præhabitâ contritione cum proposito confitendi, ita Angelicus Doctor. *ubi supra*.

P. P. R. ante Canonem fui recordatus hujus peccati.

C. Commisit ne hoc peccatum ante ultimam Confessionem?

P. Non P. R. sed post.

C. Si V.D. commisisset hoc peccatum ante ultimam confessionem, & ex naturali obliuione id confiteri intermisisset (supposito sufficienti præcedenti examine) neque hujus memisset, nisi in Altari existens; quamvis non consecrasset, poterat non solum sequi Missam incæptam, sed nequè obligabatur, ait Diana part. 2. tract. 14. resol. 48. pro tunc elicere actum contritionis, sed postea confiteri suo tempore peccatum illud oblitum, & tunc de illo attéri, vel conteri: sed hæc doctrina Dianæ nequè generaliter intelligi, sed tantum in sensu, mox in sequentibus explicando.

137. Dico igitur, si Penitens in Confessione habuisset verum, & universalem dolorem de suis peccatis confessis, & oblitis, eum postmodum non obligari in Missa ad specialem dolorem de illo peccato inculpabiliter omisso in Confessione: quia contritio in his casibus requiritur ad obtinendam veniam peccatorum, & gratiam consequen-

dam: sed sic est, quod cum dolore generali praecedenti fuerit remissum (licet indirecte) illud peccatum, & acquisita gratia: ergo non erit necessarium in hoc casu elicere actum contritionis in Missa, immo poterit diffiri usque ad proximam Confessionem, in qua debet confiteri oblitum peccatum.

138. Si dolor Confessionis non fuit generalis de omnibus peccatis, sed solum de tunc confessis; quero, aut hic dolor processit ex motivo generali, vel particulari? si ex motivo generali: V. G. propter Dei Offensam, ob amissionem gratiae, aut gloriae, ex metu inferni; remissum fuit pariter indirecte peccatum oblitum, & recuperata gratia, adeoque, nec requireretur in Missa actus contritionis: & ratio est, quia haec motiva generalia sunt communia omnibus peccatis mortalibus, haec enim omnia Deum offendunt, priuant gratiam, & gloriam, pennisque eternis tradunt: ergo posito dolore de unico peccato Mortali propter ista generalia motiva, ponitur etiam, vel in eo includitur dolor de omnibus alijs peccatis Mortalibus, siquidem ad omnia hoc motivum se extendit.

139. Verum si motivum doloris fuit particolare ob specialem deformitatem, quam habuerunt peccata confessa; non extenditur ad peccata obliterata, alterius speciei; nec haec remittuntur, aut gratia acquiritur:

videatur P. Caspensis. tom. 2. tract. 24. de Penit. disp. 4. sect. 11. num. 99. Et ratio est; quia deformitas specialis V. G. peccati furti, non est univoca, nec convenit cum deformitate speciali peccati Luxuriae: ergo ille, qui habet dolorem ex motivo deformitatis specialis furti, non propterea habet dolorem de peccato Luxuriae: ergo hoc nullo modo remanet remissum; cum nullum peccatum remittatur absque dolore speciali, aut generali de eodem peccato: ergo in hac confessione non acquiritur gratia. Probatu hae consequentia; quia gratia non infunditur, absque remissione omnium peccatorum Mortalium: sed sit est, quod non remittatur peccatum Mortale, quando non adest dolor specialis, vel generalis de tali peccato: ergo nec acquiritur gratia, sed ad summum potest Sacramentum esse validum, & informe.

140. Ex quo infertur, in hoc sensu, in quo dolor processit ex motivo deformitatis particularis peccatorum confessorum, dari obligacionem eliciendi actum contritionis de peccato oblio, in Altari memoriae proposito, seu objecto. Ratio est; quia hoc peccatum non est remissum, nec Sacerdos est in statu gratiae; atqui Sacerdos tenetur celebrare in statu gratiae: ergo tenetur in hoc casu elicere actum contritionis: in hoc sensu, & cum his limitationibus intellecta sententia Dia-

Ca-

næ ei-  
modo

141

catum

fa, no-

tum,

se pos-

quitin-

ac pre-

Etrina

disqui-

scienti-

P.

ad cel-

minan-

morat-

C.

scienti-

celeb-

P.

anima-

teriori-

tiner-

fetus.

C.

V. D.

ne cel-

clamo-

eam,

probar-

ctum S-

homo,

galice b-

142

jus pec-

quid r-

ne erit amplectenda, non alio modo.

141. Sed supposito, quod peccatum, cuius V. D. meminit in Missa, non fuerit in Confessione oblitum, cum dixerit se illud commississe post ultimam Confessionem, nequit in hoc casu uti doctrina relata; ac proinde, ut convenientem doctrinam ei proponam: dicat mihi, discussit ne aliquo modo suam conscientiam antequam se ad celebrationem disponeret?

P. P. R. cum aliqua festinatione ad celebrandum perexi, nec in examinanda mea conscientia fui immoratus.

C. Non habuit remorsum conscientiae, pergendo hoc modo ad celebrandum?

P. P. R. aliquem latratum in anima fui expertus, ast absque ulteriori reflexione ne diutiis me detinerem, ad celebrandum fui profectus.

C. Peccatum grave Sacrilegij V. D. patravit tam mala dispositio celebrandi, ac suae conscientiae clamores spernendo, accusantes eam, ac motivum praebentes se probandi, & examinandi, juxta dictum S. Pauli: *Probet autem se ipsum bono, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. ad Corinth. 2.*

142. Et dicat mihi, quando hujus peccati meminit, celebrando, quid resolvit?

P. P. R. actum Contritionis elicere fui conatus meliori modo mihi possibili: & meo tenui judicio, verè ex corde illum elicui, cum proposito confitendi, ac me emendandi.

C. Benè operata suit V. D. & hac diligentia adhibita potuit securè absolvere Missam; nec tenebatur ab ea desistere, quamvis non incepisset Canonem, secluso scandalo; ita cum Paludano, & Sylvestro Bassaeus *Verb. Missa 2. supplemento 3. sub. num. 4. §. Dico tertio.*

143. P. P. R. in alia occasione, post sumptam calicis ablutionem, vidi in Patena aliqua minutissima fragmenta Sacramenti, eaquæ sumpsi.

C. Contigit ne hoc, dum fuit jam in Sacristia, vel adhuc in Altari? quia finita Missa, non poterat in Sacristia sumere illas reliquias, sed primo Sacerdoti celebraturo, eas sumendas cum sanguine relinquere; sed casu quo non fuisset aliud sacerdum, nec possent honestè usque ad sequentem diem conservari, in Sacristia liceret eas sumere: ita Fagundez in 3. præcept. *Fcc. lib. 3. cap. 5. nunc. 30.*

P. P. R. Fui adhuc in Altari, quando eas sumpsi, niemp̄ imme diate post ablutionem,

C. Erant ne Reliquie taliter grandiusculæ, ut possent reponi, & conservari in Tabernaculo? quia hoc posito, illuc debuissent reponi usque dum sumerentur in prima Missa

Missa celebranda, ut in casu sequenti mox dicam.

P. P. R. Erant adeò minutæ, ut vix possent videri; nec sicut sacramentum, in quo essent reponendæ, quia celebravi in Eremo.

C. Erant ne hæc fragmenta Reliquiæ Sacrificij V. D. aut aliud antecedenter celebrans ea reliquerat?

P. P. R. hoc non possum scire.

C. Si fragmenta fuissent reliquiæ sui Sacrificij poterat V. D. Licet fuerint grandiuscula, sumere non jejuna ob sumptionem ablutionis Calicis; ita docet cum foto, Cajetano, Suarez, & alijs, P. Bassæus. ubi supra num. 5. Bonacina tom. 1. disp. 4. de Sacram. Euch. quæst. 6. punct. 2. num. 13. quia hæc fragmenta pertinent aliquo modo ad integratem, & complementum Sacrae Mensæ. Quod si verò reliquiæ sint præconsecratae ab altero sacerdote, qui ibidem celebraverit; cum non spæcent ad complementum hujus Sacrificij, non possunt sumi post sumptionem ablutionis; sed debent conservari, quo usque Sacerdos jejunus ea sumat, ita cum Suarez, & Reginaldo, Bonacina ibid. num. 14. (non num. 15. ut inveneris apud Dianam part. 6. tract. 6. resol. 23. Coninch. Filiucius, & alij, citati à Diana ibid. nisi forte reliquiæ essent adeò minutæ, ut non possent honestè conservari, vel non esset Tabernaculum, aut

alius decens locus pro eorum conservatione; sed minor irreverentia censetur ea sumere absque jejunio, quam ea relinquere usque ad aliud Sacrificium: sic Bonacina ibidem,

Cùm verò difficulter possit scribi, an sint reliquiæ ex præsenti, ve præterito Sacrificio, propterea non sint grandiusculæ, nec possint honestè usque ad aliam Missam conservari, poterit Sacerdos eas consumere etiam post sumptam ablutionem. Videatur Bassæus Lop. paulo ante citato §. Hoc tamen non obstantibus.

### P A R S III.

#### De Stipendio Missæ.

I 44. **U**IT clarè procedamus in materia, & separaremus certum à dubio, supponendum in materia stipendiij Missæ, Sanctitatem Papæ Alexandri VII. damnasse cum suo decreto tres Propositiones nempe 8. 9. 10. & sunt sequentes

*Prop. 8. damn.* Duplicatum stipendum potest Sacerdos pro eiusdem Missa licet accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus, ipsimet celebranti correspondentem; idque post Decretum Urbani VIII.

*Prop. 9. damn.* Post Decretum Urbani VIII. potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minore stipendio, alia parte stipendiij sibi tenta.

Prop. justitiam pendium unum o tra fidel promissata, c nullo a Expl. Propos. tifice D. ne huju

145. terdum dūm in narum.

C. Ad dium? c 8. & 10.

P. No um acce

C. Qu

plicavit P. P. gavit, u nem cele

C. E pendium applicav nem? q stipendi plicare se rius, ho pro uno rūm ref uno, ve hoc sit co jus natur

tom 2. ad tract. 2. disp. 2. quæst. 4. 3.  
2. n. 17.

P. P. R. Amicus non accepit stipendium pro sacrificio, sed tantum debuisset eam celebrare pro fundatore pij operis sibi assignati

C. Habuit ne amicus obligationem ex iustitia celebrandi hanc Missam pro fundatore, ob aliquod onus Missarum ipsi relictum?

P. P. R. non ex obligatione iustitiae, sed solum ex gratitudine aliquid sacrificium pro ipso obtulit.

C. Et qualem portionem, seu fructum sacrificij applicuit V. D. secundum intentionem hujus Amici?

P. P. R. eum, quem habet sacrificium *ex opere operato*, aut correspondentem meritis Christi, applicui pro collatore stipendij; fructum vero ad me spectantem *ex opere operantis* applicui secundum intentionem alterius.

C. Benè egit V. D. quia potuit, & debuit applicare fructum, quem habet sacrificium *ex meritis Christi*, pro collatore stipendij, & aliam portionem pro amico, qui non obligabatur ex iustitia celebrare pro fundatore: ita Moya *ubi supranum.* 8. quia id, quod damnatur per Decretum Alexandri VII. est percipere duplicatum stipendium, sed non celebrare secundum intentionem duorum, unius ex iustitia, alterius ex gratitudine: ita cum Lumbier, sentit Torrecilla, in Consult. tract. 13. Consult. 9. num. 15.

Prop. 10. *damn.* Non est contra iustitiam pro pluribus Sacrificijs stipendum accipere, & sacrificium unum offerre; Nequè etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

Explicatio harum, aliarumque Propositionum ab hoc summo Pontifice Damnatarum, habebitur in fine hujus libri; tract. XVII.

145. P. P. R. accuso me, interdum celebrasse Missam secundum intentionem duarum Personarum.

C. Accepit ne duplicatum stipendium? qui casus damnatur in prop. 8. & 10.

P. Non P. R. unicum stipendium accepi.

C. Quomodo pro alia Persona applicavit?

P. P. R. Amicus meus me rogavit, ut secundum suam intentionem celebrarem.

C. Et hic Amicus accepit ne stipendum pro sacrificio, quod V. D. applicavit secundum suam intentionem? quia fas non erat V. D. aliud stipendium accipere, & pariter applicare secundum intentionem alterius, hoc enim erat, duo stipendia pro uno sacrificio accipere, & patrum refert, quod stipendium ab uno, vel a duobus accipiatur; cum hoc sit contra omnem rationem, & ius naturale. Ita Moya *in suis select.*

146. P. P. R. accuso me, in alia occasione percepisse stipendum pro sacrificio, quod excommunicatio ne irretitus celebravi.

C. Erat ne excommunicatio major, vel minor?

P. Fuit major excommunicatio.

C. Erat V. D. in statu peccati Mortalis, quando celebravit?

P. Si excommunicatione majori fui excommunicatus, quomodo poteram non esse in statu peccati Mortalis?

C. Potest Fili dari, quod aliquis sit excommunicatus majori excommunicatione, & tamen non sit in statu peccati Mortalis; quia licet ad eam incurrendam requiratur culpa gravis, post tamen ejus incursum, si fiat actus contritionis perfectæ, remittitur culpa, & anima gratiam Dei recuperat, quo non obstante non cessat excommunicatio major: & pariter, si excommunicatio sit reservata, & instet necessitas confitendi, quæ absque scandalo evitari nequeat; potest absolviri à peccatis, & cum non detur facilis recursus ad superiorem, cui censura est reservata, ab hac directè non absolvitur: ergo possibile est quempiam vinciri nexū excommunicationis majoris, absque conscientia peccati mortalis.

147. P. Hoc ignoravi, sivecum mala conscientia celebravi.

C. Erat ne V. D. excommunicatus toleratus, aut vitandus?

P. P. R. toleratus.

C. Fuit ne notorium V. D. intentum esse hac censurā?

P. Non P. R. sed occultum.

C. Poterat ne V. D. abstineri celebratione absque nota, & scando?

P. Non P. R. quia debui celebrare Missam solemnem, quam si omnissimem, magnum scandalum secutum fuisset.

C. Cum V. D. fuerit excommunicatus toleratus, & ejus censura occulta, potuit præmissā Confessione, & absolutione directa à peccatis, & indirecta à censura, celebrans absque culpa. Bassæus *Verb. Missæ num. 3.*

148. Et quem fructum, seu portionem sacrificij V. D. applicavit pendente stipendum?

P. Fructum provenientem ex virtute Christi.

C. Triplex communiter assignatur fructus Sacrosancti Missæ Sacrifício: primus est, qui procedit ex meritis Christi summi sacerdotis, cuius honorem, & nomen offertur secundus est is, qui nomine Ecclesiæ suas publicas necessitates applicatur; & tertius, qui correspondet eidem sacerdoti celebranti, & exercetur in hoc opere bono, sancto, & meritorio. Celebrans in peccato Mortali consequitur duos fructus nempe meritorum Christi: & illum qui offertur nomine Ecclesiæ quamvis non consequatur fructus ex opere operantis, qui sibi ipsius

corres  
Thom  
in corp

149  
excom  
peccat  
vitano

corre  
non  
pax d  
quenn  
clesiae  
comm  
cerdo  
nomini  
nicatu  
Etum  
qui of  
si volu  
cut gra  
propri  
compu  
dum s  
tea pe  
celebr  
lucrat  
tio Ma  
superie  
tur. V

150  
cerdos  
licet ce  
etiam  
dus, a  
rum c  
Etum  
Christi  
ob ap

coc

D. im  
um.  
tinere  
& se  
celebr  
n si om  
m secu  
commu  
censu  
confessio  
à pecca  
elebran  
. Missæ  
seu po  
cavit pr  
m ex or  
affign  
issæ Sa  
ocedit  
dotis, si  
offertur  
Ecclesiæ  
es appli  
sponder  
& exer  
incto, si  
peccat  
fructus  
& illu  
cclesie  
fructus  
ipsum  
ca

correspondere debuisset. Ita D. Thomas 3. part. quæst. 82. articul. 6. in corpore.

149. Sacerdos excommunicatus excommunicatione majori, & in peccato Mortali celebrans, si est vitandus, lucratur solum fructum correspondentem meritis Christi, non verò proprium, cum sit incapax defectū gratiæ; nec valorem, quem habet sacrificium ex parte Ecclesiæ, quia, cum hæc prohibuerit communicationem in Divinis sacerdoti vitando, non permittit, ut nomine suo oret: si est excommunicatus toleratus consequitur fructum meritorum Christi, & eum, qui offertur in nomine Ecclesiæ: & si voluntariè & spontè celebret, sicut graviter peccat, ita fructum sibi proprium amittit: si necessitate compulsus celebrat, & ad evitandum scandalum, justificando se ante per Confessionem, non peccat celebrando, & tres fructus sacrificij lucratur, quamvis excommunicatio Major remaneat, usque dum à superiore, cui est reservata absolvatur. Vide Bassæum ubi supranum. 2.

150. Ex dictis infertur, quod Sacerdos possit recipere stipendium, licet celebret in peccato mortali, & etiam sit excommunicatus, vitandus, aut toleratus; quia in nullo horum casuum sacrificium perdit effectum correspondentem meritis Christi: atqui stipendium recipitur ob applicationem fructus sacrificij

correspondentis miritis Christi: ergo Sacerdos celebrans in peccato mortali, vel excommunicatus, vitandus, aut toleratus, potest recipere stipendium pro illa Missa.

151. P. P. R. me accuso, quod semel à duabus personis stipendium acceperim, & pro ambabus unicum tantum sacrificium obtulerim.

C. Quo fundamento hoc egit?

P. P. R. quia modicum, & tenuem mihi visum fuit stipendium, à qualibet ipsarum mihi traditum.

C. Quantum unaquæquè ipsi tradidit?

P. Regalem argenteum.

C. Quantum ordinariè, & regulariter solet dari pro stipendio?

P. Synodus assignat duos regales argenteos.

C. Et ordinariè solent ne dari duo regales argentei?

P. P. R. Ordinariè unicus tantum regalis solet dari.

C. Stipendium Missæ reputatur justum, quando est in ea quantitate, quam assignat synodalibus, aut consuetudo; & si consuetudo prævaluit contra constitutiones Synodales, illud censebitur legitimum stipendium, quod regulariter solet dari: & dato etiam casu, quod stipendium ordinarium, à consuetudine taxatum, essent duo regales argentei, non potuit V. D. accipere duplicatum stipendium unius regalis à qualibet persona: quia, licet pro priori hoc admitterent tan-

quam licitum Rodriguez, Suarez, & alij, apud Dianam part. 2. tract. 12. resol. 7. modò tamen nequeunt recipi plura stipendia, quamvis exigua pro una Missa, post Decretum citatum Alexandri VII. ita P. Martinus de Torrecilla *ubi supra, super dictam propositionem num. 6.* unde infertur, quod V. D. nullo modo potuerit accipere duplex stipendiū pro una Missa, ex eo, quod quodlibet ipsorum tenuē ipsi videretur, nisi forte propter mox dicenda excusaretur.

152. Dicat mihi, fuit ne V. D. in hac occasione ab aliqua valde gravi necessitate sui status, aut persona oppressa? etenim Sacerdos in simili necessitate extrema, vel quasi extrema constitutus, potest recipere in succursum pro una Missa plura stipendia, si aliud non super sit refugium ad declinandas suas angustias: Ita Lumbier *in sum. Aran. num. 224. fol. (mibi) 327.*

P. P. R. Licet nihil superfluum habeam; in tali tamen necessitate non fui constitutus.

C. Fuerunt ne tradita V. D. necessaria ad celebrandum, ut sunt Lumina, Hostia, Vinum, & Vesta menta, quando celebravit hoc Sacrifacium? Quia est opinio Leandri de Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 13.* quod, si Sacerdos obligetur emere ornamenta, candelas, vinum pro celebranda Missa, possit cum stipendio sibi compensare has

expensas. Quod pariter sequitur Torrecilla loco citato num. 2. ego vero huic doctrinæ non me conformarem; quia, vel solet in illa Patria, ubi celebratur, dari necessariū pro celebratione, vel non? si primum, suppono, id non fore negandum. Quod si negaretur, tunc locum aliquem possit habere hæc opinio: si non est consuetudo subministrandi necessarium: ergo duo Regales, aut Regalis, vel Quantitas quæ datur, erunt stipendum justum, positiā etiam obligatione Sacerdotis providendi sibi de necessarijs pro celebranda Missa; Probo consequentiam: quia stipendum justum est, quod regulariter solet dari: ergo si solet dari unus Regalis, & est consuetudo, quod Sacerdos sibi provideat de candelis, vi no, hostia &c. Stipendum justum erit regalis cum onere providendi sibi de necessarijs pro celebratione.

P. P. R. Ecclesia, in qua celebro omnia necessaria pro celebratione tribuit: & sciat V. P. Missas hoc modo à me celebratas fuisse quamplures, accipiendo duplicatum stipendium tenuē pro unica Missa.

153. Ergo V. D. tenetur restituere totum excessum unius stipendij.

P. P. R. jam totum consumpsi. C. Recipiebat ne V. D. bona fide hujusmodi stipendia?

P. Ita P. R. nec unquam habui scrupulum, quia mihi videbatur, quod

quitur  
go ve-  
onfor-  
lla Pa-  
cessarii  
si pri-  
negan-  
unclo-  
e hac  
do sub-  
go duo  
Quant-  
ndium  
gatione  
necef-  
Probo  
ndium  
r solet  
Rega-  
Sacer-  
is, vi-  
justum  
idendi-  
tatione  
elebro  
gatione  
as hoc  
quam-  
am si-  
fissa.  
refili-  
us si-  
psi.  
na fide  
habui-  
atur,  
quod

quod taxante Synodo duos regales pro stipendio, in horum diminutione possem hanc quantitatem à duabus personis accipere.

C. Consumpsit ne pariter bonâ fide V. D. excessum stipendij?

P. Ita P. R. absque scrupulo consumpsit.

C. Consumpsit ne eum pro sustentatione sua domus, ita ut aliam pecuniam in victu ordinario expendendam reservaret?

P. Non P. R. quia, aut cum eo largitus fui eleemosynam, aut expendi cum amicis, aut fusui exposui.

C. Sacerdos, qui stipendium æquo plus malâ fide accepit, ad ejusdem restitutionem, vel ad Missas eidem correspondentes celebrandas tenetur: si bonâ fide illud accepit, ac ita consumpsit, tenetur restituere id, *in quo factus est dittior*; idest, quod superfuit ex expensis factis cum stipendio: & si nihil superfuit, nihil tenetur restituere. Sic Lumbier loco citato num. 127. Torrecilla ubi supra nam. 13. est enim regula fixa in materia restitutionis, quod consumens bonâ fide rem alienam teneatur restituere solum id, *in quo factus est dittior*.

154. P. Ponamus casum P. R. quod ego deberem restituere; quomodo id mihi agendum esset? quia, si applicui Missam pro duabus collatoribus stipendij: si uni hoc restituo, injuriam alteri faciem, si quidem ambo æqualiter par-

ticipes fuerunt fructus Sacrificij: si ambobus restituo, vel totum stipendum, vel partem; si totum, vergeret in meum damnum, quia nullum emolumentum ex applicatione Missæ mihi remaneret; si cuilibet partem, infamiam incurrerem, & publicarem meum peccatum, ac proinde nescio, quomodo in hoc casu me gerere deberem.

C. Id, quod V. D. videtur tam difficile, est valde facile; quia non esset necessarium, ut V. D. collatoribus totum, vel partem stipendij restitueret; sed posset unum, vel plura sacra secundum amborum intentionem celebrare; vel si non posset, aut nollet ea celebrare, alijs cum solito stipendio celebrandas tradere secundum intentionem V. D. quæ ad satisfaciendum omnibus, quibus fecit injustitiam, deberet tendere: est enim doctrina Bonaciræ tom. 1. disp. 4. de Sacram. Euch. quaest. ult. punct. 7. §. 3. num. 1. Quod Sacerdos, accipiens à quatuor personis stipendia pro quatuor Missis, non teneatur pro singulisunam Missam separatim celebrare, sed quod possit quatuor Missas copulativè pro quatuor personis legere, ergo V. D. posset applicare unam Missam pro duabus personis, quæ dederunt regalem pro stipendio; & cum antecedenter aliud Sacrificium applicuerit, hæc obligatio extingueretur.

155. P. P. R. me accuso, quod aliquoties pro stipendio Missæ tres regales habuerim. ego verò per alium satisfecit collato illi duorum regalium stipendio.

C. Hic est formalissimus casus damnatus in propositione 9. Alexandri VII. potest tamen habere aliquam interpretationem, aut latitudinem, ut sequentibus interrogacionibus resolvam.

Hi tres regales traditi V. D. pro stipendio, fuerunt ne ex institutio-  
ne alicujus Beneficij, aut Capella-  
niæ ipsi collatæ? hoc enim posito,  
poterat V. D. per alium satisfacere  
collato illi justo stipendio, ac sibi  
retento communis, & ordinarij sti-  
pendij excessu; ita Torrecilla *super  
dictam Propos. 9. num. 1.*

P. P. R. Non fuerunt Missæ Be-  
neficij, aut Capellaniæ, sed liberi  
stipendiij.

C. Persona, pro qua V. D. cele-  
bravit, fuit ne ipsi juncta singulari  
amicitia, ita ut posset credi, quod  
illum excessum stipendij dono ipsi  
daret? quia, quando ex hoc re-  
spectu, vel ob specialem auctorita-  
tem Sacerdotis, aut aliud simile  
motivum, excedens stipendium  
præbetur, potest is sibi retinere ex-  
cessum, collato alijs ordinario sti-  
pendio: Torrecilla *ibidem*.

P. P. R. Hoc non contigit ea in-  
tentione me gratificandi, aut ob  
singularem amicitiam; sed quia ta-  
lis persona ita consuevit facere.

156. C. Et Sacerdos, cui V. D.  
contulit minus stipendium, sciv-  
ne, quod ipsa majus stipendium ac-  
cepit?

P. Ita P. R.

C. Consensit ne plenè, sponte  
& libere tale stipendium acciperet  
an verò vi, & metu, quod imposta-  
rūm V. D. non contulisset Missæ  
celebrandas, nisi has diminuto sti-  
pendio acciperet?

P. P. R. cum dederim ei sti-  
pendium commune, & ordinarium  
spontaneè illud accepit.

C. Non quæsivit V. D. modo  
hunc, modo alium, ut pro minori  
stipendio celebraret?

P. P. R. primus, cui sui locutus  
illico se obtulit, & fuit contentus il-  
lo stipendio.

C. Nequè fuerunt jurgia, & con-  
tentiones inter V. D. & ipsum, ci-  
ca tale, aut tantum stipendium?

P. Non P. R. summa pace fuit si-  
etum: ego enim ipsi dixi; quod  
tot sacra celebranda habuerim pro  
tribus regalibus eleemosynæ; &  
utrum velit ea celebrare pro sti-  
pendio communis, & currenti; quod  
audito absque alia altercatione ac-  
ceptavit.

C. Hoc supposito, potuit V. D.  
dispensare hæc sacra minori filii  
collato stipendio; ita sentit cum  
aliquibus modernis, quos omisso  
nomine citat Lumbier *in fragm.  
tom. 2. fragm. 2. n. 598. fol. (miti)  
569.* & cum cursu Morali, & Prado  
ideas

idem T  
pag. 177  
obstant  
Alexan-  
datum  
spensare  
minori  
sti-  
pendio  
script  
majus  
absque  
accepte  
hoc mo-  
tur cede-  
quam a  
modum  
pendio,  
posset a  
retinere  
quando  
pendio  
157.  
collato  
lebrand  
stræ, id  
postmo-  
rim, sed  
C. N.  
& alij, c  
mento i  
67. sent  
celebran  
tamen  
Idem L  
nec esse

idem Torrecilla ubi supra num. 19.  
pag. 177. 2. impress ita quod, non  
obstante Decreto Urbani VIII. &  
Alexandri VII. possit Sacerdos, cui  
datum est majus stipendium, di-  
spensare alijs Missas, collato ijsdem  
minori, justo tamen, & currenti  
stipendio, absque aliqua conten-  
tione, nec queratur modo unus,  
modo alter, qui ea pro minori sti-  
pendio celebret; & ille, qui ea su-  
scipit, sciat, quod alter dispensator  
majus stipendium acceperit, ac  
absquè vi, aut metu consentiat, &  
acceptet minus stipendium: quia  
hoc modo procedendo, præsumi-  
tur cedere aliam partem stipendiij,  
quam alter sibi retinet: quemad-  
modum si suscipiens absque ullo sti-  
pendio, & merè gratis celebraret,  
posset alter totum stipendium sibi  
retinere; ita pariter poterit partem,  
quando voluntariè pro minori sti-  
pendio celebrat.

157. P.P.R. me accuso, quod  
collato mihi justo stipendio pro ce-  
lebranda Missa Votiva Dominæ no-  
stræ, id adimplere promiserim, &  
postmodum de ea non celebrave-  
rim, sed de currenti festo.

C. Navarrus, Bonacina, Diana,  
& alij, quos citat Leander à Sacra-  
mento tom. 2. tract. 8. disp. 7. quaest.  
67. sentiunt, adesse obligationem  
celebrandi Missam promissam; non  
tamen sub mortali, sed veniali.  
Idem Leander censet probabile,  
nec esse veniale. Ego cum majori

distinctione hoc resolvendum pu-  
to, prout sequentibus interrogatio-  
nibus ostendam.

158. Dicat mihi: fuit ne pro die  
determinata commissum ipsi hoc  
sacrum.

P. Non P.R. solum mihi dixit il-  
la persona, ut celebrarem secun-  
dum ejus intentionem Missam Do-  
minæ nostræ.

C. Petijt ne hoc sacrum pro ali-  
qua urgente necessitate, v. g. pro  
salute alicujus infirmi in periculo  
constituti, aut pro alio simili casu  
urgenti?

P. P.R. Non fuit similis necessi-  
tas, pro qua deberet celebrari Sa-  
crum.

C. Fuit ne festum duplex illâ die,  
in qua hæc persona petijt sacram?

P. Ita P.R.

C. Et diebus sequentibus?

P. P.R. die sequenti recitabatur  
Officium Sancti simplicis, & hac die  
celebravi Missam.

C. Si Missa esset celebranda in  
festo duplice, quamvis peteretur  
votiva Dominæ nostræ, non posset  
de hac legi, cum hoc sit contra Ru-  
bricam, & Declarationem Sacrae  
Rituum Congregationis præcipi-  
entis, ne in festo duplice dicantur  
Missa votivæ; & ad minimum erit  
peccatum veniale in similibus die-  
bus Missam votivam dicere, quod  
non esset, si legeretur de Sancto:  
in quo convenio cum Leandro; &  
ratio mea est, quia intentio peten-

tis Missam, debet esse rationabilis: sed non est rationabile, ut violentur Rubricæ Missalis, & Decreta Sacrae Congregationis, celebrando Missam votivam in festo duplice: ergo non est credendum, hanc esse mentem rationabilem petentis Missam: ergo de festo currenti dicenda est.

159. Si pro die determinata non petatur sacrum, aut pro necessitate adeo urgenti, ut moram non patiatur (quia, tunc immediatè esset celebrandum, ne perderetur occasio petendi à Deo suo tempore mediante hoc Sacrosancto Sacrificio remediu pro tribulatione, aut infirmitate) in hoc casu poterit differri Missa, usquæ ad diem feriæ, aut Sancti semiduplicis, vel simplicis, & tunc celebranda est Missa votiva promissa: in quo convenio cum Navarro, Bonacina, & Diana: & ratio est, quia, cùm in die feriali, aut Sancti simplicis, vel semiduplicis, liberum sit dicere Missas votivas, nec in hoc obstet Decretum Sacrae Congregationis, ageretur contra fidilitatem, non complendo promissum: ergo erit peccatum veniale.

160. Idem, quod resolvi in hoc casu, censeo agendum à Capellanijs, qui in Capellanijs habent fundata aliqua sacra votiva diebus determinatis; nempe, quod si in his diebus occurrat festum duplex, de eo sint dicenda: si semiduplex, simplex, aut de feria, dicantur votiva

ordinata à fundatore: nisi forte sent feriæ, aut infra octavam, i quibus Rubricæ prohibent Missas votivas; in his enim diebus deberi dici de feria, aut infra octavam.

161. P. P. R. me accuso, quod habeam Capellaniam, propter quod obligor dicere Missas in Parochi Sancti Michaelis, ad Altare Sancti Francisci: ego verò aliquoties celebravi in alio Altari.

C. Contigit ne hoc sèpius, quisiter, vel quater id contigisset, parvitate materia non esset gravissimum peccatum; ita Diana *part. 2. tract. 14. resol. 29.* quin imò ex rationali causa raro celebrare in alijs Altaribus, excusat à veniali Leander Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 24.*

P. P. R. multoties celebravi in alijs Altaribus.

C. Habuit ne in hoc licentiam Episcopo? quia ex justa causa potest Episcopus dispensare, ut dicuntur in alia Ecclesia Missæ reliqua Fundatore; ita Bassæus *Verb. Mij. 4. num. 2. Lumbier in sum. Art. tom. I. num. 133.*

P. P. R. nullam habui licentiam sed propriâ auctoritate celebravii alia Ecclesia.

C. Peccavit ergo mortaliter D. ita cum Fagundez, Rodriguez & alijs Diana *supra. Henriquez, Nauvarrus, Sotus, Azorius, Sylvester Tabiena, & alij apud Leandrum* *supracitato;* unde Capellanus, q: Et si q:

ex instituti  
celebrari  
peccat g:  
in alia E:  
ne Super

162. aliquam  
cris cele

C. A  
quos cit  
præcept.  
putarunt  
tionem r  
fas suppl  
men prob  
na loco cit  
& alij, que  
der ubi sup

163. P  
quod Alta  
Fundatori  
vilegiatur

C. Et al  
bravit, es  
P. P. R.  
Altari priv  
Altari, que

C. Hab  
aut Rosari  
gratia libe  
torio, cele

P. Non l  
C. Quo  
alio Altari  
dixi; gravi  
lam restitu  
suffragium  
q: Et si q

ex institutione Fundatoris, debet celebrare in tali Ecclesia, vel Altari, peccat graviter, sapientius celebrando in alia Ecclesia absque dispensatione Superioris.

162. P. P. R. obligabor ne ad aliquam restitutionem pro his sacris celebratis in alia Ecclesia?

C. Azorius, Navarrus, & alij, quos citat, & sequitur Fagundez in *præcept. Eccl. lib. 3. cap. 9. num. 9.* putarunt in hoc casu dari obligationem restitutionis, per alias Missas supplendo in locis debitissimis; est tamen probabile contrarium. ita Diana *loco citato*. Possevinus, Barbosa, & alij, quos citatos sequitur Leander *ubisupra quaest. 25.*

163. P. Admoneo tamen V. P. quod Altare, in quo ex institutione Fundatoris teneor celebrare, sit privilegium.

C. Et alterum, in quo V. D. celebravit, est ne pariter privilegiatum?

P. P. R. interdum celebravi in Altari privilegiato, & aliquando in Altari, quod non erat tale.

C. Habuit ne V. D. Numisma, aut Rosarium, cui esset concessa gratia liberandi animam à Purgatorio, celebrando cum eodem?

P. Non P. R.

C. Quotiescunque celebravit in alio Altari privilegiato, quamvis ut uez, N. dixi; graviter peccaverit, ad nullam restitutionem tenetur; cum sive *suffragium Indulgentiæ supplevenus*, qut: Et si quando celebravit in alio

Altari non privilegiato, habuisset Numisma, Crucem, aut Coronam, cui esset concessa gratia liberandi animam à Purgatorio neque obligaretur ad aliquam restitutionem; ita cum Diana, Leandro, Gartia, & alijs Torrecilla in suis *Consult. moral. tract. 3. conf. 6. num. 14.* sed cum V. D. non habuerit tale Numisma, Crucem, aut Coronam, tenetur restituere pro rata Missarum non celebratarum in Altari privilegiato.

P. Et quid restituere debeo P. R.

C. Pro quacunque Missa non celebrata in Altari privilegiato, potest visitare semel quinque Altaria, diebus, in quibus liberatur anima à poenis Purgatorij, vi Bullæ, aut aliquam aliam Indulgentiam plenariam applicare, secundum intentionem illius personæ, pro qua debuit celebrare in Altari privilegiato, & hoc modo suæ obligationis satisfaciens.

164. P. P. R. dico pariter ipsi, quod aliquoties non dixerim Missam *de Requiem*, quando celebravi in Altari privilegiato.

C. Et Pontifex, qui concessit privilegium huic Altari, præcepit ne, ut diceretur Missa *de Requiem* pro lucranda Indulgentia?

P. Non P. R.

C. Cum Sacra Cardinalium Congregatio declaraverit, quod in Altari privilegiato Missa *de Requiem* sit dicenda ad lucrandum Indulgentiam, sentit cum aliquibus Diana

*part.*

part. 9. tract. 2. resol. quod, quantumvis in Indulto suæ Sanctitatis hoc non exprimatur, debeat tamen dici Missa de Requiem pro lucranda Indulgentia: contrariam sententiam tenent Philippus de Cruce, Trüllench, Sylvius & alij, quos citat Diana, aitque esse communem, ibi, & novissimè eam docet P. Torrecilla *loco citato num. 11.* qui dicunt, quod si sua Sanctitas in Indulto mandet, ut dicatur Missa de Requiem pro lucranda Indulgentia, hæc sit dicenda: sed si hoc non exprimit, neq; necessarium erit eam de Requiem dicere, sed de Sancto occurrente poterit celebrari Qui majoré, ac ampliorem hujus questio- nis notitiam desiderat, legat Silveiram in Opusculis. *Op. 2. resol. 8. quest. 11. per totum.*

165. P. P. R. me accuso, quod aliquantis per Capellaniam habue- rim, vi cuius omni die celebrare debuisse, ego autem aliquot die- bus eam intermisi.

C. Quot diebus non celebravit?

P. Semel in hebdomada.

C. Et quam causam habuit in- termittendi illa Sacra?

P. Ex timore, & reverentia tam sublimis Sacrificij; quia mea dis- positiō modica mihi videbatur pro ac- cedendo ad adeo Sacram Mensam singulis diebus.

C. Et quando non celebravit pro sua Capellania, obtulit ne ali- quā vice Sacrificium pro alijs.

P. Non P. R.

C. Fundator hujus Capellania respexit ne locum, aut Altare, & nunquam Missa deesset? aut n- spexit Capellatum in ejus favore eam instituendo?

P. P. R. nihil certi de hoc po- sum dicere.

C. Dicebat né Fundatio Volo, in Altari nulla die intermittatur Mi- sa: Obligo meum Hæredem, aut Ca- pellatum, ut omni die Missam ob- brari studeat, vel Capellanus per- vel per alium teneatur celebran- Quia, si Fundatio aliquam ex hi- clausulis contineret, signum ei- quod Fundator respexerit locum non personam; in quo casu nu- Missaintermitti debuit. Et si V. I. per se non poterat, per aliū supple- obligabatur. Ita Sylvester, Tabi- na, Armilla, & alij, apud Bonacina- tom. 1. disp. 4. de Sacram. En- quest. ult, punct. 7. §. 2. num. 1.

P. P. R. nullam ex his clausulis continebat Fundatio.

166. C. Fortè unam ex sequen- tibus: Eligatur Sacerdos, qui qui- die celebret, vel volo, ut Sacerdos Capellanus electus, quotidie celeb-

P. P. R. una ex his clausulis fundatione continebatur.

C. Signum est ergo, quod Fu- dator respexerit personam, & em- lumentum Capellani, & con- querter potuit V. D. ex justa ci- fa omni septimana feinē celeb- rationem omittere, nec teneba-

per al-  
citati.  
rentia-  
tions  
mend-  
crame-  
quaſt.  
ex re-  
cundi-  
non li-  
cipere  
Diana  
in fine

167  
quod  
Missan-  
mea C

C. A-  
confer-  
P. N  
quibus  
sunt, pr-  
re sole-  
omni-  
lebravi-  
vitame-  
etiam c

C. P-  
tuit V. I.  
era cum  
doct c  
Diana p-  
dicunt,  
brare o-  
aut sex  
cum alia  
qualis e-  
aut ex a

per alium supplere. Sic Authores citati. Causa in hoc justa est, reverentia, & timor juxta dictamen rationis debitus tam supremo, ac tremendo Sacrificio sic Leander à Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 8. quæst. 14.* Diebus vero, in quibus ex reverentia non celebratur secundum intentionem Fundatoris, non licet celebrare pro alio, & accipere stipendum; ita cum alijs Diana part. 2. tract. 14. resol. 28. in fine.

167. P. Me accuso pariter P. R. quod quatuor diebus celebraverim Missam, non applicando eam pro mea Capellania.

C. Applicuit ne tunc pro aliquo conferente sibi stipem specialem?

P. Non P. R. sed quia diebus, in quibus mei Genitores defuncti sunt, pro eorum animabus celebra-re soleo, & in die defunctorum pro omnibus animabus Purgatorij celebri. Quarta vero die decepsit è vitameus intimus amicus, pro quo etiam celebravi.

C. Propter hæc motiva benè potuit V.D. celebrare illa quatuor sa-cra cum i elatis intentionibus: ita docet cum Naldo, & Homobono Diana part. 5. tract. 5. resol. 23. qui dicunt, Capellatum quotidie cele-brare obligatum, posse quatuor, aut sex vicibus in anno celebrare cum alia intentione ex justa causa, qualis est suffragandi Genitoribus, aut ex alio simili motivo: etenim

credendum est, secundum omnem bonam rationem, quod si esset ad-huc in vivis Fundator, & interroga-retur, an placitum esset ipsi, ut his quatuor, vel sex diebus celebrare-tur pro relatis necessitatibus, affir-mativè responderet: hoc tamen repugnaret, accipiendo stipendum pro dictis quatuor, vel sex Missis, quia in hoc prudenter non præsu-mitur de consensu Fundatoris.

168. P. Sic pariter me accuso P. R. quod aliquo tempore ob infirmitatem non celebraverim, nec per alium Missas Capellaniæ cele-brari curaverim.

C. Et quoties non celebravit?

P. P. R. octo diebus.

C. Si Fundator statuisset, ut Mis-sa celebretur quotidie habita ali-quaratione loci, ut dictum est *num.*

169. V. D. obligaretur alteri assi-gnare Missas legendas, diebus, qui-bus ob infirmitatem, aut aliud legiti-mum impedimentum ipsa non posset celebrare: sed cum Funda-tor non respexerit locum, sed per-sonam, Leander opinatur *ubi supra quæst. 19.* quod Capellanus in infir-mitate non teneatur per alium sa-tisfacere. Barbosa, Homobonus, & alij, apud Dianam part. 2. tract. 14. resol. 27. arbitrantur hoc verificari, quando Capellanus per octo, aut decem dies ægrotaret. Petrus de Navarra, & Naldus apud eundem Dianam ibidem ajunt hoc posse concedi, et si per spatium unius,

vel duorum mensium ægrotaret: Diana verò, si Capellani infirmitas perduraret usque ad quindecim dies. Haec doctrinæ fundantur in pia, & suavi interpretatione mentis Fundatoris: quia (dicunt) non est præsumendum fore tam parum pium, ut imposito onere quotidie celebrandi, ab hoc non eximeret Capellatum aliquo tempore ægrotantem.

169. Placet mihi in hoc casu Doctrina Castro Palai, tom. 2. tract. 13. disp. 1. punct. 6. num. 25. quicum distinctione loquitur, nempe, quod si fundatio disponat, ut Capellanus celebret per se, vel per alium, dicendo: *volo, & mea voluntas est, ut Capellanus celebret talibus diebus per se, vel per alium,* aut similem clausulam ponat; in hoc casu Capellanus stante infirmitate, aut alio legitimo impedimento, per alium celebrare teneatur. Et ratio est, quia Fundator ponendo hanc clausulam explicitè suam intentionem manifestat, & dicendo *per se, vel per alium,* prævenit casum cuiuscumque impedimenti Capellano obventuri, obligando eundem ad supplendum per alium: ergo ad hoc obligabitur, quando in fundatione est ejusmodi clausula. Si verò Fundatio imponat onus personale Capellano celebrandi per se ipsum, dicendo: *Eligatur Capellanus, qui per se ipsum celebret, aut volo, ut ipsem et Capellanus electus celebret;* in hoc ca-

su, si octo, aut quindecim diebus ægrotaret, non teneretur per alium satisfacere, quandoquidem cum tam commune, & ordinarium sit; hac vita succumbere infirmitatibus, aliisque miserijs, nec Fundator expreßerit, quod Capellanus in hoc casu per alium celebret, eundem per se celebrare obligavit; supponitur, & præsumitum exēmisso ab onere celebrandi per alium, stante infirmitate octo aut quindecim dierum.

170. P. P. R. me accuso, quod relictā illa Capellania, & alia obterre cum onere ter in septimana celebrandi, aliquoties tempus anticu paverim, celebrando prima septimana sex, & secunda nullam Missam.

C. Fuit ne mens expressa Fundatoris, ut determinatè qualibet septimana tres Missæ celebrarentur, dicendo: *volo, & est mea intatio, ut nulla septimana transfeat ab quæ trium Missarum celebrationem* hoc enim posito non poterat anticipatè eas celebrare, aut transferre sed in Qualibet septimana eas Lægere: ita docet cum Cenedo, alijs Fagundez super præcepta Ecclisia in 1. præcept. lib. 3. cap. 9. n. 2.

P. P. R. nihil simile explicuit Fundator.

C. Si ergo hoc non expressio, nec datur circumstantia particularis, propter quam sit præsumendum hoc voluisse Fundatorem, po-

tuit va  
Fagund  
num. I.  
do, &  
resol. I.  
bio est  
ticiper  
go &c  
171  
non e  
pendij  
celebr  
roelec  
Missæ  
rum:  
sus cer  
in uno  
tionis  
nomini  
dalis, e  
que à z  
abhorra  
Consult  
& 8. I  
quand  
crifta,  
Capiti  
talisa  
persolv  
gendi,  
cum A  
dez ub  
172  
sionem  
à Fund  
ampliu  
do in s  
C. F  
thorita

tuit valde benè eas anticipare; ita Fagundez cum alijs citatis *ibidem num. 1.* & cum Rodriquez, Reginaldo, & alijs Diana *part. 2. tract. 14. resol. 16.* melius enim absque dubio est pro anima, ut suffragia anticipentur, quam differantur: ergo &c.

171. Advertendum tamen est, non esse licitum celebrare pro stipendiis advertitiis v.g. hodie volo celebrare Missam pro mihi collatu-ro eleemosynam: quia Sacrificium Missæ non potest suspendi in futu-rum: & contrarium dicere est ca-sus censuratus à Clemente Octavo in uno Decreto Sacrae Congrega-tionis his verbis. *Tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalum, & offenditibus obnoxiam;* at-que à vetusto Ecclesiæ more nimis abhorrentem: videatur Torrecilla in *Consult. tract. 3. Consult. 1. num. 1.* & 8. hoc tamen potest admitti, quando ex Tabella scitur, quod Sa-crista, aut Collector, aut Decanus Capituli debeat distribuere tot, & talia sacra, quæ poterit anticipate persolvere is, qui habet jus ea le-gendi, & cui sunt distribuenda: ita cum Aragon, Vega, & alijs Fagun-dez ubi *supranum. 8.*

172. P. P. R. accuso me ob amif-sionem reddituum meæ Capellaniæ à Fundatore relictorum, non tres amplius Missas, sed duas solummo-do in septimana celebrare.

C. Facit ne hoc V. D. cum au-thoritate superioris?

P. Non P. R. quia cum habuerim recursum ad Episcopum, ut Missas æquipararet redditibus fundatio-nis, nihil resolvit, dicendo, quod per Decretum Sacrae Congregationis sit hoc ipsi vetitum.

C. Taxavit ne Fundator elec-mosynam, nempe, ut tantum pro qualibet Missa detur Capellano?

P. Non P. R. sed solum reliquit aliquos census, & prædia, ordinan-do, ut eorum proventus assigna-rentur Capellano cum obligatione trium Missarum in septimana.

C. De facto quantum remansit pro stipendio Missarum?

P. P. R. unicus regalis argen-teus pro singulis Missis.

C. Quantum stipendium solet ordinariè dari in sua Patria pro quo-libet Sacro?

P. P. R. ordinariè duo Regales argentei.

C. Non obstante Decreto Sacrae Congregationis relato à Barbosa, de potest. *Episc. part. 2. alleg. 29. num. 6.* & Bassao Verb. *Miss. 7. num. 11.* probabile est, quod Episcopus pos-fit Missas iusta de causa ad minorem numerum reducere, quando sunt valde diminuti proventus relicti à Fundatore. Ita cum Marchantio tenet Lumbier *tom. 1. fragm. num. 131. pagina ( mibi ) 329.* primo, quia secundum Marchantium De-cretum Urbani Octavi non est re-ceptum in Hispania, secundò, quia probabile est, quod Decreta Sacrae

Congregationis, licet sint maximæ authoritatis, & æstimationis, non faciant legem; ut cum Suarez, Vasquez, & alijs, dixi in meis Conser. moral. tom. I. tract. 3. Conf. 3. §. 2. num. 17.

173. Et addit Lumbier *ibid.* quod redditibus Capellaniæ totaliter extinctis, possit Capellanus propria autoritate desistere à celebratio-ne Missarum: Probatur supradicta doctrina Lumbier. Si remanserunt aliqui proventus, vel Fundator assignavit stipendium pro qualibet Missa, vel non; si primum, & proventus non correspondent stipendio, potest Capellanus reducere Missas ad numerum correspondentem quantitat stipendijs assignati à Fundatore: Si non assignavit stipendium, aut proventus attingunt, quantum datur regulariter de stipendio pro Missis liberis, vel non, si hoc secundum, potest legere Missas ad proportionem stipendijs communis: si primum, non potest eas minuere absq[ue] authoritate Ordinarij: tota hæc doctrina est M. Lumbier *loco citato*.

174. P. P. R. me accuso, quod aliquoties negligens fuerim in per-solvendis subitò Missis, pro quibus stipendum accepi.

C. Quanto tempore solet V.D. eas differre?

P. Aliquoties ad duos, vel tres, & etiam ad quatuor menses eas di-stuli.

C. Missæ fuerunt ne V. D. tr-itæ ab una, vel pluribus personis P. P. R. à pluribus.  
C. Diù differre celebrationem Missarum acceptarum est peccatum mortale; ita cum Rodriguez, Sylvestro, Henriquez, & alijs Bonacina *tom. I. disp. 4. de Sacram. Euch. quæst. ult. punct. 7. §. 5. num. 1.* difficultas est in assignando tempore notabili: Villalobos *in sua sum part. I. tract. 8. diffic. 18.* tenet, quod Sacerdos possit eodem tempore sumere sibi onus quinquaginta, aut sexaginta Missarum; & hinc finitis totidem accipere. Sed hoc intelligitur, quando Sacerdos ab omni alia obligatione est immunis nam si alio onere v. g. Capellaniæ &c. sit obstrictus tot solummodo acceptare debet, quot potest persolvere intra quinquaginta, aut sexaginta dies. Leander à Sacramento *tom. 2. tract. 8. disp. 4. quaest. 14.* dicit, quod possint differri ad tres menses. Diana *part. 2. tract. 14. resol. 25.* videtur approbare opinionem Villalobos; & postea citatur pro ea Garzia eandem sequitur *part. 9. tract. 6. resol. 55.* & non improbat ( quamvis videatur non lequi opinionem Leandri ) *part. 11. tract. 7. resol. 25. §. Nota etiam.*

175. Mea opinio est Leandri, & Villalobos asserta esse in praxi tua, & licite sequenda cum dictamne A. R. P. M. Lumbier *in sum Aran., tom. I. num. 132.* nempe

176.

Missam à me acceptam non celebraverim.

C. Nec per alium celebrari curavit?

P. Non P. R.

C. Omisit ne eam cum advertentia, aut ex oblivione?

P. P. R. cum advertentia.

C. Habuit ne pro hac stipendum?

P. Ita P. R.

C. Quantum ipsi datum fuit?

P. P. R. duo regales argentei.

C. Peccavit ergo in hoc contra justitiam; verum tamen est, probabile esse, non fuisse grave peccatum,

ita Sanchez citatus à Diana part. 10. tract. 15. resol. 43. Proba-

tur nostra assertio, quia in hoc casu non mensuratur gravitas culpe à pretio fructus Sacrificij, esset enim simonia valde sacrilega, velle eum,

ut rem temporalem æstimare, sed attenditur respectivè ad proximum,

juxta datum stipendium: ergò cum duo regales argentei non sint mate-

ria gravis, sed levius communiter lo-

quendo, non erit peccatum mortale omittere celebrationem unius

Missæ, sed veniale, & in hoc genere, gravius cæteris, quare serio injun-

gendum est, ut omissum sacrificium celebretur.

Hinc est, quod si quatuor regales argentei essent stipendium unius Missæ, mortale foret ejus omissio; quia hæc quantitas regulariter cen-

setur gravis, & quando quantitas

quod Sacerdos in hoc casu applicet partem Sacrificij sibi propriam, secundum intentionem illarum personarum, quibus differuntur Missæ, additque, cum hoc sit tantum probabile, non esse practicandum, nisi posita causa dilationis Missarum: deinde si Missæ fuerunt ab unica persona datae, quod possint accipi simul sexaginta; cum enim sciat, quod unica tantum Missa in die celebretur, eò ipso, quod sexaginta simul det, videtur cedere suo juri, & consentire, ut ad sexaginta dies differantur, ita Pellizarius in Manual. de Reg. tom 1. tract. 4. cap. 9. sect. 3. num. 72. & ex hac doctrina infertur, quod si ab unica persona dentur Missæ, tot possint acceptari, quot intra tres menses possunt celebrari, quia in hoc pariter cedit suo juri.

Verum hæc doctrina Pellizarij indiget meo iudicio præcisa limitatio, nempe, quod collator Missarum sit Dominus stipendijs: quia si est heres, aut Fidei commissarius, non potest hic cedere juri Testatoris, & in hujus animæ detrimentum permittere, ut Sacerdos diu differat celebrationem Missarum. Et ultimo, si Missæ petantur ob aliquam urgentem necessitatem: V. G. pro gravior ægrotante, aut pro felici parti, non possint differri, sed immediate sunt celebrandæ, ut bene ait Leander ubi supra.

176. P. P. R. me accuso, quod

gravis datur pro stipendio Missæ , grave pariter peccatum est eam non celebrare: ita cum dicastillo Diana ubi supra.

177. P. P. R. me accuso , quod semel non fuerim recordatus in primo Memento applicare Missam secundum intentionem petentis , sed in secundo tantum Memento , eam applicavi.

C. Et non applicuerat eam pro illa persona antecedenter eadem die , vel die præcedenti ?

P. P. R. die præcedenti eam applicavi pro alia obligatione , & intra me dixi , forte craftina die pro alia persona erit applicanda , eamque eras applicabo.

C. Ad fructum Missæ percipendum necesse est , ut celebrans eam applicet , licet cum Lessio dicat Diana part. II. tract. 6. resol. 40. §. sed hic oritur ; Quod si Sacerdos obliviscatur talem fructum alteri applicare , censeatur sibi applicare , idquæ per intentionem virtualem , seu interpretativam , quæ quoties non applicat fructum bonorum operum alteri , à se censetur velle sibi applicare : Hæc opinio tamen meo iudicio est magis pia , quam vera.

178. Verum est , quod licet Sacerdos non applicet eadem die Missam , si tamen eam applicavit die præcedenti , dicendo , craftina die volo celebrare pro tali persona , nisi revocet hanc intentionem , talis applicatio erit in suo robore , quamvis

non recordetur eam renovare . verò diceret ; propono applicare craftinam Missam pro persona , & de facto eam non applicaret , non prodesset , ita Bonac tom. I. disp. 2. de Sacram. qua punct. 2. §. 3. sub num. II. §. I fpondeo.

179. Contra hoc dices : illa intentione diei præcedentis est habitu lis , atqui in prima propositione damnata ab Innocentio XI. decratur improbabile sequi in Sac mentis intentionem habitualem , minùs tutam , quam actualiem , a virtualem , ergo non possumus seu opinionem atruentem , quod sufficiat applicare die antecedenti Sac ficium Missæ : Respondeo damnatum esse , sequi intentionem habitualem in administratione Sac mentorum , nos autem hic non quimus de intentione necessaria celebrandum , sed de intentione applicandi fructum Sacrificij ; de quæ nihil dicit condemnatio.

180. Pro resolutione nostri o ffsus , dico in sententia communis a rente , quod ratio formalis , seu sententia Sacrificij Missæ consistat in consecratione , V. D. non sufficiat applicando Missam in secundo Memento ; cum verò sit probabile quod ratio formalis sacrificij non consistat tantum in consecratione sequitur , quod sufficiat applicare Missam in secundo Memento : Tamburinus apud Dianam part. I.

trat. 12. resol. 27: prima opinio tam  
men est communis, & vera, eam  
quæ judico in praxi sequendam.

## C A P U T V.

### *Exhortatio facienda Sa- cerdoti in fine Confessionis.*

**N**ON tam facilè erit mi Domine, sublimis Montis dignitatis Sacerdotalis eminentiam V.D. representare, summamque puritatem, quam Divina Majestas in Ministris sui Altaris exigit. Suprema Bonitas hoe Ministerium non contulit Angelis, non Archangelis, non Prophætibus, non Cherubin, non Seraphim, non cæteris, ex illis purissimis Hierarchijs Spiritibus, cælesti Regi adstantibus; his supremis intelligentijs solummodo demandata est cura custodiendi Realem Christi in Sacramento latentis præsentiam: cui Ministerio adeò submissa reverentia, & tam reverenti attentione incumbunt, ut D. Chrysostomus faciat eos cum timore, & tremore, ac quasi cæcipientes ob fulgurantes exinde radios non audere liberè Mysterium adeò Venerabile intueri. *Quod Angeli ait Chrysostomus hom. 80. ad Popul. Antioch.* videntes horreficiunt, neque liberè audent intueri propter emicantem inde splendorem.

Hoc inquam Sacrum Ministerium, quod licet devota æmulatione mirantur Seraphim, non tamen ijs, sed hominibus, creaturis naturali-

ordine ijs valde inferioribus fuit concreditem. Quanta ergo debet esse estimatio, quæ in nobis metipsis dignitatem adeò eminentem veneremur; & quæ necessarium est, ut non tanquam seculi Filios, sed tanquam cæli Cives nos geramus? Talis debet esse puritas Sacerdotis, ait S. Jo. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdot. ut si in medio Angelorum collocaretur, decenter in eorumdem societate posset manere: *Necessum est Sacerdotem sic esse purum, ut si in cælis ipsis collocatus, inter cælestes ilicas virtutes medius staret.*

Perpendat V. D. utrum talis sit sui cordis mundities; consideret quæso, quam modicus sit suorum morum candor, ac sua opera à tali munere valde deflectere; nec annumerari patiatur cum ijs, quos David abominatur ps. 48. eò quod præstantissimi sibi concredi muneris magnitudinem intelligere neglexerint: *Homo cum in honore esset, non intellexit*, eò quod Ministerium, Officium, & Dignitatem Sacerdotalem adeò sublimem esse ignoraverint, ut non detur sublimitas, quæ huic possit comparari. Ita affatus est S. Ambrosius lib. de Dignitate Sacerdot. cap. 9. Honor, & sublimitas Sacerdotalis nullis potest comparisonibus adquirari. Cùm vero dignitas sit adeò sublimis, nonne conveniens est, ut cogitationes sint humiles? cum Munus sit adeò grave, certum est, graves quoque debere esse mores

mores (S. Ambros. *ibid.*) *Ne sit honor sublimis, & vita deformis.*

Optarem mi Domine, ut caperet non omneid, quod est tolerabile in saeculari esse sufferendum in Sacerdote. Verba jocosa, nugatoria, vexatoria, quae in saeculari possunt dissimulari, in Sacerdote erunt abominabilia. Tanquam temerarium punivit Deus summo rigore Sacerdotem Oza (2. Reg. 6.) *Percussit eum super temeritate sua.. Porro ejus audacia, & peccatum fuit, ait Theodoreetus, quod visa impunitate Philistinorum in delatione Arcæ super currum, cogitaverit idem sibi facienti eventurum: Hoc cum fecellit, quod si emissa ab alienigenis, nemini nocuit: Fecellit eum opinio sibi fore licitum, quod cum alijs tanta obligatione non obstrictis dissimulabatur: est, si quod veniam, ac indulgentiam in saeculari meretur, a Sacerdote practicari nequit; quid erit, si Sacerdos exerceat id, quod in saeculari nefas appetet? quam detestabile erit, Sacerdotem in lusu insumere pauperibus elargienda? Quomodo sufferendum erit, quod in tam noxijs occupationibus Minister Dei disperdat id, quod ab Altari, & Ecclesia accepit? Quam iniquum erit, quod Sacerdos admixtus Laiico, & vir saeculi factus, in conversationibus saecularibus tam male tempus expendat, & quod in his se modò iratum, modò levem, modò indignatum ob parùm propitiam si-*

bi in lusu fortunam ostendat, acp hoc objectum risus, iudibrij, scandali se alijs præbeat? ægret lit Sara, quod Isaac cum Ismaele deret, ex eo, quod hic conditio esset inferioris (Gen. cap. 21.) *vidisset Sara Filium Agar Ægyptianum cum Isaac &c.* sed multo dignius videbitur, quod Sacerdos cum modico suo decore cum saecularibus animum relaxando, dignatem suam profluat, ac ijsde contemptibilem se reddat: *Iacob Lyranus fuerat Domino consecratus indequè indecens erat, ut cum maele sibi in conditione inferiori deret; sic pariformiter dedecus maximum erit, quod Sacerdos Deo ditus, & consecratus, ac ad dignitatem tam superiorem elevatus, saecularibus, qui sunt ordinis validerioris, se associet, & in iudicis, ac scurrilitatibus cum ijsdem detineat.*  
*Sciat pariter, quod Sacerdos, castitatis leges non profitetur, Dennis oculis sit exosus, ut patet script. in qua præcepit, ut nullus sacerdos ex Aaron descendens aliquam maculam infectus accederet offerentia: (Levitici 21. v. 22.) *Onis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerentia Domino: nàm cum Deus ipsamet puritas, impuri Sacerdos sacrificia eidem placere minime possunt? in lege veteri noluit Legis tor supremus super sua Altaria regni mel: quidquaque Domini illud fab hit ex publis, ut se ziliim. o drix ejus tum è pueribus: in con agendo n dictus; canibus car sus; in o spectus enim vo Scriptura lus (addit) dos Dei ve tanta pu requiratur lurida & testabilis nibus im in conve giosus in quis, la lis, & affe fidi Iudaic minum at contemn incal tam geftant, a Epist. 1. a & decor ejus corpus uni: Ha**

ni mel : ( Levit. 2. v. 11.) *Nec quidquam mellis adolebitis in Sacrificio Domini.* Et ratio est, quia apis illud fabricans, originem suam trahit ex putrefactis bovum cadaveribus, ut scribit Philo Hebreus lib. de victimis offerentibus. Fortasse, quia collectrix ejus apis animale est impurum; natum è putribus bovum, ut fertur, cadaveribus: Hinc Sacerdos sole purior; in conversatione modestus; in agendo morigeratus; solitudini addictus; corde castus; in cogitationibus candidus; in verbis ponderosus; in omnibus cautus; & circumspectus esse deberet: Propterea enim vocatur Angelus in Sacra Scriptura ( Malachia cap. 2.) *Angelex* (addit S. Hieronymus ibi) *Sacerdos Dei verissime dicitur.* Cum ergo tanta puritas in Sacerdotis anima requiratur, quanta abominatio, si lurida & immunda erit? Quam destabilis res, Sacerdos in cogitationibus impurus, in verbis obscenus, in conversatione dissolutus, irreligious in operibus, in incessu obliquus, lascivus corde, animo sensuallis, & affectibus inordinatus? si perfidi Iudei ignominijs Christum Dominum affecerunt, non minus eum contemnunt Sacerdotes, qui vitam incastam ducentes proprijs manibus gestant, ait Theodoreetus in cap. 11. Epist. 1. ad Corinth. Eum ignominia, & indecorum afficiunt, qui Sanctissimum ejus corpus immundis manibus accipiunt: Hæbrei sacrilegas manus se-

mel Redemptorem nostrum inhumanius crucifigentes sanguine tinixerunt; Ast, proh dolor! ait Tertullianus lib. de Idololat. cap. 7. quod quotidie Ministri Altaris deterius eum tractent? Prob scelus! semel Iudei Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus ejus lacefunt. O manus præscindenda!

Per amorem Dei, quæso Fili, perpendat illa Apostoli verba ad se directa, quod anima ipsius sit Dei depositum, & Christi Jesu membrum ( 2. ad Corinth. 6.) *Nescitis, quia Templo Dei estis:* *Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi,* & cum ipsius pectus sit Reliquiarium, ubi reponitur Deus, Jesu Christi Tabernaculum, cælestis Regis Sacrarium, Divinorum thesaurorum Area, Altissimi Thronus, ac Omnipotentis Habitatio, conveniens ne erit, ut ab adeò amabili Majestate se avertentis profanitè se immisceat deposito Dæmonis, turpidinum cubili, luxuriæ habitaculo, immunditiarum diversorio, & enormitatum receptaculo; *Tollens ergo* ( subiungit Apostolus ibid.) *membrum Christi, faciam membrum meretricis?* Ah utilnam non verificetur de V. D. illa sententia S. Hieronymi: *Iste polluit manibus, & quibus paulo ante mulieris corpus tractavit, salutem hominum tangit, & recipit ore, quo paulo ante basia meretrici impressit.* *Iste ore fætente, & corpore polluto demergit eum, quem Angelividere concupiscunt,*

& quem aspicio delectationes aeternas accipiunt: Si secularibus ad Deum accendentibus injungit S. Paulus, ut ab aliis sibi licitis, & permisso abstineant, quam deforme erit Sacerdotem quotidie in suis manibus cæli Dominum gerentem, in absolute sibi vetitis se coquinare? ita egregie (S. Augustinus serm. 37. ad Fratres in Eremo.) Ecce laicis conjugatis ad tempus abstinentia præcipitur, ut vaccent orationi; & Sacerdotes, quos Corpus Domini consecrare omni die oportet, concubinas in domo sua habere non erubescunt.

Commendo pariter ipsi diligentiam in se præparando cum summa reverentia ad Divinum Missæ Sacrificium, & antequam ad Altare accedat, dictum D. Pauli I. ad Corinth. I. sequatur; *Probet autem se ipsum homo;* ut debitâ decentiâ sacram Ministerium peragat. Qui coram Monarcha perorare debet, ante hunc actum probat se, verba ibi proferenda examinat, in cæremonijs faciendis se exercet, modestè se mundat, & induit, ac multum temporis ad honestè comparendum insumit: Si ergo mi Domine tanta adhibetur diligentia pro honorando, & alloquendo terreno Rege, qui est pulvis, cinis, stercus, terra, nihil, quid faciendum erit tam propè, & familiariter cum cælesti Rege agenti, ut in Altari contingit? omnis ratio postulat, ut antea conscientia mundetur; anima purificetur,

humilitate, patientia, ac animis missione adornetur, perpenfa propria vilitate, & summa Dei in Sacramento latentis magnitudine, ac simili Ministerij exercendi eminentia. Si purissima Angelorum Regina turbat, humiliat, annihilat, ad terram prosternit, quando in sanctissimo suo utero Divinam Majestatem est recepta; cum idem sit Deus quem V. D. recipit, ut graviter ponderat S. Augustinus super Psalm. Veneranda Sacerdotum dignitas, quorum manibus, velut in utero Virginis Filius Dei incarnatur! dignum & justum est, ut antecedenter se humiliet, se præparet, disponat, per medium horam internum suum recolligens, attentione possibili premium opus coram Creatore superagendum recogitat.

Suadeo pariter, ut Missam modera gravitate, gravi circumspicie, Religiosa modestia, ac humilis Majestate legere studeat: siquid celebrare, idem est, ac cænam Christi Domini nostri mensa sumere: Festinanter absque maturitate & modestia in Principis mensa medere, nimirum dedecet, ac contumaciam villem rusticum, & immaturiteratum denotat. Ad cæli mensam absque respectu sedere, Panem Angelorum absque reverentia manducare, festinanter Missam legere, Divinæ Majestati sumimperdisplacet: idcirco graviter cærenice sunt facienda, attentè verbis proficeri, ibi repræcet quod idem Datus fuit, contemnere spinis et tanquam mentem Ma Mute, faci exercit ad assidua adorant tributu Confidat, quoniam randa M gentijs fine, att lectione hil plus remoni illumqu renum nc, non um sibi erit con natione aeternæ Post est, in c spitis in confide sequijs cordis c consignatentias

proferenda, maturè sacra Mysteria ibi repræsentata meditanda, videlicet quod in sacrificio incruento idem Dominus offeratur; qui oblatus fuit in ara Crucis, cruentus, contemptus, derisus, flagellatus, spinis coronatus, cruci clavis affixus, tanquam objectum dolorum, tormentorum, pænarum, ac peripsema Mundi. Perpendendum est stante sacrificio Missæ cælos aperiri, exercitus Angelorum descendere ad assistendum Mensæ Altaris, ad adorandum, venerandum, & latræ tributum eorum Regi exhibendum. Considereret ergo V. D utrum deceat, quod dum Sacerdos tam Veneranda Mysteria peragit, ac intelligentijs illis Supremis circumdatur, sine attentione, devotione, recollectione, ac maturitate celebret, nihil plus hoc exercitium, quam cæremoniârûm scholam æstimando, illumquæ panem, quasi nostrum terrenum manducando? Non Domine, non sic agendum, alias judicium sibi manducabit, Et bibet, reus erit corporis Domini, ac sibi damnationem acquiret in eo, quod æternæ gloriæ pignus foret.

Post celebrationem necessarium est, in cælestis panis, ac dulcis hospitis in pectoris cubiculo repositi consideratione immorari, gratis subsequijs eum excipere, affectus sui cordis offerre, desideriorum claves consignare, animam, sensus, & potentias eidem consecrare, ut tan-

quam ejus Creaturæ fideliter ei famulentur, supremos calorum Ordines ad debitas gratiarum actiones, & laudes ei referendas pro tâm eximio sibi præstito beneficio, ac intima secum unione invitando; plagas suas, & miseras ei ostendat, verecundiam, & infirmitates, tanquam Sapientissimo Medico pro solius amoris stipendio ad sanandum expedito detegat, ac demùm per medium horam in alijs meditationibus, ab eodem veræ fidei auditu præmisso suggerendis se detineat.

Divinum Officium pariter tempore pro qualibet hora determinato cum modestia, maturitate, & attentione est recitandum. Nec V.D. hoc exercitium velut quid perfunditorum, & cærimoniale reputare debet, sed tanquam vestigal, & tributum, cælorum Monarchæ in nostræ servitutis recognitionem solendum: Recogitetur recitando, se in medio Angelorum stare ( Psalm. 133. ) in conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus; ac in terra id peragere, quod Beati in cælo persolvunt. Loca solitaria, ac à tumultibus remota pro eo recitando eligat: ab initio recitationis recolligatur, considerando, quod dum verba ore profert, Deus ibi præsens sui cordis scrutator adstet: hoc exercitium taliter peractum, non molestiam, sed delectationem, non tristum, sed lætitiam parit, ac Domino Deo, tanquam gratissimum in-

censum, suavissima Aromata, ac dulcis fragrantia placet: Angelis est gaudium, sanctis exultatio, ac V.D. maximum in hac vita meritum, habens ius ad præmium, & coronam in altera possidendam,

## EXEMPLUM.

*In quo ostenditur quantum Sacerdos male dispositus ad Altare accedens Deum Offendat.*

182. **R**efertur in Florib Exemplor. tom. 3. cap. 5. titul.

28. Exempl. 1. Sacerdotem quemdam vitam apparenter morigeratam duxisse, usque dum semel ex communis hostis instigatione, ac subtilissima fraude mulierē quamdam, non prava aliqua intentione, sed sincero pro tunc motus affectu invisere statuit. Verū cum palea igni propinqua nunquam tutā sit, & concupiscentiæ pulvis ex levi etiā exiguae scintillæ tactu facile accendatur: ab urbanitate ad licentiam, à familiaritate ad impurum amorem transit, & quod ab initio aulica urbanitas videbatur, in fine turpissima amicitia fuit. Oh quantā cautelā Dei Ministri indigent, si à vitij contagio immunes vivere cupiunt. Sacerdos hic Divinum Altare frequentare non desinebat, licet in Sacrilegæ Veneris aīa idolatriam committeret, nec in corde illo, in quod fætidam immunditiarum massam introducebat, Deum recipere pavebat: Ast

Deus, qui est Ministrorum suorum Zelator, si inter nivis candores morari delitiatur, inter latrinarum deformitates manere abhorret; immunda hujus Sacerdotis videlicet offendit, ut semel in acto primo consumptionis ex ejusdem oculis evanuerit, cor adeò immundum ingredi abhorrens: obstupuit Sacerdos, sed non totaliter respicit experiri voluit, utrum casus fortuitus ille esset, ac proinde sequentiā denuō celebrans; secunda quoque vice Christus Dominus e manibus ejus evasit: quod cum tertia via probaverit, idem pariter contingit, conscientis verò, quod durum sit contra stimulum calcitrare, & quod tamen evidenti Dei indignationi bellem se ostendere, Divinam institutionem ad novissimam punitionem infligendam cogere erat, in servus scelera sua majores promoveri pœnas novit, magnamque diuinam misericordiam, in eo potius signis, quam castigatione proveniendo: Quapropter sicut Deum offendit per culpam, ita per penitentiam placari noscens, Episcopo suo casum secutum manifestat, quo consulente austeraim, & rigidam vitam aggressus est, etenim aliquid mentum ejus fuit jejunium, cibis abstinentia, somnus vigilia, delictum flagella, consolatio amaritudines ac recreatio lacrymæ: aliquot tempore in his austerioribus transactis adiut Episcopum, eumdemque consilium, vniaduicere, respondere, expectare, intentiā, Antistititū, Sacerdotem, & contumaciam, more ac ejusquidem fuit, ut hostianam etiā confecit, lorum cesserit, kumpfit, Deo accessum missa fu grandebere, tamen inservire. Ex his scamus crum Amus, cognitati non dulitate u nos non triti cu Pietate delictorum prema Nos suos gnabitu net; par

fulvit, utrum nam ad Altare Domini adhuc accedere auderet, à quo responsum accepit paulisper adhuc expectandum esse, ac cæptam pænitentiam prosequendam: Pio Antifitis consilio stetit pænitens Sacerdos; ac post multas lacrymas, & contritionem, dolorem, & compunctionem, cum timore, & tremore ad Divinam Mensam accessit; ejusque pænitentia adeò grata Deo fuit, ut non tantum consecratam hostiam sumere indulserit, verùm etiā tres hostias antecedenter consecratas, in illo instanti Angelorum Ministerio sibi restitui concesserit, quas etiā in eadem Missa sumpsit: ex quo suam pænitentiam Deo acceptam, suaquè crimina remissa fuisse intellexit; ac pro tām grandi Dei favore gratum se præbere, totoquè cordis affectu eidem inservire procuravit.

Ex hoc casu nos Dei Ministri discamus modum accedendi ad sacram Altare: judicia Dei timeamus, si vitam nostro muneri, Dignitati, ac Ministerio conformem non ducimus; & si ex nostra fragilitate usquè modò debita puritate nos nongessimus, humiliati & contriti cum prodigo Filio Divinam Pietatem imploremus, nostrorum delictorum veniam petamus, de supra ejus bonitate confisi, quod nos suos commensales habere dignabitur, si coram se dolentes cernet; pane consolationis nos cibabit,

si priùs illo doloris, & compunctionis vescemur, nec unquam ejus gratia nobis deerit, si opera æternâ gloriâ digna faciemus, Amen.

### Advertentia.

**N**ON possum hic intermittere, quin admoneam P.P. Confessarios de re, quæ bona eorum venia mihi necessaria videtur: animadvertisi, quod quando Sacerdos aliquis confitetur, non soleat Confessarius eum monere, & hortari ad emendationem, perseverantiam, cæterasquæ virtutes, contra quas suis defectibus deliquit, ex eo, quod Sacerdos jam sibi facienda noscat: Hoc ita esse suppono; attamen Christus Dominus nos admonet, quod granum Verbi Dei in bonam terram cadens, uberes fructus asserat: ergo supposito, quod Sacerdotis cor sit terra bona, & benè disposita hic granum correctionis ele-  
ctum est seminandum, cum spe uberiorum fructum colligendi: insuper Sacerdos confitens velut reus, & peccator comparet; & cum Philosophus dicat: *Omnis peccans est ignorans*, in hoc casu non sapiens, sed reus ignorans censendus est: denique maxima est distantia scientiæ habitualis unius rei ab ejusdem actuali, & experimentali notitia. Contingere enim potest, quod licet pænitens habitualiter obligacionem suam sciat, hæc tamen notitia actualiter sopia, ac mortificata ma-

neat; idcirco consultum erit, ut Confessarius cum suavi dulcis, ac amabilis exhortationis aura, cinceres, veritatis ignem obtegentes disperget, ut in corde per Divini amoris flammam reviviscat.

## TRACTATUS XIII.

### DE OFFICIO, ET STATU PAROCHORUM.

#### CAPUT I.

##### *De Obligatione Parochorum residendi in proprijs Parochijs.*

1. **P** P. R. dico meam culpam, quod interdum à mea Parochia me absentaverim.

C. Quandiu fuit absens?

P. Una vice fui absens integris duobus mensibus:

C. Obtinuit ne à suo Episcopo licentiam pro hac absentia?

P. Ita P. R.

C. Fuit ne expressa, vel præsumpta, aut tacita licentia, quia hæc non sufficit, sed necessaria est expressa; ita Bonacina in *disput. seu var. tract. in fine tom. I. disp. 5. punct. 4. num. 12.*

P. P. R. implicita non fui contentus, sed explicitam impetravi.

C. Obtinuit ne eam vivæ vocis oraculo, vel in scriptis?

P. Solummodo oretenus licetiam obtinui.

C. Secundum Epistolam Sacra Concilij Tridentini sess. 23. cap. de reform. requiritur licentia in scriptis: *Discedendi autem licentiam scriptis gratiè concedendam: & aliter obtineatur nullam esse concessionem censet cum alijs Calixti Palaus tom. 2. tract. 13. disput. punct. 5. num. 8. in fine.* ego tam probabile puto, in foro conscientia non requiri licentiam in scriptis sed sufficere verbalem; ita Bonacina ubi supra, Lessius 2. de *jusfit. cap. 34. dub. 39. num. 158.* Torrecilla ubi infra diff. 8. num. 36.

2. Habuit ne causam V. D. pertendit hanc licentiam, & se abscondi.

P. P. R. aliud motivum non habui, quam me recreandi, ac meos consanguineos, & amicos invisenos.

C. Ad se absentandum à Parochia ultra bimestre tempus, requiritur major causa, quam adducit ut infra dicam; pro bimestri tamen concessio à Cnocilio *capit. cit. suffici hæc causa, nempe stablevamen ab quod capiendum, ita Leander à sacramento part. 8. tract. 7. disput. quest. 3.*

3. Substituit ne V. D. aliquem qui toto hoc tempore vices sustinereret?

P. Ita P. R. Amicus Sacerdos hanc gratiam mihi præstítit.

C. E  
suæ Par  
ne Par  
loco? q  
eidem c  
rochiae  
4. part.  
P. P  
Sacerdo  
dem lo  
C. E  
nario pr  
bus? sec  
ei com  
rochian  
P. P  
dinario.

C. H  
excipie  
absquè  
ram Par  
P. P  
habuit.

C. P  
facultat  
cerdoti  
tice?

P. C  
batus a  
necessari  
Episcopo  
C. S  
septem  
Sacerdo  
tatum, t  
non poter  
po facere  
Part. I.

C. P

*Cap. I. de obligatione residentiae Parochor.* 103

C. Et hic Sacerdos, cui V. D. suæ Parochiæ curam commisit, erat ne Parochus in propinquuo aliquo loco? quo posito benè potuit V. D. eidem commendare curam suæ Parochiæ, ita Marchadus *tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 4. doc. 4. num. 1.*

P. P. R. non erat Parochus, sed Sacerdos particularis incola ejusdem loci.

C. Erat ne approbatus ab Ordinario pro excipiendis Confessionibus? secùs enim non poterat V. D. ei committere curam suorum Parochianorum.

P. P. R. Erat approbatus ab Ordinario.

C. Habuit ne pariter licentiam excipiendi Confessiones mulierum? absq[ue] ea enim nequè poterat ei curam Parochiæ concedere.

P. P. R. generalem licentiam habuit.

C. Petijt ne V. D. ab Episcopo facultatem substituendi hunc Sacerdotem per bimestre suæ absentiæ?

P. Cùm fuerit pro priori approbatus ad excipiendas confessiones, necessarium non duxi manifestare Episcopo meum substitutum.

C. Si absentia fuisse sex, vel septem dierum, poterat V. D. hunc Sacerdotem eligere in suum substitutum, sed pro diuturniori absentia non poterat hoc inconsulto Episcopo facere; Barbosa *de Officio Parochi part. I. cap. 8. num. 52.* constat ex

Concilio Tridentino, quod *cap. cit. ait: Vicarium idoneum relinquat ab ordinario approbandum; non dicit, approbatum, sed approbandum:* quia cum requiratur major habilitas pro Officio Curati, quam pro administratione gratuita, & ad libitum Sacramenti Pœnitentiaæ, propterea noluit Concilium, ut Curatus possit suo arbitrio substituere quemlibet approbatum ad excipiendas confessiones; sed ut denud approbaretur ab Ordinario, pro substituto in absentia Parochi; & per hoc probatur id, quod antea dixi cum Marchado, uidelicet, quod si substitutus fuissest Curatus alterius loci, poterat absq[ue] noua licentia Ordinarij supplere absentiam alterius Parochi, idem habet Barbosa *ibidem* quia hic fuit jam judicatus idoneus, pro Officio Parochi exercendo.

4. P. Ex modo mihi dictis, & ab initio propositis superuenit mihi scrupulus; nempe, quod elapsò anno pariter per bimestre tempus me absentauerim; & quamuis substituerim Parochum uicinum pro administrandis Sacramentis meis Parochianis, non petij tamen licentiam ab Episcopo me absentiandi:

C. Quamvis aliqui Doctores citati à Barbosa in *Collect. super Concil. Trident. in sess. 23. cap. I. sub num. 67.* doceant, quod Parochus ex iusta causa possit se absentare per bimestre

per bimestre continuum, aut divi-  
sum absquè licentia Episcopi; contra-  
rium tamen, tanquam tutum, &  
certum est tenendum, ita Barbosa  
*ibi num. 67. & part. 3. de potest.*  
*Episc. alleg. 53. num. 97.* citando  
pro sua opinione Vgolinum, Tole-  
dum, Lessium & alios; idem sen-  
tit Torrecilla *in exam Episc. tract.*  
*2. quast. 3. sect. 2. diffic. 5. num. 25.*  
& colligitur ex verbis Concilij loco  
supradictis: *Discedendi autem licentiam*  
*in scriptis, gratisque concedendam*  
*ultra bimestre tempus, nisi ex graui*  
*causa non obtineant.* ergo supponitur,  
quod pro bimestri absentia sit ne-  
cessaria licentia Episcopi: exhinc  
infertur, quod secundum hanc sen-  
tentiam, Parochus se absentans  
per dictum bimestre non perci-  
peret fructus suos cum onere resti-  
tutionis, ita Torrecilla *ibidem num.*  
*25.* Quomodo autem sit facienda  
hæc restitutio, inferius dicam.

5. P. P. R. dico meam culpam,  
me eodem anno, in quo fui absens  
per bimestre cum licentia Ordinarij  
à mea Parochia, alia uice quo-  
què fuisse absentem.

C. Et hæc absentia fuit ne per  
breve tempus? etenim si fuisset per  
duos, aut tres dies, poterat V. D.  
abesse etiā absquè licentia Epis-  
copi, nec erat opus aliud idoneum  
substituere, dummodo in Parochia  
non fuerit aliquis infirmus, & dies  
feriales, non festiui fuerint. Ita  
Palaus *tom. 2. tract. 13. disp. 5.*  
*punct. 5. num. 2.*

P. Diutiūs fui absens.

C. Forte per integrum hebdo-  
madam? quia dicit etiā cum Ba-  
bosa Palaus, quod ex justa cau-  
possit Parochus abire extra Pa-  
rochiam per hebdomadam, reliqui  
Vicario idoneo absquè licentia Or-  
dinarij: contrarium tamen mag-  
placet; uidelicet non posse absqu-  
ejusdem licentia Parochum abelli  
per hebdomadam, etiā reliqui  
Vicario idoneo, sic enim declarauit  
Sacra Congregatio; ut cum Garzi  
*tract. 7. disp. 5. quast. 7.*

P. P. R. ultra hebdomadam fui  
mea absentia.

C. Quanto tempore ergo fuit

P. P. R. Quasi per uiginti dies

C. Factum fuit ne hoc cum l-  
centia Ordinarij?

P. Ita P. R. cum ejusdem l-  
centia, & in scriptis substituen-  
tia nominatum, & approbatum ab eo  
dem Episcopo.

C. Habuit ne V. D. causam si-  
ficientem petendi licentiam po-  
hujusmodi absentia?

6. P. Causa quam habui, fui  
ut uiderem solemnitates Patria  
consanguineos inviserem, ac an-  
num relaxarem; licet hæc no-  
fuerit causa à me adducta Episco-  
po, sed quod mei consanguinei ob  
sanguineam litem odio se habeant,  
ideoquè necessariam esse meam  
Personam ad eos conciliandos co-  
rumquè controuersias, & discor-  
dias dirimendas.

C. Quan-

dixerint  
tia à C  
sufficie  
piendu  
absenti  
ritur c  
f. 23  
stre ter  
obtine  
petend  
absent  
& ab A  
7. cap.  
tas Ch  
lites, c  
da, urg  
chus o  
gerer t  
quod in  
at: ter  
ab Epif  
gato v  
dens E  
litas, i  
dum lem,  
timèv  
lite Ec  
Superi  
emerg  
Und  
ducta:  
nenda  
fuisset  
ligaret  
sito et  
un Vi

C. Quamuis *supra num. 2.* dixerim, quod pro bimestri absentiā à Concilio permitta, sit causa sufficiens aliquod sublevamen capiendum; attamen pro ulteriori absentia hoc non sufficit, sed requiriatur causa gravis, ut habet *Conc. ses. 23. cap. I. de reform. ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa non obtineant.* Causae autem justae pro petenda, & obtinenda licentia se absentandi quatuor enumerantur, & ab Azorio referuntur *part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 4.* Prima est Charitas Christiana; idest ad dirimendas lites, controversias, & odia: secunda, urgens necessitas V. G. si Parochus ob morbum curandum indigeret thermis, aut alio remedio, quod in sua Parochia haberi nequeat: tertia est Obedientia, V. G. si ab Episcopo, aut suæ Sanctitatis Legato vocaretur: quarta, est evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas, ut cum quis abeat, ad Synodus generalem, vel Provincialem, aut Diæcesanam ritè, & legitimate vocatus, vel cum quis abit pro lite Ecclesiæ, vel pro obtinenda à Superiore reformatione in varijs emergentibus.

Unde infertur, quod si causa adducta à V. D. Episcopo pro obtinenda licentia ejusmodi absentiae fuisset vera, nec peccasset, nec obligaretur ad restitutionem, supposito etiā quod reliquerit idoneum Vicarium ab eodem Episcopo

nominatum, & in scriptis licentiam habuerit: cùm tamen causa allegatione non fuerit vera, sed ficta, graver peccavit, & ad fructuum restitutionem tenetur: ita Leander à Sacramento. *ubi supr. quæst. 16. Barbosa de poteſt. Episcop. alleg. 53. part. 3. num. 99. Bonacina in disp. varijs, disp. 5. pun. 4. num. 11.*

7. P. P. R. Quidnam debeo restituere, ex eo, quod absque causa legitima à mea Parochia recesserim?

C. Mox dicam ipsi: Nonne V. D. assignavit aliquam mercedem substituto relecto in sua Parochia?

P. Ita P. R.

C. Clarum est, ita debuisse fieri juxta determinationem Concilij Tridentini loc. supracit: *Vicarium idonum cum debita mercedis assignatione relinquant:* Verum est: quod si ille gratuitò, & ex amicitia absentiam V. D. supplere volvisset, ad nullam mercedis assignationem teneretur.

Modò ergo ei dico, quod fructus V. D. obtingentes tanquam Parochio pro rata dierum absentiae, debet restituere: eos vero, qui ex sua industria, aut labore ipsi compentunt, V. G. pro concione, administratione Sacramentorum, & similibus, non tenetur restituere: Posselinus, & Barbosa, Leander *ubi supra disp. 6. quæst. 1. & 5. quæ restitutio fructuum facienda est absque alia sententia Judicis, ita Con-*

*O* *cilium*

cilium loc. supradicit, alia etiam declaratione non secuta &c.

8. P. Cui teneor restituere hanc portionem fructuum?

C. Pauperibus, aut Fabricæ Ecclesiæ sunt restituendi, ait Concilium.

P. Et cum Bullis compositionis non potero me componere, ut possunt facere iij, qui non recitarunt horas Canonicas?

C. Minime, quia in hoc casu id expressè prohibet Concilium: *prohibita quacumque conventione, vel compositione:* idem etiam tenet Barbosa de potestate Parochi part. 1. cap. 8. num. 68. *cum Navarro, & alijs.*

Alias quoquè pœnas imponit Concilium Parochis non residentibus, ut puta, dare facultatem Episcopis, eos revocandi cum censuris, sequestro deponendi fructus, vel his privandi, aliaquæ remedia legis Canonicae, quæ relinquuntur Ordinariorum arbitrio, ideo ea omitti, cum non sit hic proprius de ijs tractandi locus.

### Advertentia.

**B**ONO meo desiderio satisfacere peroptans, R. R. D. D. Parochos ad vigilantiam gregis, cuius cura ijsdem tam strictè demandata est, impensè adhortor. Fragilis est vita humana, nec est vitrum ita frangibile, sicut hæc est finibilis; idcirco cùm mortales in hoc periculo vivant, non expedit, ut Parochi à suis subditis se absentent, etenim super-

veniente eis aliquo improviso calum summa amaritudine mori, cum non minori afflictione vive coguntur: singulariter in locis, quibus solus est Parochus post ejus absentia, animæ sacrosanctæ Missæ sacrificij auditione privantur suffragijs defuncti, & cultu sanctissimum Sacramentum. Si Pastor præcul est à grege facile disperguntur oves, intricantur in arbustis, principites ruunt ex rupibus, ac luporum dentibus sunt expositæ. Quod Mecenarius eas deserat, transit; a eum enim non pertinent oves: sed quod abeat Pastor, & eas derelinquit, valde deplorabile est, siquidem à suo Ministerio, Officio, & nomine degener est: Quare supremus Princeps Pastorum in severo trimenda Residentiæ die, de ejusmodi negligentijs strictrissimam rationem expostulabit.

## C A P U T II.

### De Obligatione Parochorum predicandi Sacrum Evangelium, ac instruendi suos Parochianos in doctrina Christiana.

9. P. P. R. confiteor, quod fuerim negligens in explicando Sanctum Evangelium meis Parochianis.

C. Ad distinctè procedendum in hac materia non minus ardua, quam scrupulosa; necessario superponendum est, triplici ex pracepto

nemp

Ca  
nempe  
siaffico  
dicand  
Paroch  
ratione  
inter P  
in his  
ut ille  
nistret  
ex ue  
Joann  
demun  
cro C  
sess 23  
Cum p  
omnibr  
missa e  
quæ Di  
Et uia  
obliga  
dicand  
tando  
vitia f  
riam a  
minita  
de ref  
eumb  
uitia,  
quas se  
nam e  
conseq  
fuos si  
nam, p  
cepta  
suscipi  
10.  
semin  
Paroc

## Cap. II. de obliga. Parochorum prædicandi. 107

nempe Naturali, Divino, & Ecclesiastico Parochos obligari ad prædicandum, & instruendum suos Parochianos: Ex lege Naturali, ratione quasi contractus existentis inter Parochum, & Parochianos, in his eum in temporalibus alendi, ut ille cibum spiritualem eis admisitret: Ex lege Divina, ut habetur ex uestibis Christi Domini nostri. Joannis cap. 22. *Pasce oves meas*: ac demum ex lege Ecclesiastica, à Sacro Concilio Tridentino Sancita, sess. 23. de reform. cap. 1. ubi ait: *Cum præcepto Diuino mandatum sit omnibus, quibus cura animarum commissa est, oves suas agnoscere, uestibus Divini prædicatione pascere, &c.* Et ut harum legum Parochi duabus obligationibus obstringuntur: prædicandi uidelicet Euangelium, hortando ad uirtutes sanctandas, & uitia fugienda, ad cælestem gloriam animando, ac pœnas æternas minitando. ita Concilium sess. 5. de reformat. cap. 2. *Annunciando eis cum breuitate, & facilitate sermonis, uitia, qua eos declinare; & uirtutes, quas sæcili oporteat, ut panam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant:* Secundò, docendi suos subditos Doctrinam Christianam, præcipua Fidej Mysteria, Præcepta obseruanda, Sacraenta suscipienda, & Orationi vacandum.

10. Nunc dicat mihi, Non disseminalbat V. D. interdum suis Parochianis Verbum Dei?

P. Ita P. R. licet non frequenter.

C. Jure Naturali, & Divino, sancitum non est quibus diebus Parochus prædicare beat; id tamen determinat Sacrum Concilium sess. 34. de reform. cap. 7. præcipiendo Parochis, ut diebus festiuis, & solemnibus hanc obligacionem adimpleant Diuinorum officiorum tempore: *Nec non ut inter Missarum Solemnia, aut divinorum celebrationem Sacra eloquia, & salutis monita eadem uernacula lingua singulis diebus festis, vel Solemnibus explanent.*

P. P. R. Non prædicau omni bus diebus festis.

C. Theologi, & Doctores communiter docent hanc determinationem Concilij obligare diebus præscriptis; ita Marchadus tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 3. docum. 2. num. 2. Quamvis Sotus lib. 10. de iustit. quæst. 1. art. 3. dicat, quod disputatione orta in Concilio, utrum Parochis onus prædicandi imponendum foret, quæstio indecisa remanserit; & quod Parochi suæ obligationi satisfaciant, docendo Mysteria Fidei cum reliquis contentis in Doctrina Christiana: Hanc opinionem Soti Marchadus citat ibidem: quam tamen non sequitur, Barbosa pariter de Offic. Paroch. part. 1. cap. 14. num. 1. eumdem citat, sed neque sequitur; Moya denique eum citat in suis select. tom.

2. ad tract. 2. de Relig. diff. 1. quæst.  
 2. num. 4. & 5. & non solum non sequitur, sed etiam adjungit, esse oppositam dictamini Concilij: quod puto esse certum; quia Tridentinum sess. 5. cap. 5. de reform. si loquitur: *Curam animarum habentes per se, vel per alios idoneos si legitimè impedit fuerint; Di bus saltem Dominicis, & Festis solemnibus plebem sibi commissum pro sua, & eorum capacitate pascant;* si hoc expresse determinat Concilium, quomodo poterit verificari, quod hæc materia indecisa remanserit? quomodo poterit dici, quod nihil definiverit, quando in hoc, & alijs locis tam patenter eam declarauit? quapropter indubium habeo, fuisse expressum mandatum Concilij, ut Parochi diebus Dominicis, & festis, Verbum Dei disseminarent. Aliqua indulgentia potest in hoc admitti, quam mox assignabo.

11. Dicat mihi, computato toto anno posset ne numerari simul integer mensis, in quo non fuerit concio; seu bimester discontinuus, modò omissendo duas Dominicas, postmodum alteram, & deinde alteram, quæ simul sumptæ bimestrem constituerent?

P. P. R. ultra semestrem Verbum Dei disseminare intermisí.

C. Non obstante Decreto Concilij Bonacina tom. 2. diff. 5. circa 3. præc. Decal. q. unica, punct. 2. sub num. 31. §. Quamobrem; sentit,

quod Parochus toto anno omittens concionem, quasi per mensa non continuum, probabiliter possit excusari à mortali: si vero integrè mense continuo, aut etiam si duabus, vel tribus mensibus totidem anni discontinuis non concionetur grauitè peccet: idem dicit Leander à Sacramento *ubi supra quæst.* 15. quod scilicet Parochus prætermittens concionem per mensa continuum, vel per bimestre, trimestre discontinuum, mortaliter delinquat. Et circa hoc punctum Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 16. num. 7. quamvis non determinet tempus, dicit tamen quod interdum, vel multoties omissens diebus assignatis à Concilio, non peccet grauiter. Nihil tamen videtur (ait) tam rigorosè, præcisè id præcipere, ut peccare grauitate censeantur, si interdum, vel sapienter id omissant. Laxior fuit Trullench lib. 3. in Decal. cap. 1. dub. 4. num. 14. ubi dixit Parochum toto integrè anno nunquam prædicantes peccare mortaliter, modo per se, aut per alios prouideat necessaria saluti animarum. Hæc sunt verbis Trullench: *solum peccare mortaliter si toto integrè anno nunquam prædicarent; modo tamen per se, aut per alios prouideant necessaria saluti animarum.*

12. Fateor me, non posse asseriri huic Sententiæ Trullench quam sine contradictione non inventio:

13. Quando

inverio: non possum quidem assentiri; quia, si expressè præcipit Concilium, ut Parochi omnibus diebus festiuis prædicent; quomodo credendum erit, eos solum grauiter peccare, si toto anno non prædicent? Quod ob parvitatem materie, aut ex benigna interpretatione Concilij dicatur, unâ, vel alterâ die non prædicare, licet ex his componatur unus mensis, non fore grauem culpam, videtur rationabile, & probabile; sed tam diu omittere, quomodo erit credibile? Contradictionem pariter invenio in asserto Trullench; quia Parochus debet providere omnia necessaria saluti animarum per se, aut per alios; jam querero: vel Parochus habet legitimum impedimentum, vel non? si non habet, non potest substituere toto anno aliud; quia tantum in casu legitimi impedimenti hoc ipsi concedit Concilium ss. 5. cap. 2. de Reform. Per alios idoneos, si legitimè impediti fuerint. Et si Parochus per se debet providere necessaria saluti animarum: ergo per se debet prædicare; siquidem cum maxima difficultate poterit aliter provideri saluti animarum: Nec Suarez, aut alias citatus à Trullench ipsi favet, aut hoc dicit, ut advertit Leander quæst. 9. citata; & constat ex verbis Suarez supra relatis.

13. Notandum dixi Parochum, quandoquæ prætermittentem ver-

bi Dei prædicationem, licet per mensem discontinuum, non pecare graviter; quod hoc debeat intelligi respectu legis Concilij Tridentini; quia respectu legis Divinæ, quotiescumque Populus graviter indiget prædicatione, tenetur Parochus sub mortali oves suas verbi Dei prædicatione pascere: ita Barbosa ubi supra, sub. num. 8. Bonacina loco citato num. 30. & alij.

14. Nunc mihi dicat, quâ de causa V. D. non habuit concionem ad populum?

P. P. R. aliquas causas habui, propter quas me putavi excusatum.

C. Quænam fuerunt?

P. Prima fuit videre, quod plures alij habuerint concionem.

C. Consuetudo legitimè introducta derogat legi Ecclesiastice, ita doceo cum communi: *in mea I. parte Confer. tract. 3. Confer. 7. §. 3. num. 19.* cum ergo determinatio Concilij sit lex Ecclesiastica, præcipiens Parochis Dominicales, & Festivales conciones faciendas, hæc lex cessaret, si esset consuetudo legitimè contra eam introducta: at quod hæc consuetudo sit legitima non constat; quia ad hanc inter cæteras conditiones requiritur consensus Legislatoris; constat *ex leg. de quibus L. sed ea ff. de legibus;* quod tanquam certum tenet Castro-Palaus *tom. I. tract. 3. disp. 3. punct. 2. §. 4. num. 1.* & loco citato *Confer. num. 17.* ego teneo. Sed sic est,

quod in nostro casu non detur consensus Legislatoris, nempe Concilij, nec Papæ, qui videtur posse eundare; Episcopi etiam, cum non sint hujusmodi Legislatores, ordinariè solent in visitationibus præcipere Parochis, ut hanc Concilij legem observent: ergo non est consuetudo introducta, quæ derogat supradictæ legi Concilij; & si aliqui eam autumant, & sequuntur, haec non est consuetudo, sed benè corruptela, & abusus.

Præterea legi Divinæ nulla consuetudo derogare potest, ut communis Doctorum tenet, & dico in Confer. loc. citat. num. 16. sed lex Divina obligat Parochos ad prædicandum, & erudiendum suos Parochianos, ut dixi num. 1. hujus cap. ergo faltem ex hac ratione Parochi obligabuntur ad concionandum, quacumquæ consuetudine non obstante.

15. P. P. R. Secunda causa hujus meæ omissionis fuit, quod plures Religiosi infra annum multis diebus Festivis in mea Parochia prædicent.

C. Cujus generis Sermones solent his diebus fieri?

P. P. R. Sermones de Sanctis occurrentibus.

C. Hujusmodi Sermones erant ne doctrinales pro Populo?

P. Ordinariè de gloria, & laudibus eorumdem Sanctorum tractabatur.

C. Quando infra annum ordinariè habetur Sermo ad Populum Trullenchi cum Posseuino *sup Decal. lib. 4. cap. 1. dub. 8. num. 1* ait Parochum per se ad hoc teneri, licet possit, & habeat titudinem ad prædicandum, Trench sequitur Diana *part. 6. tra. 7. resol. 13.* & hanc sententiam probabilem videtur censere Leander à Sacramento *part. 8. tract. 7. di. 8. quast. 12.* quia contrariam, sequitur, vocat solum probabilitatem: Oppositum amplectitur Augustinus de Barbosa de Offic. Paro. p. 1. cap. 14. num. 9. Leander Bonacina tom. 2. disp. 6. circ. Præcept. Decalog. punct. 8. *ad num. 4.*

16. Verum haec duæ sententiae meo judicio sunt necessariò collandæ in hoc fixo puncto ad conditiones reducto: Prima est conciones, quas alij habent, adeò frequentes, ut æquivalent obligationi, prædicandi Parochi juxta Concilium, diebus Dominicis, & festivis cum hac extensione quod sicut Parochus non peccaverit, quamvis per se ipsum non prædicet aliquibus diebus Festivis juxta dicta num. 3. nequè graviter peccaturus, quantumvis tamen diebus aliis Concionatorum prædicet: Ratio hujus asserti est quia accessorium sequitui naturæ fui principalis, ut constat, de regul. in 6. reg. Accessorium 24. sed

est, quod principalis obligatus sit Parochus, & ejus substituti, seu Vicarij sint velut accessorij: ergo debent sequi naturam sui principalis, & consequenter supplere tot conciones, quod ipsemet Parochus deberet facere, ut à sua obligatione sit exemptus.

17. Secunda conditio est, ut Conciones infra annum factæ ab alijs Concionatoribus, sint doctrinales, & ad spiritualem animarum profectum ordinatae. Hæc conditio expressè ponitur ab assertoribus sententiae fauorabilis Parochis, siquidem Trullench *locu*  
*citato*, diciti suppositis prædictis Cencionibus; *non defraudatur Populus*, & agitur utiliter ejus negotium: Et Diana *supra in fine*, ait: *Siquidem Populus tunc nullum salutis patitur detrimentum*: Cum his duabus conditionibus opinionem Posseuini, & Trullench non improbabilem censerem, siquidem Concilij Tridentini intentum haberetur, & finis hujus legis cessare videretur: sed aliqua ex dictis duabus conditionibus deficient, ut validè ordinariè contingit; quandoquidem vel conciones non sunt tot, quot deberet facere Parochus, & quæ sunt *infra annum* ordinariè non sunt doctrinales, sed solum speculativæ, acuminosæ, ingeniosæ, & meta physicæ, quas vel major pars non percipit, vel sine fructu recedit; propterea certam, & tutam opinionem Bar-

bosæ, & Leandri adjudico: oppositamque absquè graui conscientiæ stimulo minimè sequendam.

18. P. P. R. Alia de causa pariter intermisæ concionem? nempè, quia non habeo gratiam proferendi, nec aptitudinem, & sufficientiam ad hoc munus obeundum.

C. Nec per hoc Fili excusatur; quia, ut V. D. suæ obligationi satisfaciat, non requiritur in ea gratia proferendi, hæc enim solum in Oratoris applausum, ac Auditorum delectationem redundat; quare ad docendam veritatem, & suam obligationem adimplendam sufficit concionari pro posse; & sapissimè major fructus sit verbis simplicibus, bono zelo, affectu, & intentione prolatis, quam verbis suco eloquentiæ, artis, & facundia plenis. Præterea, si V. D. non poterat per se ipsum prædicare, per alium potuisset hoc facere, ac sic suæ obligationi satisfecisset. Barbosa de Offic. Paroch. part. I. cap. 14. num. 6. & Trullench super Decalog. tom. I. lib. 4. cap. I. dub. 8. num. 12. cum Cardinali Toleto, & Posseuino; & hoc modo tantum V. D. quandoquæ concionari tenebatur, ita Leander *supra quaest. 24.*

19. P. P. R. hoc mihi jam notum fuit, sed meus redditus est tenvis, nec habeo media stipem dandi alteri Concionatori pro omnibus Dominicis, & Festis; nequè inventiam hoc gratis facientem.

C. Ne:

C. Nec per hoc excusatur, quia, si V. D. non habet aptitudinem id per se faciendi, nec capitale pro mercede alteri Concionatori assignanda, aut Personam id gratis sufficientem, potest ipsam ex Pulpito, aut Altari aliquem Sermonem, aut discursum spiritualem in libro scriptum legere; ita Stephanus Bauni tom. 4. Theol. mor. tract. 10. de Presb. & Paroch. quest. 29. citans Concilium Arelatense his verbis: *Quod si Curati per ignorantiam facere nequeunt, jubentur ipsi in Concilio Arelatensi e superiori loco legere concionem aliquam vulgari idiomate scriptam.* & P. M. Matthæus de Moya in suis select. tom. 2. ad tract. 2. de Relig. disp. 1. quest. 2. num. 7. postquam citat hanc opinionem Bauni, eamdem sequitur, & addit: *Nullus excusationem legitimam habere potest ad privandum populum lectione concionem supplete, quando Concionatores alij desint.* Denique non præcipitur, ut V. D. per duas, aut unam horam concionetur, sed solum ut prædicet; quod sufficiet facere per medium horam, & etiam minus: ad quod non requiritur magna apertitudo, sed magnus zelus.

20. P. P. R. Mundus est taliter constitutus, ut si ego per me, vel per alium debeam concionari omnibus diebus festis, Aristarchi, & Cato-nes non deerunt, qui dicant, me eos tot sermonibus tædio afficere, quinimò plurimi ad Missam sole-

nem non comparebunt: Et si Altari, vel Pulpito lectioni aliquip Concionis, aut Pij libri incumbet, se eum in proprijs laribus gere posse, ac frustra eos detine dicent, Divinis Officijs interim orosis redditis.

C. Mundus ejusquè opinio semper contrariantur ijs, qui suum munus adimplere satagunt, et si D. Christi Jesu Serui legem profitetur, non debet præstare autum dictis mordacium, & imprium linguarum, quia, qui uult præcere hominibus, Deo placere iquit, inquit S. Paulus: *si adhuc hominibus placerem, Christi sensus non esset: ad Galat. cap. 1.* Quod ergo placere Deo & vanis Mundi antiqui inimici uirtutis, & veritatis judicijs spretis, suæ obligationis facere studeat: Nec sua culpa si aliqui ad Missam solemnem non comparebunt, non enim ornatis & absentibus, sed præsentibus editioribus prædicare tenetur: Mùtum tamen referret, quod V. D. non sit nimium prolixa in suo monile, aut lectione, ne tepidis rebus Divinis parum affecti exceptiant occasionem censurandi, eum non audiendi; propterea edidit Concilium, sess. 5. cap. 2. reform. ut prædicetur cum brevitate, & facilitate sermonis.

21. Dicat mihi V. P. quantum tempore Messis habetur licentia borandi diebus Festis, obligabor prædicare?

C. Si det, comaria, & les orantur V. D. quandoq; stratorian concio si pulus co sonis, cu ac interer erit concens erit p

22. P. riter fuiss meos Par lutem.

C. Do cunt, Pa minicis, dimenta stianam si de Offic. P. 1. March 4. præcep 8. sub nu vinus de sequitur 2. cap. I. to part. & Quamvis convenia fit virtute non: Le pro se ci rellum, S us auter Marchad

C. Si Populus, cui V. D. præsedit, componitur ex gente mercenaria, & pauci sint Cives, & Nobilis orantes in Ecclesia, non tenebitur V. D. his diebus concionari; quandoquidem nemo ad rem frustratoriam obligatur, qualis esset concio sine auditorio: si vero Populus componitur ex pluribus personis, curis, & negotijs destitutis, ac interesse valentibus, necessaria erit concio; quia concursus sufficiens erit pro audiendo Verbo Dei.

22. P. P. R. Confiteor me pariter fuisse negligentem in docendo meos Parochianos necessaria ad salutem.

C. Doctores communiter dicunt, Parochos teneri singulis Dominicis, & Festis diebus docere rudimenta Fidei, & Doctrinam Christianam suos subditos: Sic Barbosa de Offic. Paroch. part. I. cap. I. num. 1. Marchadus tom. 2. disp. 6. circa 4. præcept Decalog. quest. unica punct. 8. sub num. 4. §. Quintum est. Possevinus de Officio curati quem citat, & sequitur Remigius in sua sum. tract. 2. cap. I. §. I. Leander à Sacramento part. 8. tract. 7. disp. 8. quest. I. Quamvis hi Authores non omnes convenient, utrum hæc obligatio sit virtute Concilij Tridentini, vel non: Leander negativam tenet, ac pro se citat Sà, Trullench, Victorellum, Sotum, Ledesma; Filiuccius autem, Barbosa, Bonacina, Marchadus, & Remigius hanc ob-

ligationem ex Concilio oriri existimant: sed hæc quæstio parùm refert, quia cum fuerit decisum, ut communiter affirmant, Parochos ad hoc obligari, ad nostrum intentum parùm prodest scire, utrum vi Concilij, aut alterius legis distinctæ hoc proveniat.

23. Nunc dicat mihi, qua de causa doctrinam Christianam explicare neglexit?

P. P. R. quia in meo loco est Magister Scholæ, qui eam diligenter explicat.

C. Magister explicat ne eam in Schola tantum, vel etiam in vijs, & Plateis?

P. P. R. solummodo in Schola.

C. Quando adest Magister Doctrinam Christianam explanans, Leander à Sacramento cum alijs citatis *supr. quest. 2.* sentit Parochum ab hoc onere immunem esse: ego tamen huic Doctrinæ assentiri nequeo, quia in Civitatibus, & Oppidis non omnes pueri scholam frequentant, & illi, qui frequentant, solent in domo habere Præceptores, sufficienter in hoc eos instruentes: sed dantur plures infantes, pauperum Parentum Filii, qui eam nec in domo apprehendunt, nec scholam frequentant. Et quomodo eam scient Filiae, quæ ordinariè, & ut plurimum scholam non frequentant, & ex ipsis plurimæ habent Genitores egenos, mercenarios, ac rudes, qui nec eas docent

rudimenta Fidei, nec ipsis met ea sciunt, prout summo dolore, & mei cordis amaritudine millies experitus fui, & vidi in Populis, apud quos habui Missiones? Ne hoc perniciosum malum reperitur tantum in locis exiguis, verum etiam in populo plenis; quod attestari possunt omnes illi Confessarij, qui Zelo, & charitate ducti sedent in Confessionalibus, ac de Doctrina Christiana interrogant: experientia quotidie docet, quod & in infantibus, & in adultis summa sit ignorantia Mysteriorum Fidei, non obstante existentia Magistrorum in scholis docentium; Quomodo ergo his temporibus tantam ignorantiam sedatis locum habere poterit sententia Leandri? Si Magister forte omnibus diebus Dominicis, & Festis percurreret vias, & plateas, ac doceret Doctrinam Christianam, interrogando pueros frequentantes scholam, & ab his adulti, & alij pueri non frequentantes eam audirent; tunc posset adhuc aliqualiter vera esse doctrina Leandri.

24. Ex hac ratione judico, quod Parochus suae conscientiae satisfacere cupiens, diebus Festis post prandium, aut aliâ horâ magis opportuna teneatur signo Campanæ congregare suos Parochianos, ac ijsdem qualibet die Festi explanare unum, vel alterum Mysterium, prout ipsi expedire videbitur; quod si non adimpleat, timeat illud Va-

*Pastoribus*, quo ei minatur Ezechiel Propheta cap. 34.

25. P. P. R. Si Parochiani nolent comparere, quid in hoc casu cere potero?

C. Si hi nolent comparere audiendam Doctrinam Christianam ipsis imputabitur in Dei Tribunal, non V. D. quae eos invitavit, & cum campana, & admonendo Parentes, Tutores, & ceteros ut pueros mittant; quod si non priderit, potest V. D. id notificare Episcopo, qui per censuras ad eam apprehendendam eosdem compellere valeat, ita Barbosa de potest. *Paroch. part. I. cap. I. 5. num. 6.* Praterea quando confitentur, intergangi sunt de Fidei rudimentis: enim si quilibet Confessarius hoc facere debet cum illis paenitentibus quos prudenter credibile est ignorare, ut ait Azorius *tom. I. moral. lib. 8. cap. 8. quæst. 5. fine.* & ego ipsem dico *part. I. ius praxis tract. I. cap. I. num. 1.* fortiori debet ad has interrogaciones procedere Parochus, qui ex officio tenetur habere curam, ut Parochiani necessaria ad salutem calleant.

### C A P U T III. *De Obligatione Parochorum Legendi Missam ad Populum, & pro Populo.*

26. P. P. R. me accuso quod m. tis diebus non celebravim Missam in mea Parochia.

C. Duo in hoc casu concurrunt examinanda: Primum est obligatio, quam habet Parochus legendi Missam pro suis Parochianis, de quo in hoc capite inferius loquar: Secundum est, obligatio legendi Missam ad suos Parochianos. Pro hujus resolutione dicat mihi V. D. erant ne Festivi, vel Feriales dies, in quibus V. D. non celebravit in propria Parochia ad suos Parochianos?

P. P. R. Festivi, & Feriales.

C. Neglexit ne hoc diebus, in quibus debuit legere Missam Nuptialem, aut in exequijs Defunctorum?

P. Non P. R.

C. Et quando non legit Missam diebus Festivis, commisit ne hoc alteri Sacerdoti?

P. Ita P. R.

C. Habuit ne aliquam causam non celebrandi per se in sua Parochia supradictis diebus?

P. P. R. interdum eam prætermis ex modica, aut nulla causa.

C. Certum est, quod Parochus teneatur legere Missam omnibus diebus, quibus Populus obligatur eam audire: Sic Villalobos *in sum. part. I. tract. 8. diffic. 14. num. 4.* Marchadus *tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 3. docum. I. num. 2.* Barbosa *de Offic. Paroch. part. I. cap. II. num. 3.* & cum Joanne à Cruce, Sylvio, & alijs Diana *part. 2. tract. 14. resol. 26.* quam obligationem celebrandi

pariter habet vi sui Officij ad benedictiones nuptiales imparciendas, & pro sepeliendo mortuo, ubi cum Missa sepelitur: ita Marchadus *loc. citat.* & Barbosa *ibidem num. 6.* Leander à Sacramento *part. 8. tract. 7. disp. 9. §. 7. quest. 35.* ex justa autem causa hujus impeditiva per alium id facere poterit. Sic Diana *supra.* Barbosa *ibidem.* Marchadus *ibid.* modo tamen hoc non faciat per longum tempus, & frequenter sic Possevinus *de Officio Curati cap. 4. num. 5.* Barbosa *eodem num. 6.*

27. Dicat mihi, quoties in diebus Ferialibus non legit Missam ad Populum?

P. P. R. subindè per integrum hebdomadam, & interdum etiam per totum mensēm non legi Missam, nisi diebus Festivis.

C. Graves Authores affirmant, Parochum per se, vel per alium teneri legere Missam suis Parochianis diebus Ferialibus; maximē si Parochiani auditioni Missæ propensi sint; ita sentiunt Vasquez, Gasparus, & Thomas Hurtadus, quem citat, & non sequitur Leander *ubi supr. quest. 34.* Sotus, & alij Canonistæ allegati ab eodem Leandro *part. 2. tract. 8. disp. 5. quest. 3.* Alij tenent, Parochum non teneri celebrare suis Parochianis omnibus diebus ferialibus, secluso scandalo: ita Leander *loco citato.* Villalobos *supra.* Barbosa tamen *ubi supra num. 6.* consuetudini Regionum toleratæ,

# 116 Tractatus XIII. de Officio Parochorum.

& observandæ absque scrupulo standum esse affirmat.

28. Ego censeo, non obligari Parochum ad legendam Missam singulis diebus feriis suis Parochianis; sed solum in aliquibus: Sic Suarez, Sotus, & Azorius, apud Fagundez. in Praecept. Ecclesiast. lib. 3. cap. 15. num. 8. ratio est, quia Parochus tenetur oves suas celestis pabuli administratione pascer: sed non legendis Missam in aliqua die feriale hoc cibo eas privat, ac Populum summe afflictum relinquit: ergo cum non obligetur celebrare singulis diebus feriis, saltem in aliquibus celebrare obligabitur: & hoc meo iudicio necessariò debent concedere Leander, & alij citati pro secunda opinione; dicunt enim, quod secluso scandalo non obligatur Parochus celebrare diebus feriis, sed non est possibile secludi scandalum, moraliter loquendo, si Parochus nunquam diebus feriis celebret suis Parochianis, nisi constet causa hujus omissionis: ergo &c.

29. P. P. R. accuso me non obtulisse sacrificium pro meis Parochianis, sed pro alijs Personis stipendantibus, vel pro alijs, quibus eram addictus.

C. Ad minimum diebus Festivis V. D. non celebravit pro suis Parochianis?

P. P. R. aliquoties, sed raro.

C. Redditus, quem habet V. D. est ne pinguis, vel tenuis?

P. est mediocris.

C. Est ne consuetudo in sua Parochia legendi Missam pro Parochianis?

P. Aliqui Parochi hoc practicunt, alij non.

C. Circa hanc questionem, quae sunt capita, tot sententiae: Alij dicunt, Parochos jure Divino obligari ad legendum Missam pro populo; alij ex justitia, alij, ex charitate, alij attendendam esse confutidinem, alij substantiam, & quantitatem reddituum: Quare habeam propria verba originaliter desumpta a suis Authoribus, adhuc ut quivis ferat judicium magistracioni consonum; & postmodum meam opinionem afferam.

30. P. Dominicus Soto de iure & jure lib. 9. quest. 3. art. 1. Nibilominus, fol( mihi ) 733. cent. Parochum habere hanc obligationem ratione fructuum, quos resipit, qui si sint sufficientes pro aliendo, omnibus diebus ad calendrum obligari, vel minus per eorum quantitate. Ecce ejus verba: Parochi jure decimarum quotidie celebrare tenentur pro sua Parochia, si modò fructus satis sint ad ipsa alendum; si minius, pro eorum quantitate, vel ter, vel quater in hebdomada, adjudicium Antifititis, quod talis est, vel ad arbitrium prudentis Henricus Henriquez Societatis Iesu lib. 9. cap. 22. num. 6. pura hanc obligationem oriri, tum et volumen

voluntatum ex  
tum ex  
tum ex  
chus ( in  
justo E  
aut con  
ferre M  
test Mi  
ter pro  
Nisi be  
ut illu  
chiani e  
tionem  
suffici  
infructu  
in hac  
tam co  
tus: R  
tur cele  
chianis  
lib. 9. q  
selliagen  
rum pira  
sufficer  
bus Fest  
alijs, l  
hoc au  
denda,  
31.  
sacram  
7. prop  
rem in  
teneri  
cipuis  
hebdom  
Populc  
juxtap  
tem pra

### Cap. III. de Obligat. Paroch. leg. Miss. Populo. 117

voluntate Episcopi id præcipientis, tūm ex lege, & consuetudine, & tūm ex quantitate fructuum: Parochus (inquit) illis diebus, quibus ex justo Episcopi imperio, & ex juris, aut consuetudinis præcepto tenetur offerre Missam pro suis ovibus; non potest Missam sc̄ debitam offerre specialiter pro alieno stipem contribuente --- Nisi beneficium Parochi esset ita tenuerit, ut illum congruē non alat, nec Parochiani aliter per collectarum contributionem provideant congrua Pastoris sustentationi. Cardinalis Toletus in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 5. dicit, in hac materia attendendam esse tam consuetudinem, quam redditus: Rursus, quartō (inquit) tenetur celebrare singulis diebus pro Parochianis, nec pro alijs, secundum sotum lib. 9. quæst. 3. art. 1. Hoc tamen intelligendum est, cum redditus decimorum pingues sunt. Crediderim tamen sufficere celebrare Dominicis, & diebus Festis, & aliquot etiam ex diebus alijs, licet non omnibus celebret, in hoc autem multūm consuetudo attenenda, vel observanda est.

31. Bonacina tom. 1. disput. 4. de sacram. Euchar. quæst. ultim. punct. 7. propos. 2. sub. num. 5. §. Quamobrem in fine, existimat Parochum teneri celebrare Dominicis, & præcipuis Festis, aut semel saltem in hebdomada Sacrificium offerre pro Populo: Dicendum est teneri saltem iuxta prudentis viri iudicium; vir autem prudens meo iudicio judicabit Pa-

rochum præcisā alia constitutione teneri in præcipuis solemnitatibus Domini, & Dominicis diebus, aut semel saltem in hebdomada sacrificium suo Populo applicare. P. Leander à Sacramento tom. 8. tract. 7. disput. 9. §. 7. quæst. 40. affirmat, Parochum teneri jure Divino pro suis ovibus interdum celebrare; sed probabilius respondeo (inquit.) teneri Parochum jure Divino, licet non semper, interdum tamen applicare sacrificium Missæ pro ovibus suis. idem dicit hic Author. 2. part. tract. 8. disp. 5. quæst. 5. additquè, Parochum satisfacturum offerendo sacrificium pro suis Parochianis solemnioribus Festis: sufficere solemnioribus Festis pro Populo offerre ad implendum Divinum Præceptum à Tridentino declaratum, nisi alias vigeat alia consuetudo: Concordat cum Leandro Barbosa de potest. Parochi, part. 1. cap. 22. num. 10. quo ad dies, in quibus Parochus tenetur celebrare pro Populo: Ita autem applicatio (seclusa consuetudine, aut Synodali aliqua constitutione, sive pacto) sufficit pro populo fieri à Parrocho diebus solemnibus. Pater Basilius Verbo Missa 3. num. 4. sequitur opinionem Bonacinæ, & sic dicit: Verum in hac controversia dicendum videtur, Parochum præcisā alia constitutione teneri in præcipuis solemnitatibus Domini, & diebus Dominicis, aut saltem semel in hebdomada sacrificium suo Populo applicare ut docet Bonacina. Paulus Layman lib. 5.

tract. 5. cap. 3. num. 3. opinatur Parochos solum ex charitate teneri, interdum offerre sacrificium pro Populo: Interim tamen lex charitatis, & aequitatis ratio suadet, ut Pastores Ordinarij; videlicet Papa, Episcopus, Ordinum Prelati, Parochi pro suis subditis Deo intra, & extra sacrificium frequenter supplicant; aliquando etiam pro ipsis offerant.

32. Villalobos in sum. part. I. tract. 8. diffic. 14. num. 5. putat, Parochum, ubi est consuetudo, tene-ri diebus Festis celebrare pro Populo: ipsamet ejus verba referam: En los Domingos, y Fiestas, estaran ob-ligados à celebrar por sus Parroquianos, donde huiere costumbre, como dizen estos Doctores (que son Navarro, Cor-dova, Suarez, y Ledesma, que esso ci-ta nel num. 4.) y entonces no podràn recibir otra limosna por la Missa. Y si no constare, que aii costumbre, no ten-dràn obligacion à ello, sino solo el de-zirla para que la eigan. Egidius Coninch de Sacram. quæst. 83. art. I. dub. 11. num. 199. post verba se-quentia, Parochi ratione Beneficij Pa-rochialis non tenentur ulla Ordinaria Sacra pro suis Parochianis celebrare (addit postmodum) Videntur ratio-ne Officij sui saltē ex charitate teneri aliquando pro suis subditis orare, quod conuenit saltē per oblationem sacri-ficij fieri. sed quanta hac obligatio sit, & quoties obliget, non ita facile potest deffiniri, sed ex circumstantijs pru-dentis judicio estimandum est. Ca-

stro Palauis part. 4. tract. 22. di-  
unica, punct. 13. num. 8. postquam  
dixit: si verò una vel altera vice ob-  
gentur in hebdomada (celebrare pro  
Populo) ut tenet communis senti-  
tia: (sequentia addit:) sed quia  
rius exissimo Parochos ratione benefi-  
cii non esse obligatos fructum sacrificij  
cialiter pro ovibus applicare &c. (proseguendo statim dicit) Nam  
ex consuetudine, vel fundatione,  
ordinaria lege, & praecepto aliqui  
diebus determinatis sacrificare pop-  
ulū obligentur, non poterunt stipem  
cipere &c.

33. P. Franciscus Suarez in  
part. tom. 3. quæst. 83. dispe. 86.  
6. sect. I. §. de Beneficijs igitur: pri-  
relatam aliorum opinionem co-  
cludit in fine Paragraphi dicend  
Nulla ergo certa regula in hoc dan-  
tis, sed consulenda est consuetudine  
aut, si de illa non satis constat, Epis-  
copus deberet aliquid certum in hoc  
tuere; quod si hoc non faciat, prudi-  
tis arbitrio ipsius Parochi relinqui-  
dum erit. Gabriel Vasquez in  
part. tom. 3. quæst. 83. disput. 2.  
cap. 4. num. 27. ait: Vera tan-  
sententia est, Parochum jure deci-  
rum, aut ratione beneficij non debet  
per se, aut per alium quotidie pro  
suis subditis sacrificium Offerre, sed tam  
coram Populo Missam celebrare;  
magis infra statim dicit. Et ego quod  
quæ aperte pronuntio, Parochum  
ratione institutionis primariae sui ben-  
eficij non teneri ad offerendum unq-

pro subditis (& postmodum addit:) standum igitur erit, ut notavit Corduba, consuetudini, & statutis, seu Legibus Synodalibus cuiuscumque Diocesis.

34. Magis suaviter scribit Mar-chadus in sua sum. tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 3. doc. 1. num. 3. ver-bis sequentibus: Otros con mas pro-babilidad defienden absolutamente, que el cura en ninguna manera està ob-ligado à applicar las Missas, que dixe-re, por sus Feligreses; porque la obli-gacion de sacrificar, y la de applicar el sacrificio, son diversas. Demás de que non constando esta obligacion por precepto de la Iglesia, o por Constitu-tiones Synodales, no se ha de aduzir, pues en prejuicio de tercero, no se de-be inducir obligacion. Y aun quando hubiese costumbre de aplicar el cura algunas por sus Feligreses, afirman Pos-sevino, y otros, que no obligara à pec-cado mortal, fundados en que los emul-tamentos, de que goza el Cura, no se-te dan porque celebre por el Pueblo, sine por razon del Oficio Pastoral, que con ellos exercita. Usquè huc Mar-chadus, & Trullench super Decalog. tom. 1. lib. 4 cap. 1. dub. 8. num. 11. postquam retulit inter cæteras opi-nionem Possevini citatam à Mar-chado ait: cui sententia standum est, cum aliud consuetudine, vel Episcopi statuto cautum non est.

35. Demùn P. Gabriel de He-nao Societatis Jesu part. 2. de Sacri-ficio. Missa diff. 19. sect. 2. num. 23.

postquam citavit Suarez, Vasquez, Hurtadum, Tamburinum, Lugo, & Bauni dicit, quod sequitur: Ver-um tamen quia nec ex Jure Divino, nec ex ullo alio communi, nec ex con-suetudine nniversali probatur obligatio Parochi ad Sacra specialiter offerenda pro suis ovibus, ideo talem obligationem in Parocco per se negamus cum com-muniori Theologorum iudicio, ut testa-tur Anversa quæst. 11. sect. 17. v. alij tamen: & magis infrà dicit Henao: Nec solùm negamus obligationem ex justitia, sed etiam ex charitate ad sacra applicanda specialiter pro Parochianis, cum satis sit applicatio generalis, & orationes communies, nisi liquanda (ut ait Castro Palao supra num. 7.) gravi aliqua necessitate premantur ad cujus remedium credat Parochus, spe-cialiter Sacrificiorum applicationem necessariam esse, quod raro contingere potest, hac omnia Henao: idem quasi dicit Antoninus Diana part. 2. tract. 14. resol. 26. his ver-bis: sed licet ut diximus teneatur celebrare in his diebus (Dominicis, & Festis) non tamen infertur, quod teneatur pro populo dictas Missas ap-plicare; & ideo potest stipendum ab alijs pro supradictis Missis sine scrupulo accipere, nisi adsit consuetudo in contrarium (& in Paragrapho sequenti statim addit: Et etiam si adsit, putat Possevimus de Officio Cu-rati, cap. 2. num. 4. & Faxinellus de oblig. Sacerd. sect. 3. Conclus. 2. §. 1,

§. 1. num. 4. & alij, banc consuetudinem non obligare sub mortali, quando de hoc onere non constat ex tabulis Ecclesia, vel ex precepto Episcopi, cum in præjudiciis alicujus non sit inducenda obligatio, sine claris probationibus. Et part. 4. tract. 4. resol. 232. idem sic loquitur: supponendum est Parochum ex vi beneficij Parochialis teneri ad offerendam Missam pro populo, quia obligatio Parochi ad id nullo jure scripto, nec consuetudine introducta probari potest, nec ex institutione beneficij Parochialis deducitur, quia ex hoc tantum deducitur obligatio Parochi ad celebrandam Missam, ut populus eam audiat.

Valde prolixum esset hic referre omnia quæ Doctores scripserunt super hoc punctum, sufficiente jam dicta, quæ volui scribere ad literam, prout ea in suis Authoribus reperi, ad hoc, ut quisquis ex hac notitia ferat judicium, quod sibi magis rationabile videbitur; Id quod ego sentio in hac materia, sequentibus conclusionibus proponam.

36. Dico primum; Parochi ex iure Divino tenentur celebrare Sacrificium Missæ pro suis Parochianis: sic Leander ubi supra citatus num. 31. Probatur ex Concilio Tridentino ses. 23. cap. 1. de reform. ubi ait Cum precepto Divino mandatum sit omnibus, quibus cura animarum commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, &c. ex quibus verbis sic arguo: Diversa

res est dicere Missam ad Populum & dicere eam pro Populo: ita ut hoc Capitulum genuina acceptione, & communione opinione hæc verba sic intelligantur, quod dicere eam ad Populum offerrent solū sit celebrare, ut Populus audiat, dicere vero eam ad Populum, sit celebrare, applicare, derrogare eam pro Populo; sed sic est, quod Concilium dicat, Parochos prævaleant Divino teneri celebrare non ad pulum, sed pro Populo: Pro his suis sub. numero sacrificium offerre: ergo Parochi iure obligati, vinotentur celebrare Missam cat ex legi suis Parochianis, id est pro ijsda suetudo eam applicare.

37. Dices cum Henao ubi ipsius Divini num. 18. & 19. illud offerre pro intelligi secundum intentionem se extenderalem, & communem applicationem: quia Missa pro omnibus Divini per delibus offertur, quandoquid Missæ prævaleretur, ut tunc, Concilium non loquitur de applicatione specialis fructus Sacrificii contra: quia hoc non fuit ne farium præcipere Parochis, & si straneum foret de eo fieri mentem à Concilio; siquidem omnes Sacerdotes offerunt Sacrificium generaliter illud applicant secundum portionem fructus communis pro omnibus Fidelibus: ergo hac generali applicatione erantclusi proprij Parochiani: ergo si straneum foret dicere Parochis, pro his offerant sacrificium secundum hunc fructum communem & generalem. Non potest d'pro suis

opus quod Concilium frustra posuerit  
ita ut hoc Capitulum: ergo dicendum  
comm est, ejus intentionem fuisse, ut Pa-  
ntelligrochi specialē sacrificij fructum  
*Popul* offerrent pro ovibus suis.

Popul 38. Dico secundò: Consuetu-  
eam do in contrarium huic obligationi  
pplicar derogare nequit: Probo; quia con-  
derogare nequit: Probo; quia con-  
est, qu suetudo adversus legem Divinam  
chos prævalere, aut ei derogare nequit,  
non ad ut certum est, & patet ex præc. cap.  
his sasub. num. 14. sed sic est, quod hæc  
hi jure obligatio Parochorum ortum du-  
missamp cat ex lege Divina: ergo nulla con-  
ro ius suetudo potest ei derogare: atta-  
men licet consuetudo adversus hu-  
jus Divini præcepti substantiam  
prævalere nequeat, potest tamen  
se extendere ad ejusdem modifica-  
tionem: Porrò substantia hujus  
Divini præcepti est, ut dicantur  
do quid Misæ pro Populo; ejus modifica-  
tio, ut tot, & in talibus diebus di-  
cantur, & ad hanc potest se exten-  
dere consuetudo: ratio est, quia hæc  
modificatio non est de jure Divino, cū  
nullus textus assignet, & dicat quot  
Misæ sint à Parocho pro Populo  
offerendæ: ergo consuetudo ad  
hanc modificationem se extendere  
poterit; ad quod tamen requiritur  
consuetudo legitima, & ut sit talis,  
quatuor conditiones concurrere  
debent, quæ possunt videri in meis  
Confer. part. I tract. 3. Conf. 7. §. 3. n. 17.

39. Dico tertio: Parochum sua  
obligationi satisfacere, applicando  
pro suis Parochianis diebus solem-

nibus: sic Barbosa & Leander locis  
citatius supr. num. 31. Per dies autem  
solemnies intelliguntur præcipua  
Festa Christi Domini nostri, San-  
ctissimæ Virginis Marie, dies Apo-  
stolorum, & dies Omnia Sanctorum:  
Quod infero ex doctrina ali-  
quorum Authorum apud Fagundez  
in precept. Eccles. lib. 3. in I. præcep.  
cap. 15. num. 6. prop̄ medium: qui  
loquentes de diebus, in quibus qui-  
cumquè Sacerdos celebrare tene-  
tur, hos determinant tanquam so-  
lemnies: & ratio est, quia, cum ju-  
re Divino statutum non sit, in qui-  
bus diebus determinatè Parochite  
neantur celebrare pro populo, nec  
Ecclesia generaliter hos determi-  
naverit; assignandum est medium  
non nimium onerosum, per quod  
impleatur, & salvetur præceptum  
Divinum: sed sic est, quod medi-  
um rationabile, prudens, non one-  
rosum, ac pro adimplitione præ-  
cepti Divini sufficiens sit, quod Pa-  
rochi diebus relatis pro Populo ce-  
lebrent: ergo in his tenentur cele-  
brare, sicquè suæ obligationi satis-  
facient, nisi forte occurrat, quod  
in conclusione, & numero sequen-  
ti dicam. Ex hac conclusione infer-  
tur, Parochum non teneri celebra-  
re singulis diebus, nec ter, aut qua-  
ter in hebdomada pro Populo, ut  
vult Sotus supra allegatus num. 40.  
nec singulis Dominicis, aut Festis,  
aut semel in hebdomada, ut putant  
Bonacina, Villalobos, & Bassaeus ci-  
Q tati

tati *num. 31.* & *32.* nequè possunt  
omittere celebrationem pro sem-  
per, ut affirmarunt Possevinus,  
Marchadus, & Henao citati *num.*  
*34.* & *35.* quia hæc opiniones sunt  
extremæ, nostra autem est media,  
& tangit medium, quod rationabi-  
lius videtur.

40. Dico quarto; si in fundatio-  
ne beneficij Curati expressè ordi-  
natur, ut Parochus semel, bis, vel  
ter in hebdomada celebret, vel Pa-  
rochus expressum pactum iniret  
cum Populo, aut ejus capitibus, in  
collatione Parochiæ celebrandi  
tot, & tales Missas pro eodem, in  
his casibus tenebitur eas celebrare:  
ratio primi est, quia Capellanus te-  
netur celebrare pro Fundatore Mis-  
tas in fundatione ab ipso ordinatas;  
ergo pariter Parochus tenebitur  
celebrare eas, quæ sunt expressæ  
in fundatione Parochiæ: Ratio se-  
cundi est, quia in contractibus one-  
rosis sustinenda sunt onera imposi-  
ta, sed sic est, quod posito hoc ex-  
presso pacto inter Populum, & Pa-  
rochum celebrandi tot Missas pro  
Parochianis, contractus sit onero-  
sus, ergo hoc onus sustinendum  
erit ex *equitate*, & *justitia*.

Nec valet dicere, quod fortassis  
redditus Parochi erit tenuis pro  
tanto onere; quia ad hoc responde-  
tur, Parochum hujusmodi oneris  
jam fuisse pro priori consicum: &  
cum acceptaverit principale, etiam  
accessorijs onus suscipere necesse

erat, secùs verò nec Parochiam tifice co-  
ceptare debuisset, ad quam mo-  
in quo p-  
assumptus cum onere sibi nota-  
scopo P-  
cessarium est, ut illud ferat. Paroch-

41. Dico quinto: Si in Syno-  
li esset expressum præceptum, tice  
Parochi celebrent pro Populo chianis  
& talibus diebus, hoc Decretum  
set adimplendum juxta assertum  
Castro Palao, Suarez, & Vas-  
citatibus *supr. num. 32.* & *33.* q-  
hoc præceptum esset jam modifi-  
tio substantiæ Divini Præcepti  
talem suum modum obligans, si  
obligat modificatio præceptum  
Confessionis, & Communionis  
cta ab Ecclesia, quæ, cum sint q-  
ad substantiam de Jure Divinum  
Ecclesia ea modificavit dedi-  
cando, & decernendo quo te-  
pore obligent: Verum est, ad-  
fus hanc modificationem Syno-  
lis posse prævalere consuetudine  
legitimè introductam; ratio e-  
quia consuetudo legitimè intro-  
cta adversus humanas leges præ-  
let, ijsquè derogat, ut dico *lou-  
tato confer. num. 19.* sed sic est, quia  
hæc modificatio Synodalibus esse  
humana: ergo consuetudo legi-  
mè introducta adversus eam pri-  
yaleret, eiquè derogaret.

Hic ultimò notandum me  
buisse copiam Decreti Sacrae Co-  
gregationis Eminentissimorum  
Cardinalium Concilii Tridentini  
emanati octavo anno Pontificatus  
Innocentij XII. & ab eodem Po-

tifice confirmati 24. Aprilis 1699.  
in quo propositioni ipsi factæ ab Episcopo Pratensi, & Pistoensi, utrum Parochi teneantur applicare Missam omnibus festis pro eorum Parochianis; sic respondeat. *An Parochus Missam celebrare teneatur, & Sacrificium applicare pro Parochianis in diebus Dominicis, & Festis, an non. Sacra &c. Juxta alias declarationes censuit teneri, nec propterea eisdem diebus aliari elemosynam recipere posse.*  
Si hæc Declaratio facta pro Episcopatu Pratensi extenditur ad omnes alios Episcopatus, omnis controversia decisa manet, ac proinde dicendum, non tantum diebus solemnibus, verum etiam omnibus Festis teneri Parochos applicare Missam pro Populo.

## C A P U T IV.

### *De Obligatione Parochorum administrandi Sacra menta.*

#### S. I.

### *De Administratione Baptismi sub conditione.*

42. **P** P. R. Dico meam culpam, quod aliquoties sub conditione rebaptizaverim infantes.

C. Quale fundamentum habuit V. D. hoc agendi?

P. P. R. Aliquem infantem expositum rebaptizavi sub conditione, quia dubitavi utrum esset baptizatus vel non.

C. Scivit ne V. D. quinam essent Genitores horum infantium? quia, si hos interrogasset, utrum & à quo esset baptizatus infans, & cognita veritate cum attestatione Ministri-Baptismi cessasset dubium, nec fuerit necessarium eum rebaptizar sub conditione.

**P. P. R.** Nunquam potui habere notitiam Genitorum horum infantium.

C. Non fuit his infantibus aliqua charta apposita, ex qua constaret eorum Baptismus? quia si hæc schedula non fuit, procul dubio sub conditione rebaptizandi erant. Ita Layman tom. 2. lib. 5. tract. 2. cap. 5. sub num. 3. estque communis.

P. Ita P. R. habuerunt pennes schedulam, in qua scriptum erat, eos fuisse baptizatos.

C. Hæc schedula fuit ne authentica ab aliqua Persona publica subscripta, vel solùm simpliciter scripta?

P. P. R. nulla subscriptio authentica fuit, sed solùm simpliciter narrabat, eum infantem fuisse baptizatum.

C. Novit ne V. D. characteres schedulæ? hoc enim posito (secluso aliquo notabili inconvenienti) poterat inquirere Auctorem, ac eo comperto indagare hac via veritatem rei in schedula contentæ.

P. P. R. non potui noscere characterem, quia erat valde confitus, & simulatus.

C. Fuit ne cum infante aliqua Persona, à qua posset haberi veritas facti? habita enim notitia certitudinis Baptismi non posset is administrari sub conditione.

P. P. R. Hominem vidi custodientem infantem, qui ne comparente confessim aufugit.

43. C. Est opinio Marchantij Quintanaduenas, & aliorum, quos sequitur Didacus Frances de Urrutigoitijs *in Pastorali interno*, sèn foro conscientia, part. 2. tract. unic. qu.

4. n. 9. & Leander à Sacramento part. 1. tract. 2. disp. 3. qu. 44. affirmantium, quod quamvis infans expositus habeat schedulam ejus baptismi indicativam, rebaptizandus sit sub conditione, si schedula non sit authentica, nec adsit aliis testis, ex quo constet certitudo Baptismi; quia simplex scriptura non facit fidem, nec ei fides praestanda est.

Contrarium existimo verum cum Vasquez, Suarez, Granada, Diana, & alijs, citatis ab eodem Frances de Urrutigoitijs *ibid. num. 1.* Soto, & Bonacina, quos citat, & sequitur Castro Palauis part. 4. tract. 19. disp. unic. punct. 13. num. 6. Ratio est, quia non licet reiterare sub conditione Baptismum ( nec aliud Sacramentum ) quando non subest dubitatio, aut prudens indicium de ejus perceptionis negatione, ut communiter docetur, & idem Frances affirmit *ibid. quæst. 2. num. 1.* sed sic est, quod de infante inter

Christianos nato ( ut suppono ) ferente schedulâ Baptismi ejus indicativam, non dubitatur prudens de ejusdem Baptismo, ergo rebaptizari nequit sub conditione: Min probatur; quia dubium, quod nostro casu haberi potest, est, qu falsa, & supposititia illa schedula possit, sed sic est, quod de hac bium non sit prudens, sed temerum, siquidem inter Catholicos est fundamentum suspicandi malam adeo gravem, prout est damnatio unius animæ absque ulla causa ergo in nostro casu nequit habere dubium rationabile de collatione Baptismi, sed ad summum scrupulus *ex levibus fundamentis*; proprii scrupulos autem præcisè non reiterandum Sacramentum sub conditione, quia fit injuria eidem Sacramento, ut cum communione Catechismus Romanus, & Compendium de Sacram. Baptis. quæst. 66. art. 1. dub. 1. num. 92.

Ad contraria sententia rationem respondeo, pro foro extenso posse requiri necessariò authenticam, nec sufficienter probare si plicem scripturam, at pro foro interno validè bene probat pro nostri casu.

44. Et si obicias dicendo, quod post Decretum Papæ Innocentij XI in materia Sacramentorum tutius sit eligendum: atqui tutius est rebaptizare sub conditione infante cum schedula inventum, quam non rebap-

Cap.

rebapti  
conditi  
torque  
cessari  
ditione  
conseq  
quod  
verbu  
veram  
habue  
Sacram  
sic est,  
penden  
eligen  
baptiza  
ex eo, q  
tiale ex  
tentia, o  
tere, o45. I  
& ejus  
bus, à q  
valor S  
dum re  
tuto;  
schedu  
lum, &  
chum,  
zatum,  
fundam  
necessar  
sibus re  
firmatu  
tionem  
Sacram  
tius est  
pænitent  
cum sol

NON

rebatizare, ergo necessarium sub conditione rebaptizandus erit: Re-torqueo argumentum: ergo necessarium erit rebaptizare sub conditione omnes baptizatos. Probo consequentiam; quia potest esse, quod Parochus omiserit aliquod verbum essentialis formæ, vel quod veram intentionem Baptizandi non habuerit, aut in alia re, ad valorem Sacramenti requisita defecerit; sed sic est, quod in rebus, à quibus dependet valor Sacramenti tutius sit eligendum: ergo cum tutius sit rebaptizare omnes sub conditione, ex eo, quod Parochus aliquid essentialis ex obliuione, vel ex inadvertentia, aut ex malitia potuerit omittere, omnes erunt rebaptizandi.

45. Respondeo ad argumentum, & ejus instantiam, quod in illis rebus, à quibus dependet essentialiter valor Sacramenti, tutum sit eligendum reliquo minus tuto, vel non tuto; ast cum tutum sit ferentem schedulam sui Baptisini, esse baptizatum, & eum, qui baptizavit Parochum, pariter tutum est esse baptizatum, & de hoc dubitare, est sine fundamento dubitare: ergo nec est necessarium, nec decens in his casibus reiterare baptismum. Confirmatur: tutius est habere intentionem actualem in conficiendis Sacramentis, quam virtualem: tutius est accedere ad Sacramentum Pænitentiae cum contritione quam cum sola attritione; & nihilominus

non damnatur in prima Propositione Innocentij XI. assertum, quod sufficiat attritio ad Sacramentum Pænitentiae, & intentio virtualis ad omnia Sacra menta, quia utraqùè est tuta, ut supra dictum est *1. part. trætl. 10. num. 21. pag. 342.* ergo licet concedatur tutius esse rebaptizare sub conditione infantem cum schedula sui baptismi compertum, si tamen tutum est dicere, quod sit baptizatus, non erit necessarium, nec decens eum rebaptizare. Videlicet *num. 47.*

46. P. P. R. dico meam culpam, quod habeam usum rebaptizandi infantes, qui in nativitate periclitantes baptizati fuere in dominibus ab obstetricibus.

C. Obstetrics sunt ne mulieres prudentes?

P. Ita P. R.

C. Examinavit ne eas, utrum necessaria ad verum Baptismum impleant?

P. Ita P. R. una, & repetitis vicibus.

C. Adinvenit ne eas bene instrutas in hac materia?

P. P. R. valde bene.

C. Sunt ne Personæ suspectæ tanquam Sage?

P. P. R. Non sunt in simili conceptu apud homines.

C. Postquam baptizarunt, interrogat ne eas quomodo nam fecerint?

P. Ita P. R.

C. Advertit ne, quod benè fecerint?

P. Si fecerunt, prout dicunt, benè factum erit; meum tamen dubium est, ne alio modo se gesserint, committendo aliquem errorem ortum ex turbatione, quam casus repentinus, & subitaneus sollet afferre.

C. Noverit V. D. se malè agere iterando baptismum sub conditione; quia, quando Persona baptizans in casu necessitatis est prudens, benè erudita, & de modo baptizandi interrogata reperitur ex ejusdem narratione benè operatam fuisse, nec est suspecta de maleficio; fides est ipsi praestanda, nec Baptismus reiterandus: ita Castro Palauis ubi supra num. 7. Coninch loco citato sub num. 94. cum Suarez, & communii, Bonacina tom. 1. disp. 1. de Sacram. in genere quæst. 2. punct. 1. num. 33. & probatur ratione supra allata num. 43. quia in hoc casu non est fundamentum prudenter, sed tantum scrupulose dubitandi de valore baptismi, adeoque ob tenue fundamentum non est inferenda irreverentia Sacramento.

Et licet Layman tom. 2. lib. 5. tract. 2. cap. 5. sub. num. 3. §. Quod verò non damnet, ut reprehensibile sub conditione rebaptizare in hoc nostro casu, ex eo, quod interdum decepta fuerit à Dæmone obstetrix, & quia sic sanctit Pastorale Romanum Antuerpiæ impressum anno

1607. fol. 20. & 31. Ad primun men dico, etiam Parochum interdum fuisse deceptum à Dæmone in baptizando, nec per hoc rebaptizantur sub conditione, semel ad eodem baptizati. Ad secundum dico cum Castro Palao *suprain Episcopatibus*, in quibus Hæretici ad mixti sunt Catholicis Romanis consultum esse rebaptizare sub conditione ab obstetricibus baptatos; unde cum Antuerpiæ soleam convenire multi hæretici, propterea in ejus Episcopatu est consuetudo rebaptizandi sub conditione in his casibus. Et hac de causa Rituale Romanum impressum Madridi anno 1631. dicit in titulo de forma Baptismi, §. cum Baptismum: *Habtam conditionali forma (id est rebaptizandi) non passim, aut leviter accidet, sed prudenter, & ubi, re diligenter peruestigata, probabilis sed dubitatio, infantem non fuisse baptizatum.*

47. Quod si obyrias argumentum relatum num. 44. nempe tuus in rebus essentialibus Sacramenti esse eligendum, proindeque tius esse rebaptizare sub conditione; idem quod dixi num. 45. respondere adjungendo pro clariori hujus argumenti solutione: Quod tui sequi intelligatur in eodem fieri seu in actuali confectione Sacramentorum; tunc enim nequilibet opinio probabilis, & tutta, relictæ probabiliori, & tuiori, sed

non d  
sequi f  
quand  
fectum  
damna  
stra q  
facto ej  
trice,  
qui n  
(quo

De

48. I

do Sa  
exaudi  
rum C

C. gligiti

P. tem s  
funger

C.

strati  
do de  
noctu  
rochus  
sufficie

quam  
natim,  
naliter  
Sanche  
fine. Le

trad. 7

P. P  
quando

no

non damnatur ab Innocentio XI. sequi minus tutam *in facto esse*: id est, quando Sacramentum est jam consumatum. Ita Lumbier *in 1. propos.* *damn. num. 1981.* ergo cum nostra quæstio sit de Sacramento *in facto esse*, & administrato ab obsterice, non damnatur in hoc casu sequi minus tutum, licet tale esset (quod negatur) non rebaptizare.

## S. II. *De Administratione Sacramenti Penitentiae.*

48. P.P. R. dico meam culpam de negligentia in administrando Sacra menta, & præsertim in exaudiendo meorum Parochianorum Confessiones.

C. Ob quam causam V. D. negligit materiam adeo essentialem?

P. Quia habeo alium Sacerdotem sollicitè pro me hoc munere fungentem.

C. Negligit ne V. D. administrationem Sacramentorum, quando de die, vel de nocte petunt, quia nocturno tempore non tenetur Parochus ea per se administrare, sed sufficit, ut per alium faciat; præterquam quando infirmus petit *nominationem*, tunc enim tenetur personaliter comparere: Ita Joannes Sanchez *in select. disp. 47. num. 5. in fine*. Leander à Sacramento *part. 8. tract. 7. disp. 3. quaest. 34.*

P. P. R. Non solum neglexi, quando me vocabant de nocte, sed

etiam de die, Officium meum uni Vicario committendo.

C. Frequentavit ne V. D. Confessionale, quando Parochiani præcepto Ecclesiæ satisfacere tenebantur?

P. P. R. Tunc ordinariò comparvi.

C. Et in diebus Jubilæi, aut festis excipiebat ne subditorum Confessiones?

P. P. R. etiam in similibus diebus id neglexi.

C. Certum est, & ut tale docet Leander *ibid. quaest. 32.* cum Joanne Sanchez, Barbosa, & est communis, quod Parochus suo muneri non satisfaciat præcisè residendo materialiter in Parochia, sed præterea per se Sacra menta administrare tenetur, ut ait Concilium Tridentinum *ses. 7. cap. 3. his verbis. Inferiora beneficia Ecclesiastica, præsertim curam animarum habentia personis dignis, & habilibus, & quæ in loco residere (attende) ac per se ipsos curam animarum exercere valeant, conferantur.* ex quo constat non satisfacere suo Officio Parochium, totam curam administrandi Sacra menta relinquente Capellano, substituto, aut Vicario: Ita Sà Verb. Residentia. Diana part. 3. tract. 4. resol. 156.

49. Verum quando, & in quibus occasionibus teneatur Parochus administrare per se Sacra menta, non conveniunt Doctores; Navorrus,

varris, Sotus, Suarez, Filiucius, Vasquez, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina *tom. I. diss. 5. de Sacram. quæst. 7. punct. 4. §. 2. num. 23.* censent, quod Parochus teneatur exaudire Confessiones suorum subditorum, quotiescumque rationabiliter eum petunt, nisi forte Parochus tunc temporis seruis detineatur negotijs, ita ut pænitentem audire nequeat: Addit etiam Joannes Sanchez *ubi sup. num. 4.* quod Parochus non solum ad hoc teneatur, sed quod secus faciens non efficiat fructus beneficij cum onere restituendi, & pro sua opinione citat Graffium, Cordubam, Hostiensem, Astensem, Sylvestrum, Covarruvias, Aragonium, & Ludovicum à S. Joanne, quamvis Garzia, & Hugolinus apud Dianam *resol. 156.* citata contrarium teneant quo ad restitutionem fructuum.

Secunda sententia existimat curatum non teneri sub pæna peccati mortalis audire subditorum Confessiones extra casum, quo confitenti tenentur vel jure humano, ut semel in anno, vel jure Divino, ut in verisimili mortis periculo, aut quoties tale remedium eis necessarium esse videtur ad aliquod mortale peccatum vitandum. Ita Medina, Ricardus, Sylvester, Armilla, & Reginaldus apud Dianam *part. 2. tract. 16. resol. 2.* Tertia sententia dicit, quod Parochus teneatur exaudire suos Parochianos in Pa-

schate, in periculo mortis, & quandocumque pænitens vult confite ex Devotione, sub mortali eum exaudire debeat, si aliis Confessoriis non adsit. Ita Possevinus *Officio Curati cap. 5. quæst. 7.* Omnes has opiniones probabiles putat *Dna part. 2. tract. 16. resol. 2. in fin.*

50. Opinio mea est, quod Parochus non solum obligetur exaudire suos subditos, stante præcepto Confessionis; verum etiam quando petunt Confessionem tanquam medium ad vincendam aliquam gravem tentationem, aut difficultatem, vel quando ad peragendum aliquod longum iter præviam confessionem desiderant; aut tempore Jubilæi, & solemnioribus diebus Ita Leander à Sacramento *part. tract. 5. diss. 11. quæst. 120.* quod Parochus tenetur providere spiritualibus necessitatibus suorum subditorum, ac animarum utilitatem consulere, sed sic est, quod temporibus à Deo, & Ecclesia præcepit aut quando ab aliqua gravi temptatione agitantur, vel longum inter aggressi debent, Confessio sit in necessaria, & in Jubilæis, aut festis solemnioribus utilis pro spiritu animarum profectu, ergo in his circumstantijs, & temporibus tendet Parochus suis Parochianis licet non omnibus per se ipsum Pænitentiae Sacramentum administrare: Vnde Leandrum loco *supra cit. quæst. 121.*

Non  
rochus  
nuens a  
tentis e  
cam pe  
primæ f  
49. Sic  
ubi supr  
select. u  
deat te  
ter per  
Licea  
sper siste  
stores)  
pori ded  
agatis. A  
similis, si  
um, qui  
re, non  
nem, ba  
E se Pa  
quando  
me perin  
plerere cup  
tes non  
dolor!  
officio m  
oves tua  
ni earum  
& calun  
de tua de  
exposita  
C  
De C  
erga f  
Cum  
fint tang

Non peccabit tamen graviter Parochus binis, vel ternis vicibus renuens audire confessionem pænitentis ex devotione solummodo eam petentis, etiam adhærendo prima sententia citatae supra num.  
49. Sic Nugnus apud Bonacinam ubi supra. Vide etiam Sanctum in select. ubi supr. num. 10. & non tædeat totam ejus disput. 4. diligenter perlegere.

Liceat modò mihi calamum tantisper sistere & vos (O Venerandi Pastores) ex præcordijs exorare, ne sponori dediit, vestram curam forte non agatis. Attendite, & videte, si est dolor similius, sicut dolor paupercularum oviuum, quæ utinam hominem non habere, non clament. Habeant hominem, habeant insuper, & Pastorem, & se Pastorem habere sentiant; ne quando dicant præ cordis tristitia fame perimus, quia dum animam implere cupimus, facti sumus velut arietes non invenientes pascua. Proh dolor! Ne quæso o Paroche sis in tuo officio minus providus: non agrè feras oves tuas pascere: Vide ne vox sanguinis earum clamet ad Deum de terra, & calum usque perveniat, rationem de tua desidia coram supremo Judice exposculans.

**C A P U T V.**  
*De Obligatione Parochi erga suos Subditos, in periculo Mortis constitutos.*  
Cum in hoc capite plura puncta sint tangenda, ad majorem clarita-

tem, & distinctionem illud in tres partes dividam: in prima agam de Confessione Moribundi, in Secunda de Viatico, & in tertia de extrema Unctione, & modo eumdem ad bonam mortem disponendi.

## P A R S I.

### *De Obligatione Parochi excipiendo Confessiones infirmorum, & quomodo se gerezre debeant.*

51. **P. P. R.** Confiteor me angeli aliquo scrupulo propter absolutionem traditam uni infirmo confiteri non valenti.

**C.** Petijt ne hic infirmus absolutionem? quia si expresse eam petitisset, absolute quoquè dari debuitisset.

**P. P. R.** non potuit eam petere, quia fuit quasi sensibus, & maximè loquela destitutus.

**C.** Ostendit ne signa doloris, & contritionis?

**P. Ita P. R.**

**C.** Erant ne signa certa, aut dubia ejusmodi doloris?

**P.** Non erant signa fatis manifesta, aut certa.

**C.** Quando Moribundus exhibet signa V. G. dum pugno pectus suum pulsat, suspirans oculos in cælum tollit &c. Sed dubitatur an sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis, tunc absolutio sub conditione impertienda est. Ita Joannes Sanchez in select. disp. 44.

num. 35. Diana part. 3. tract. 3. resol. 3. Leander à Sacramento part. 1. tract. 5. disp. 5. quæst. 41. si verò signa doloris sunt certa, in hoc casu absolutio absolutè conferenda est.

52. P. P. R. confiteor etiam, quod absolverim alium absque ullo signo doloris, & confessionis.

C. Si coram V. D. nullum exhibuit signum, fortè coram alia persona hoc edidit, quæ postmodum testimonium ferre potuit de signo contritionis exhibito.

P. P. R. una persona mihi dixit, quod petierit confessionem.

C. Hac persona, quæ V. D. hoc significavit, erat ne fide digna?

P. Ita P. R.

C. Audivit ne ipsamet ab infirmo hujusmodi petitionem, vel ex relatione aliorum eam audientium hoc dixit:

P. P. R. ipsamet dixit, se audiisse eum petentem confessionem.

C. Et hoc dixit ne coram infimo, vel in ejus absentia.

P. P. R. in absentia infirmi.

C. Quando persona aliqua fide digna in præsentia infirmi denuntiat Confessario, cum petijisse Confessionem, aut ostendisse signum contritionis, potest ipsi conferri absolutio: ita docet Diana *supr. resol. 4.* citans D. Thomam, Joannem à Cruce, Vasquez, Suarez, Valentiam, & plures alios; idem pariter ut commune asserit Pater Moya in *suis select. tom. 1. tract. 3.*

disp. 6. quæst. 1. num. 6. Nec opus, ut eadem persona, quæribundi voluntatem testatur, hab infirmo immediate audire sed sufficit, quod id sciverit mette, & ab alijs personis fide affirmantibus infirmum per confessionem ita cum Lugo Lader *ubi supra quæst. 44.*

53. Et hoc etiam est intelligendum, licet persona non coram firmo testimonium ferat, sed ad dat Confessarium, eique dicatus in agone petijt Confessione V. D. dignetur illuc pergere, eu quæ absolvere; quo auditio Confessorius solitudine requisita ad urgens, & grave negotium visiti infirmum, potest eum absolv super testimonium, quod de do re & contritione infirmi altera persona in ejusdem absentia tulit: docet cum Filiucio, Mourze Zan brano, Lugo, Trullench, Leder loco citato *quæst. 45.* & Valen

Henriquez, Bardi, Possevimus, Lalobos, Anversa, Pontius, Distillo, & alij, quos allegat, & sequitur Moya *super quæst. 2. num. 7.* Nec huic doctrinæ obstat Decum Clementis VIII. prohibens solutionem dandam esse abfieri quia in nostro casu licet attestatio de infirmi contritione fuerit facta ab illa persona in ejus absentia; solutio tamen non fuit data infirmi absenti, sed præsenti: Et quam Diana part. 3. tract. 3. resol. 7. su

Cap.  
datus in  
cum lo  
non pos  
modum  
ac nostr  
part. 11  
sequitur.

Veru  
testibus  
confessi  
tione da  
chez loc  
facile est  
ritusum  
quod sit  
propter a  
tandum  
menti,  
impende

54. P.  
me dedi  
ditione a  
tuto, ab  
loris, &  
quodco

C. H  
Christia  
P. P.  
illibata,  
humana

C. D  
runt, no  
tionem,  
ne morit  
tutus nu  
tritionis  
Sacrame  
te super

datus in hoc Decreto afferverit  
cum sola attestatione supradicta  
non posse ægrotum absolvi; post-  
modum tamen contrarium sensit,  
ac nostræ opinioni se conformat.  
part. II. tract. 7. resol. 31. §. ex his  
sequitur.

Verum in his casibus, quando ex  
testibus habetur, infirmum petiisse  
confessionem, absolutio sub condicione  
danda est; ita Joannes San-  
chez loco supra citato.; quia valde  
facile est, quod infirmus jam amise-  
rit usum rationis, & subsit dubium,  
quod sit incapax absolutionis, qua-  
propter ad tutè operandum, & evi-  
tandum periculum nullitatis Sacra-  
menti, absolutio sub conditione  
impendenda est.

54. P. Sic pariter confiteor P. R.  
me dedisse absolutionem sub condi-  
tione alteri infirmo sensibus desti-  
tuto, absq[ue] ullo prævio signo do-  
loris, & contritionis, aut notitia,  
quod confessionem petierit.

C. Hic infirmus duxerat ne  
Christianam vitam?

P. P. R. ipsius vita non fuit adeò  
illibata, in alias enim fragilitates  
humanas lapsus fuerat.

C. Doctores communiter dixe-  
runt, non esse licitum dare absolu-  
tionem, ne quidem sub condicione  
moribundo, qui sensibus desti-  
tutus nullum signum exhibit con-  
tritionis: & ratio est, quia forma  
Sacramenti necessariò debet cade-  
re super materiam; actus pæniten-

tis sunt materia proxima Sacramen-  
ti pænitentiae, ergò super hos debet  
cadere forma Sacramenti. Sed sic  
est, quod in hoc casu non constet  
de actibus pænitentis, nec certis,  
nec dubijs: ergò nec certa, nec du-  
bia, nec absoluta, nec conditiona-  
ta poterit dari forma absolutionis.  
Adhæc Sacramentum est signum  
sensibile: ergò ejus forma, & ma-  
teria debent esse sensibiles: in hoc  
casu non datur materia proxima  
sensibilis, certa, aut dubia: ergò  
nequè poterit dari forma sensibilis,  
absoluta, aut conditionata.

55. Hæc sententia à principio in-  
trinseco, & in rigore scholastico ha-  
bet fundamenta adeò efficacia, &  
solida, ut difficulter possint adæ-  
quate solvi, & speculativè est veri-  
firma; taliter ut R. P. M. Thyrus  
disp. 36. sect. 4. citatus à P. Emanue-  
le à Conceptione tract. de Pænitentia  
disp. 6. quest. 4. fol. 324. num. 764.  
censeat nullam probabilitatem in-  
trinsecam habere sententiam con-  
trariam: idemque P. Emanuel ibi  
num. 763. ait, modicam esse ejus  
probabilitatem, licet modicissima sit:  
verùm aut P. Emanuel loquitur de  
probabilitate extrinseca, vel intrin-  
seca? si de extrinseca, quomodo  
dicit esse adeò modicam, cum num.  
364. eam ultra triginta Doctores à  
Moya relatos docere affirmet? tri-  
ginta autem Authores, & inter hos  
plures graves, & classici non faci-  
unt probabilitatem extrinsecam te-

nuiſimam, ſed verè ſolidam, & fir-  
mam: Si loquitur de probabilitate  
intrinſeca, quōmodo ait, *ſaltem pro-  
pter Authores docentes in tali caſu po-  
ſſe abſolutionem exhiberi, videtur eam  
ſententiam aliquam probabilitatem  
habere, quæ licet modicissima ſit &c.*  
ſiquidem probabilitas intrinſeca  
non auctoritate præcise, ſed ratio-  
ne nititur.

56. Dico primò poſſe confeſſari in  
hoc caſu abſolutionem ſub condi-  
tione moribundo, qui Christianè  
vixit, licet nullum ſignum extrin-  
ſecum contritionis, aut pænitentia  
ediderit: ita ſentijunt Molfesius,  
Homobonus, P. Lopus Capuci-  
nus, & alij citati à Diana part. 3.  
tract. 3. resol. 8. Bartholomæus à  
S. Fausto ab eodem citatus. part. 4.  
tract. 4. resol. 92. Marchantius, Le-  
zana, & alij, apud eumdem Dia-  
nam, part. 9. tract. 6. resol. 20. &  
part. 11. tract. 7. resol. 31. §. ſed si  
aliquis: idem ſentijunt Victorianus,  
Pellizarius, Delgadillus, Acatius,  
Caramuel, & alij plures apud Mo-  
yam tom. 1. tract. 3. disp. 6. quæſt.  
4. §. 1. num. 9. & seq. & num. 5.  
qui ait modò hanc opinionem eſſe  
quasi cōmūnem, eamque proba-  
bilem afferit num. 27. & Leander de  
Sacramento addit part. 1. tract. 5.  
disp. 5. quæſt. 47. quem ſequitur  
P. Emanuel à Conceptione ſupra  
num. 764. quod non ſolum poſſit,  
verū etiā quod debeat in hoc  
caſu ſub conditione abſolvi; idem in

ſimiſi caſu ſentit Joannes Sanch  
*in ſuis ſelect. disp. 44. num. 32.* re-  
preſentat. Re  
qui ſcel-  
monium  
terpreta-  
ergo illi  
terit da-  
niſi in illi-  
tat. Re  
vixit pe-  
nium C  
terpreta-  
habet t  
tholici C  
um, In  
ſic eft, o  
tam ſce-  
rea deſi-  
prædicta-  
dendo  
damna-  
tor in pri-  
cum fer-  
tem pete-  
felleſiōne  
iſi ſuſi  
fragilita-  
59. 1  
poſſe, ſe-  
tione ab-  
it pecca-  
noxiuſ,  
deſtituti-  
oſtendat  
quia hic  
rituali co-  
lutionem  
ſed deni-  
neceſſi-

57. Dico ſecundò, licet hor-  
ſceleratē vixerit, poſteſi dari  
conditione abſolutio in pericu  
mortis, quamvis nullum ſignum  
externum doloris exhibuerit:  
Joannes Pontius apud Diana  
part. 11. tract. 7. resol. 31. Marchan-  
tius, & F. Martinus à S. Joseph ap  
Moyam ubi ſupr. num. 17. 18. & 19.  
Et ratio eft, quia ideò poſteſi dari  
abſolutio moribundo, qui Christianè  
vixit, quia piè creditur, eum  
illo transiſtu petere abſolutionem  
ſed ſic eft, quod etiam peccatore  
& mali Christiani in hora mortis  
leant petere Confessionem, &  
credendum eft, in supremo illo  
tæ discriminē virtualiter eam pete-  
re: ergo ſi poſteſi dari abſolutio in  
conditione illi, qui Christianè vixit  
idem poterit fieri cum peccatore.

58. Si dicas, magnam eſſe diſ-  
riatatem, quia vita regulata illius  
qui Christianè vixit, eft implicita  
& interpretativa petitio Confefſi-

nis in articulo mortis: illi autem, qui sceleratè vixit, deest hoc testimonium, quod sit implicita, & interpretativa petitio Confessionis: ergo illi, qui sceleratè vixit, non poterit dari absolutio sub conditione, nisi in illo periculo expressè eam petat. Respondeo quod licet ille, qui vixit peccator, non habeat testimonium Christianæ vitæ, quod sit interpretativa petitio Confessionis; habet tamen testimonium veri Catholicus credentis Deum esse, Judicium, Infernum, & Paradisum: sed sic est, quod peccator, quamvis vitam sceleratam gerat, non propterea desinat esse Catholicus, aut prædicta credere, ea autem credendo præsumendum est, nolle damnari, sed salvari: ergo peccator in professione veri Catholicus secum fert interpretativam voluntatem petendi in articulo mortis confessionem: ergo absolutio poterit ipsi sub conditione dari, quamvis ex fragilitate in peccata lapsus fuerit.

59. Ex quo infero non solum posse, sed etiam debere sub conditione absolvi moribundum, qui fuit peccator, & peccatis in vita obnoxius, quamvis in morte sensibus destitutus, signum pænitentiae non ostendat, juxta dicta num. 6. *infine*; quia hic in extrema necessitate spirituali constitutus, potest per absolutionem conditionatam adiuvari; sed denique proximus in extrema necessitate constitutus, debet, si

possibile est, adiuvari: ergo peccator, qui in articulo mortis pænitentiae signa nequit dare, sub conditione absolvendus est.

60. Dices secundò, damnatum esse ab Innocentio Papa XI. sequi opiniones modicæ, vel tenuis probabilitatis: sed sic est, quod opinio secundum quam potest absolvi peccator, nullum signum contritionis ostendens (sive ut Christianus, sive ut peccator vixerit) modicam habeat probabilitatem: ergo erit damnata, & per consequens minime sequenda: Respondeo dato, quod hæc opiniones tenuem habent probabilitatem, non sunt tamen damnatae, & consequenter poterunt eligi; quia damnatio non loquitur de casibus extremæ necessitatis, ut est noster casus, ita dico 1. part. meæ *Praxis tract. 10. num. 28. in explicatione 3. Propos. damnatae*.

61. Dices tertio, in materia, & forma Sacramentorum; tutius esse eligendum, & oppositum damnari ab Innoc. XI. in 1. Propos. Sed tunc est opinio, quod in hoc casu nequeat absolvi sub conditione: ergo &c. Respondeo, nequæ hanc condemnationem se extendere ad casus extremæ necessitatis, ut patet ex ejusdem explicatione loc. cit. num. 9. quemadmodum in casu necessitatis potest deficiente aqua naturali baptizari cum Lixivio infans moribundus, non obstante decreto Innoc. Papæ XI.

62. P. P. R. confiteor, quod fuerim vocatus festinanter ad excipiendam confessionem unius viri Lethali vulnere affecti, & licet hoc confessim vellem peragere, cum in manifesto mortis periculo esset constitutus, Chirurgus tamen mihi dixit, eum necessario esse prius curandum aliquoquin improvisa morte periturum.

C. Asseveravit ne chirurgus, quod præmissa infirmi cura, hic esset supervicturus, ut postmodum confiteri posset?

P. Ita P. R.

C. In hoc casu, in quo instat cura infirmi, & instat pariter præceptum confessionis, valde mihi placet opinio Diana part. 5. tract. 3. resol. 56. afferentis posse dimidiari confessionem, & post curam integrari. Ego verò inquit Diana in hoc casu unum saltem peccatum secrete audirem, & statim illum absolverem, ut medici postea vulnerato mederentur, & postquam medicamenta applicata fuissent, integrum confessionem audirem. Si verò Medici, & Chirurgi nolent à medicamentis desistere, & interim periculum est, ut vulneratus moriatur, sufficit, addit Sanchez apud eundem Dianam ibi, ut alta voce dicat se esse peccatorem, & tunc Confessarius potest eum absolvere, cum constrictus neutiquam sit coram alijs sua peccata in specie, et si levia manifestare: quæ Doctri-

na, quamvis alijs esset parum probabilis, poterit tamen securè practicari ob urgentiam, & arctitudinem præsentis casus.

63. P. P. R. quandocunque de beo exaudire aliquem moribundum, magnis coarctor angustijs, perplexitatibus.

C. Undenam oriuntur ejusmodi scrupuli?

P. P. R. Ex doctrina Suarez juxta quam in articulo mortis debet elici actus perfectæ contritionis, & cum hæc sit difficilior attritione, summopere dubito, utrum infirmus habeat perfectam contritionem, aut attritionem.

C. V. D. Non habet, unde contristetur propter hoc motivum, quia licet Suarez id affirmat in part. tom. 4. disp. 15. sect. 4. num. 1 & alij quoquè eum sequantur, et tamen probabile contrarium, nonne quod non sit necessaria contritio ad confessionem editam in articulo mortis: ita docent Coninch Beccanus, Layman, & alij, quos citat, & sequitur Cardinalis de Lugo de poenit. disp. 7. sect. 13. num. 261 & 262. Et ratio est, quia præcepta quæ Deus hominibus imposuit, non sunt dura, & intolerabilia, sed suave, & dulce iugum: *Jugum meum suave est. Matth. 11.* Sed sic est, quod durum, & asperum sit obligare pro confessione in articulo mortis ad actum contritionis, qui adeò difficultis est: ergo dicendum non ade-

re att  
per co  
tur;   
fore c  
confit  
nis,   
summ  
nente  
ad ex  
tur a  
detan  
64.  
fentio  
dicit,  
tio ex  
dicens  
mortis  
qua ir  
tutor  
C.  
Thom  
esp. I.  
cuit a  
num. 8  
na p.  
cundu  
tamre  
operat  
si in vi  
probab  
do nor  
citum  
tis: pe  
D. scri  
sancta  
dis, ab

felalem obligationem, sed suffice-re attritionem supernaturalem, ut per confessionem anima justifice-tur; quamvis non negem salutare fore consilium, excitare infirmum, confitentem, ad actum contritio-nis, eidem suaviter proponendo sumمام DEI bonitatem, ac emi-nentes ejus perfectiones, ad hoc, ut ad earum considerationem incite-tur anima ad perfectum dolorem de tam amabilis objecti offensa.

64. P. P.R. Benènosco, & con-sentio esse probabile, quod V.P. dicit, ast novam difficultatem sen-tio ex doctrina Thomæ Sanchez dicentis non posse eligi in articulo mortis<sup>1</sup> opinionem probabilem, quæ in vita potuit eligi, sed quod tuitor sit eligenda.

C. Verum est, hoc docuisse Thomam Sanchez in sum. lib. 2. cap. 1. num. 6. sed contrarium do-cuit aliud Sanchez in select. disp. 19. sum. 8. & cum Francisco Lugo Dia-na p. 8. tract. 1. resol. 95. §. Ad se-cundum; quia opinio probabilis tu-tam reddit operationem, & cum ea operans liber est à peccato: ergo si in vita licet practicare opinionem probabilem, quia cum ipsa operan-do non peccatur, ita pariter erit li-citum eandem opinionem proba-bilem practicare in articulo mor-tis: per quod cessare potest in V. D. scrupulus, & anxietas, & cum sancta libertate assistere moribun-dis, absquæ obligatione eos mole-

stè incitandi, quando confitentur, ad actum contritionis.

65. P. Dicat mihi V. P. post-quam infirmus fuit cum attritione confessus, nonne obligabitur ad eliciendum actum contritionis ex præcepto charitatis obligante in articulo mortis?

C. Non nego esse opinionem valde probabilem, & tutiorem, quod in articulo mortis vigeat obli-gatio ex præcepto Divino charita-tis eliciendi actum contritionis, vel amoris DEI: ita docent Valentia, Suarez, & Coninch apud Palaum tom. 1. tract. 6. disp. 1. punct. 4. num. 9. Sanchez tamen, & Azorius quos ibid sequitur Palaus, docent etiam in hoc casu non vigeare talem obli-gationem, quando infirmus non gravatur culpa mortali, atqui cum hic bene confessus fuerit cum attritione, anima ejus absquæ remorsu culpa mortalis remanet (suppono nullum postmodum peccatum ob-litum ei occurtere, nec post con-fessionem aliud novum comisisse) ergo cum confessus fuerit cum attritione non indiget novo actu contritionis.

Verum ab hoc etiam præscin-dendo, sic argumentor, aut Penitens seit in articulo mortis vigeare obligationem eliciendi actum con-tritionis, aut hoc ignorat? si incul-pabiliter ignorat, ut ordinariè con-tingit in illis, qui Theologie morali non vacarunt; cur Confessa-rius

rius debet excitare in eo scrupulum, & afflito in illo doloroso transitu novam afflictionem addere metuendi, utrum habeat vel ne verum actum contritionis? Si infirmus scit hanc obligationem, conabitur eam adimplere, ut tradit Diana *ubi supra §. sed. adhuc.* Consultum tamen erit, ut Confessarius suaviter hortetur infirmum ad eliciendos actus Fidei, Spei, Charitatis, & Contritionis: v. g. dicendo credit ne V. D; sperat, & amat DEUM super omnia propter suam incomparabilem bonitatem, &c. Quando tamen moribundus non posset confiteri, tunc pro certo tenet eum obligari *saltē per accidens* ad eliciendum actum perfectae contritionis, & amoris DEI, ut dixi 1. Part. Praxis tract. 10. num. 33. & 2. Part. Confer. tract. 7. num. 125.

66. P. P. R. confiteor me absoluisse à casu reservato infirmum, qui postmodum in illa infirmitate occubuit, habuique scrupulum; an quando eum absolvī, fuerit vel ne in articulo mortis.

C. Qualem nam infirmitatem habuit hæc persona?

P. Vehementem costarum dolorem.

C. Non tantum quando infirmus est in articulo, sed etiam quando est in periculo mortis, potest absolvī à casibus reservatis, ita cum Zambrano, & alijs Thomas Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 13. num.

I. & N. P. Caspensis tom. tract. 24. de penit. diff. 5. sed. num. 25. hæc autem est differentia secundum hos Authores, interticulum, & periculum mortis quod articulus mortis dicatur illud in quo mors est propinqua, & raliter est certa, & inevitabilis quamvis physicè possit evitari: periculum mortis est, quando subdubium probabile, quod infirmus moriturus, & frequenter in illa firmitate solent homines mori, in dolore costarum, morbo contingoso, deliquijs &c. Vide Sancium & Caspensem *citatis locis*; Pro regula autem in hoc generali extremo, quod quandocunque Medicus præcipit infirmo, ut Viaticum mat, reputetur pro periculo mortis; quia modernis temporibus Medici non suadent, ut recipiant viaticum, nisi in morali periculo mortis.

67. Enarret mihi casum, a quo V. D. absolvit, an habuerit annum censuram?

P. Ita P. R. habuit annexam communicationem ex eo, quod manus violentas occulte in Ecclesiasticum injecerit.

C. Non repræsentavit infirmus necessariam esse satisfactionem per injuria huic Ecclesiastico illata?

P. Ita P. R.

C. Petijt ne cautionem pro his conditione adimplenda?

P. P.

Cap. P. P. lit ad ea dito acq. C. E. delis, à speranda P. Ita tur mihi C. H. Cruciat P. Ita C. O. Confessio bent juri censuris ticulo, v tant tam chez ubi nam, qui fus ad fu est casus chez; q Episcopo pro pte debeat S. jusmodi inquiunt tem in h præsump non det Superior recursus codem o 3. part. te 4. quod p dum in E cussioner de referre

*tom.  
sæt.  
ferent  
ntera  
mori  
tur ill  
, & m  
itabili  
ari: p  
o sube  
irmis  
illai  
ori, v  
o cont  
ancion  
Prote  
li exil  
Medio  
icum  
lo mo  
porif  
cipiat  
periul  
n, aq  
it am  
xam  
, quod  
in Ecc  
infir  
nem  
lata?  
pro b  
P. P.*

# Cap. V. Pars I. de absolutione in periculo Mortis. 137

P. P. R. ipsem et sponte se obtulit ad eam adimplendam, quo auditio acquieciuit.

C. Erat ne infirmus persona fidelis, a qua promissi executio esset speranda?

P. Ita P. R. & in tali casu videbatur mihi praestandam esse ei fidem.

C. Habuit ne infirmus Bullam Cruciatæ?

P. Ita P. R.

C. Omnes Sacerdotes licet Confessionibus non expositi habent jurisdictionem absolvendi a censuris, & casibus reservatis in articulo, vel periculo mortis. Limitant tamen Suarez, & alij apud Sanchez ubi *supr. num. 9.* hanc doctrinam, quando non est facilis recursus ad superiorem, cui reservatus est casus: Quapropter dicit Sanchez; quod si casus sit reservatus Episcopo, & facilis sit ad eum aditus pro petenda facultate absolvendi, debat Sacerdos eum adire pro hujusmodi facultate impetranda, quia inquiunt, posse quemlibet Sacerdotem in hoc casu absolvere, est ex presumptione, quod infirmitas non det campum eam obtinendi a Superiori: ergo si est facilis ad hunc recursus, debet fieri, & facultas ab eodem obtineri; Et addit Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 30. sed. 3. num. 4.* quod præsertim hoc sit observandum in Excommunicatione ob percussionem clerici contracta, & Pænitentia reservata; quod si ad hunc non

pateat recursus, sed bene ad Episcopum, hic debeat adiri, ab eoque peti facultas absolvendi ab hac censura in articulo mortis.

Ego vero puto valde probabile contrarium cum Hurtado de Mendoza, quem citat, & sequitur Diana *part. 5. tract. 3. resol. 65.* nempe quod licet facilis sit recursus ad Prælatum, cui reservatus est casus, aut censura, non esse necessarium recursum ad ipsum pro facultate absolvendi, ratio est, quia ægrotus non potest personaliter adire superiorem ad petendam illam facultatem, quando vero per se ipsum immediatè non potest, censetur impeditus. *cap. quamvis de sent. excom.* nec tenetur mediata per Confessarium hoc facere; aut superiorem accersere, quia aut non veniet, aut magna nota erit, cum qua ad hoc non obligatur ita Sanchez *supr. num. 14.*

68. In casu autem V. D. non est hæc difficultas, quia cum habuerit infirmus Bullam Cruciatæ, vi hujus poterat V. D. eum absolvere ab excommunicatione, quam incurrit propter manus violenter injectas in Ecclesiasticum: *ut dico in mea Prax. part. 1. tract. 5. cap. 6. num.*

48. Et quamvis Doctores communiter dicant, ad hoc requiri, ut Pænitentia det cautionem juratam, aut pignoratitiam; dixi tamen cum Layman *loc. cit. Prax. num. 49.* & modò pariter dico, sufficere veram

# 138 Tractatus XIII. de Officio Parochorum.

promissionem Pænitentis de satisfactione exhibenda , supposito , quod talis persona fidelis sit , & sperari possit promissionem ab ea fore adimplendam.

69. Præterea licet censura esset ex reservatis Summo Pontifici in Bulla Cænæ , poterat V. D. vi Bullæ Cruciatæ eum absolvere absquè onere se præsentandi post adeptam salutem. Si infirmus non haberet Bullam , teneretur adepta salute se præsentare Superiori , quando causus reservatus habet annexam censuram , ut dixi in Appendice 1. part. *Praxis num. 4.* & notat Caspensis tom. 2. tract. 25. de cens. diff. 2. sect. 12. num. 145. hanc præsentationem Superiori , cui casus fuit reservatus , postmodum posse fieri per Procuratorem , vel per litteras , quod tamen limitat Suarez in censura , quæ incurritur ob percussio- nem Clerici ; quare si infirmus absolvatur absquè privilegio Bullæ , obligabitur immediatè per se ipsum recuperata salute ad Superiorem recurrere.

70. P. P. R. modo mihi incidit aliquis scrupulus , videlicet , quod antequam essem Parochus , & approbatus pro administratione Sacramenti Pænitentiæ , exceperim confessionem , & absolverim personam in periculo mortis constitutam.

C. Dabatur ne alias Confessarii us approbatus , qui eam exaudire valeret ?

P. Ita P. R.

C. Confessarius iste advenit postquam V. D. jam incepit exaudire infirmum , vel antea?

P. Quando advenit , jam in peram exaudire.

C. Est opinio gravium Autrum , quod simplex Sacerdos pro exaudire infirmum in periculo constitutum , etiam præsente Parochi vel alio Confessario adhoc approbat. Ita Navarrus , Sa. Ledea Rodriguez , Vega , & Henrique relati à Sanchez in Decalog. *ibid.* cap. 13. num. 6. Barbosa , Villbos , Coriolanus , & alij , quos totos sequitur Diana part. 1. tract. resol. 5. hac ratione fulti , quod Concilium sess. 14. cap. 7. indicet , & absolute dicat , omnes cerdotes eâ potestate gaudere articulo , videtur omnibus parem jurisdictionem pro ecclesio concedere : Atque ideo Sacerdotes , quoslibet pænitentesibus peccatis , & censuris absolvantur , cum autem Concilium solute , & absquè limitatione locutum , sive sit præsens , sive non , Sacerdos approbatus , non estricatur nos id limitemus , & restri- mus.

Quia ubi lex non distinguuntur , nec nos distinguere debemus ; L. pretio ff. de public. in rem act. & consilium aliud volvisset , expressisset : re L. unic. §. sin autem &c. & denique : Lex generaliter loquens gen- liter est intelligenda L. pretio ut sup-

Cap. ex quibus  
lem putari  
71. Co-  
quam ten-  
Santarellu-  
Vasquez  
ibid. Sylv  
alij plures  
Sanchez si-  
babilioren-  
struis Lea-  
1. tract. dif-  
& consuet  
simplex Sa-  
alterius ap-  
Conciliū,  
viinhoc ca-  
consuetud-  
cum antic  
quod simp-  
fentia alter  
hoc ei non  
bato præse-  
telligitur ,  
dos jam in-  
nem infirmi-  
tus advenia-  
test contin-  
re in utraque  
ibid. que-  
infirmitus m-  
alicujus gr-  
nem , vel o-  
set simplex  
denter infir-  
mierat , der-  
alter Sacer-  
notat etian  
ex q

ex quibus principijs valde probabilem putant hanc sententiam.

71. Contraria tamen est tutor, quam tenent Bonacina, Coninch, Santarellus, Reginaldus, Avila, Vasquez, & alij allegati à Diana *ibid.* Sylvester, Armilla, Sotus, & alij plures, quos citat, & sequitur Sanchez *supra num. 7.* eamque probabiliorem, quam contrariam adstruit Leander à Sacramento, *tom. 1. tract. disp. 11. quaest. 18.* quia usus, & consuetudo Ecclesiae fuit, quod simplex Sacerdos, nisi in absentia alterius approbati absolveret; & Conciliū, inquit Sanchez, nihil novi in hoc casu sancivit, sed veterem consuetudinem approbavit: ergo cum antiqua consuetudo fuerit, quod simplex Sacerdos nisi in absentia alterius absolveret, sequitur hoc ei non competere altero approbato præsente: hoc tamen non intelligitur, quando simplex Sacerdos jam incepit exaudire confessio-  
nem infirmi, antequam approba-  
tus adveniat; in hoc enim casu po-  
test continuare, eamque concludere  
re in utraque opinione, ita Leander  
*ibid. quaest. 19.*

addendo, quod si infirmus male confessus fuisset ob alicujus gravis peccati occultatio-  
nem, vel ob similem causam, pos-  
set simplex Sacerdos, qui antece-  
denter infirmi confessionem exau-  
dierat, denuò eum exaudire, licet alter Sacerdos approbatus adesset:  
notat etiam Sanchez *num. 8.* quod

si Sacerdos approbatus non posset, aut nolle exaudire infirmum, abs-  
que ulla difficultate simplex Sacer-  
dos possit hoc facere; concludit  
què dicendo, in hoc casu non esse  
scrupulosè procedendum, utrum  
tempestivè vel non Sacerdos ap-  
probatus sit venturus, ne ex hac  
mora contingat infirmum impro-  
viso eventu captum decedere abs-  
que confessione, ut frequenter ac-  
cidit.

Nec his doctrinis contrariatur  
damnatio Innocentij XI. *in 1. propoſ.* vi cuius tutius est eligendum  
in materia Sacramentorum; quia  
hæc reprobatio non loquitur de  
potestate Jurisdictionis, de qua hic  
est sermo: circa potestatem autem  
jurisdictionis possumus sequi opini-  
onem probabilem, relictâ proba-  
biliori, & tutiori; ut inquiunt ex-  
positores dictæ Propositionis, & pa-  
tet *ex 1. part. meæ Praxis tract. 10.*  
*num. 19.*

72. P. P. R. confiteor, quod  
absolverim à casu reservato, & cen-  
fura mulierem prægnantem, ac si  
fuisset in periculo mortis.

C. Erat ne prima vice hæc mu-  
lier in puerperio?

P. Non P. R.

C. Difficulter ne, & cum peri-  
culo vitæ solita erat parere?

P. Ita P. R.

Absolutè loquendo instans par-  
tus non reputatur pro periculo  
mortis, nisi prima vice, aut fæmi-

na ordinariè magnam difficultatem experientur in pariendo: Ita Sanchez ubi supra num. 1. & 4. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 13. §. His adde, & alij; & ratio est, quia periculum mortis illud dicitur, in quo est dubium ejusdem probabile, & ordinariè solet accidere; sed sic est, quod dubium sit probabile, & frequenter contingat, fæminas primò parientes, vel eas, quæ difficultem expertæ sunt partum moi; hoc verò non ordinariè in omni partu accedit: ergò non omnes partus judicantur periculum mortis, sed solum primi, vel quando magna difficultas habetur ordinariè in pariendo.

## P A R S II. *De Modo quo Parochus administrare debet Viaticum.*

**M**Ei muneris non est hic agere de cæremonijs à Parocco observandis in administratione Viatici; suppono enim has Parochis esse benè notas, & melius practicari, prout docet Rituale Romanum: solum ergò loquar de casibus conscientiæ ad hanc materiam pertinentibus: Et pariter suppono, Viaticum dandum esse in periculo mortis, vel quando Medicus id præcipit.

73. P. P. R. me accuso, quod delato uni infirmo viatico, & eidem suggerendo, prout moris est, utrum de aliquo peccato se accusare vel-

let, affirmativè respondit; ejus votis aannens, se accusavit de peccato, quod aliquoties in Confessione obticerat, ego autem postquam turbationem, & dubium crevi eum absolvere inaudita in grè ejus confessione.

C. Interrogavit ne eum, quanto tempore obticerit illud peccatum?

P. Ita P. R. & respondit tripla annis.

C. Si raro obticuisset, & in modicum tempus Confessione absque nota præsentium perage potuisset, exaudiendus erat, at tanto tempore occultaverit peccatum, longum pariter tempus a confessarium fuit ad perficiendam Confessionem, & præteritas recidandas: adeoque V. D. bene operata est eum absolvendo audi uno, vel altero peccato, ceteris necrè revelatis cum propositioria confitendi in redditu V. D. pro deposito Sanctissimo Sacramentum in Ecclesia debuit redire ad casum omnia audienda: ita docent Zibranus, & Granados apud Diapart. 5. tract. 3. resol. 75. & ratio quia præceptum naturale commandi famam præfertur Divino integritate Confessionis; sed si quod si V. D. se detinuissest propter grè exaudienda Confessione illi infirmi diù duratura, hoc in eisdem infamiam apud circumstantes redundasset: ergò non tenebam

infirmitatem ma-  
tuit eam  
audita,  
integrati-  
verti.  
Idem  
dos ex-  
tem al-  
tum,  
Confes-  
rochus  
mento  
diare co-  
vere; &  
denuo e-  
nem in-  
evitand-  
tia proc-  
infirmit-  
hoc, u-  
ei mani-  
tempus  
cum Vi-  
confestet  
fessione

74. I  
vocatus  
mum,  
ita male-  
fuis obs-  
lutionis  
& hoc i-  
munionis  
si admiri-

C. N  
ponere  
perfring-

infirmus pro tunc facere confessio-  
nem materialiter integrum, sed po-  
tuit eam dimidiare; & V. D. hac  
audita, & administrato Viatico ad  
integrandam Confessionem re-  
verti.

Idem dicendum, quando Sacer-  
dos exaudiens ægrotum revelan-  
tem aliquod peccatum occultum,  
absque modo terminandi  
Confessionem advertit, quòd Pa-  
rochus jam adveniat cum Sacra-  
mento; tunc pariter potest dimi-  
diare confessionem, & eum absolu-  
vere; & percepta SS. Eucharistia  
denuò eum exaudire, ut confessio-  
nem inceptam persolvat: Et ad  
evitanda adeò gravia inconuenien-  
tia procurandum est, ut ducatur ad  
infirnum Confessarius ignotus, ad  
hoc, ut liberè conscientiam suam  
et manifestet, & sufficiens ad hoc  
tempus habeatur; Parochus autem  
cum Viatico non compareat, nisi ei  
conset, quod infirmus suam Con-  
fessionem perfecerit.

74. P. P. R. me accuso, quod  
vocatus ad exaudiendum infir-  
num, à primordio Confessionis,  
ita male dispositum, ac in peccatis  
suis obstinatum neverim, ut abso-  
lutionis capacem non invenerim;  
& hoc non obstante publicè com-  
munionem petij, quam tamen ip-  
si administrare nolui.

C. Non procuravit V. D. pro-  
ponere motiva ad ejus duritiem  
persingendam, modò repræsen-

tando ei suaviter summam Dei bo-  
nitatem, modò infinitam ejus mi-  
sericordiam, & gloriae excellentiam,  
modò ei obijciendo terrorem  
inferni, æternitatem pénarum,  
ejusquè flamarum horribilitatem?

P. P. R. Quantum scivi, & po-  
tui, totum in ejus auxilium im-  
pendi.

C. Dicat mihi fuit ne hic notori-  
us peccator?

P. P. R. Pessimè vixerat.

C. Peccatori notorio publicè  
petenti Communionem, potest, &  
debet hæc denegari; sed peccatori  
occulto, publicè eam petenti non  
est deneganda, præsertim si ejus  
peccatum ex Confessione innote-  
scit; est communis Doctrina Do-  
ctorum, ut testatur Fagundez su-  
per præcepta Ecclesiæ lib. 3. in 3.  
præcept. cap. 10. num. 16. Castro  
Palau part. 4. tract. 24. disp. unic.  
punct. 20. num. 13. & expresse id  
docet Doctor Angelicus part. 3.  
quæst. 8. art. 6. in corp. ubi ait: Ma-  
nifestis ergò peccatoribus non debet eti-  
am petentibus Sacra Communio dari.  
Si vero non sunt manifesti peccatores;  
sed occulti, non potest eis petentibus Sa-  
cra Communio denegari.

75. Nunc mihi dicat, in quo ge-  
nere culparum notatus erat homo  
iste?

P. P. R. ludis, juramentis, ac  
inhonestatibus deditus erat.

C. Quando erat infirmus, habuit ne in domo occasionem peccandi, idest aliquam personam, cum qua in concubinatu vixisse diceretur?

P. Non P. R.

C. Pro notoriò, seù publico Peccatore intelligendus est ille (loquendo de casu denegandi Communionem) qui habet peccata publica, quæ sunt obex ad Sacram Communionem V. G. publicus Usurarius petens Communionem absque restitutione malè acquisiti, Concubinarius nolens e domo ejcere amicam; his & similibus habentibus peccata publica deneganda est S. Communionis: illi verò, qui habet notam peccatoris, sed non habet notam peccati publici, quod sit obex ad dignè recipiendam Eucharistiam, danda est, quando eam petit; quapropter V. D. malè egit denegando S. Communionem memorato; siquidem licet fuerit publicus peccator, non habuit tamen peccatum publicum impediens Communionem; ejus verò obstinatio, & indignitas fuit occulta.

P. P. R. Cum noverim Communionem ipsi furaram fore in venenum, propterea eam ipsi denegavi.

C. Quod V. D. ipsi præbebat non erat venenum, sed medicina, quamvis ex sua mala dispositione eam in profectum animæ non sumeret, & cum hæc infirmi imbecil-

itas fuerit occulta, non benè V. D. egit denegando ei Communionem quam publicè petebat, siquidem magna infamia in eum resultabat.

76. P. P. R. me accuso parita cum scrupulo administrasse Communionem uni stolido, seù fatu in periculo mortis.

C. Erat ne phreneticus, à quo posset timeri irreverentiam quam esse inferendam Sacramentum.

P. P. R. Erat valdè pacificus, & realiter nullam irreverentiam commisit.

C. Erat ne aliunde pius, de quo posset sperari, quod si esset sanguinem S. Communionem peteret.

P. Ita P. R.

C. Quamvis Sà Verb. Eucharist. num. 3. dicat, amentibus non esset dandam Eucharistiam in periculo mortis: hoc tamen intelligitur cum periculo irreverentiæ, quâ seclusus addit posse dari amenti, qui à nivitate non est talis, & etiam dictum Suarez, porrigendam esse in periculo mortis, si quando fuit incompos, præbuit signa animi. Cum ergo in casu à V. D. propoli nullum fuerit dubium, seu periculum irreverentiæ, & præsumeretur eum petiturum Eucharistiam, si lena mentis esset, potuit benè dari ita Marchadus tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 14. num. 5. & additum alijs Diana parti. 5. tract. 3. r. sol. 15. ad hoc necessarium esse, ut quando in amentiam incidit, non confundatur.

conset eum fuisse aliqua gravi cul-  
punctum, quia cum in amentia  
non potuerit eam expiare, absolu-  
te hoc sacramento indignus cen-  
setur.

77. Sic pariter me accuso P. R.  
administrasse cum aliquo scrupulo  
Eucharistiam infirmo evomero  
solito.

C. Erant ne frequentes vomit?

P. Ita P. R.

C. Erat ne aliquo tempore ab ijs  
liber?

P. Non sumendo cibum per  
duas, vel tres horas, subinde erat  
quietus.

C. Nullam V. D. adhibuit expe-  
rientiam utrum nam species sacra-  
mentales retinere posset?

P. Ita P. R. particulam non con-  
secratam ei dedi, quam advertens  
eum accepisse, & retinuisse absque  
aliqua nausea, viaticum ei admini-  
strare resolvi.

C. Quando infirmus his vomitib?  
subject? est, licet non sumat alimen-  
tum, nequit ei dari Communio, ni-  
si per aliquod determinatum tem-  
pus sit quietus, & sufficiens ad con-  
sumendum species. Si vomitus  
procedunt ab alimento, ex eo,  
quod stomachus illud detinere non  
valeat, credendum est parvitatem  
unius particulae non moturam sto-  
machum, ideoque fit antea expe-  
riencia porrigendo ei particulam  
non consecratam; quam si retineat,  
potest ei administrari Eucharistia.

ita docet Joan. Sanchez in select. diff.  
38. num. 2.

78. P. P. R. me accuso, quod  
parvulo Filio, qui nondum ad  
Communionem admissus fuerat,  
administraverim Viaticum ita ro-  
gatus a Genitoribus, sed non sine  
scrupulo.

C. Habuit ne puer usum ratio-  
nis?

P. Non fui de hoc totaliter cer-  
tus, quia licet in aliquibus rebus  
ostenderit discretionem, non ta-  
men tantam, ut anceps non hære-  
rem an sufficienti usu rationis præ-  
ditus esset.

C. Quot annos ætatis habuit?

P. Ultra septem annos.

C. Pro resolutione hujus casus  
debet fieri distinctio inter præcep-  
tum Divinum præcipiens Com-  
munionem, & Ecclesiasticum mo-  
dificans tempus, in quo obligat:  
Ecclesia præcipiens Communionem  
in Paschate *in cap. omnis utri-  
usque sex. de Panit. & remis. & Con-  
cilium Lateranense sub Innoc. III.*  
*cap. 12. & Tridentinum sess. 13. cap.*  
*9. relinquunt arbitrio, & judicio  
Parochi, & Confessarij, quando  
nam pueri sint capaces recipiendi  
Eucharistiam, ut patet ex meis Con-  
fer. part. I. tract. 3. Conf. 5. §. 3. n.*  
*15. 16. & 17. Sed præceptum Di-  
vinum communicandi obligat in  
articulo mortis omnes, qui sunt ca-  
paces malitiæ; ut cum Henriquez,  
Sanchez, Soto, Navarro, & alijs, di-  
cit*

# 144 Tractatus XIII. de Officio Parochorum.

cit Fagundez in 3. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 4. num. 2. & consequenter infantibus usu rationis præditis debet dari viaticum, quamvis antecedenter non communicaverint, ut dico in meis Confer. loco citato num. 16. cum Armilla, Cajetano, Vivaldo, Sala, & alijs, quos allegat Castro Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 2. num. 7. in fine; & etiam dicit cum Suarez, Reginaldo, & Possevino, Bonacina tom. 1. disp. 4. de Sacram. Euchar. quæst. 7. punct. 2. num. 4. in fine, Adolescentes usus rationis præditos, non tantum posse, sed etiam debere communicare in articulo mortis, & probatur, quia præceptum communi candi in articulo mortis est Divinum, ut dictum est cum Fagundez; quod præceptum ab Ecclesia non fuit limitatum, cum autem præceptum Divinum obliget hominem prædictum usu rationis, sequitur adolescentem prædictum usu rationis, teneri ex præcepto Divino in articulo mortis communicare, quamvis non teneatur ex præcepto Ecclesiastico.

79. Cardinalis de Lugo disp. 13. de Sacram. Euchar. sect. 4. num. 45., addit, quod quando subest dubitatio, utrum puer sit compos rationis, licet cum hoc dubio non sit obligatio dandi ei viaticum n. 44. tamen dicit se non invenire validam rationem, ob quam sit ei deneganda; & Possevinus teste Dia-

na part. 5. tract. 3. resol. 44. in fin inquit, cum hoc dubio posse ei da Communionem in articulo mortis: Ego censeo, quando subest dubium de usurrationis pueri, dandum esse ei Viaticum, si ad septem annos pervenit; secundus non esse dandum quando non constet eum usu rationis prædictum esse: ratio est, quod in dubio melior est conditio patientis, sed sic est, quod puer septem annorum sit in possessione presumptionis de proprio usurrationis qua de causa etiam lex in hac acta permittit, & approbat sponsalia litteris, & cap. accessit de defunctis impuberum: qui vero non pervenit ad septem annos, non est in possessione hujus presumptionis; ergo quando dubitatur, utrum puer habet usum rationis, debet dare Viaticum, si complevit septem annos, & si non complevit, non debet dari.

80. P. P. R. Cuidam meo Partchiano, post sacram Synaxim in Sancti Joannis, sumpto prædicti mortali accidenti obruto, non ausus secunda vice administrari Viaticum, & paulò post eadem mortuus est absque perceperet Eucharistiae per modum viatici.

C. Non desunt Authores testes hunc modum operandi; etenim Suarez, Fagundez, Granadus, alij quos citat Cardinalis de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 16. sed num. 52. Trullench citatus à Le-

Cap.  
dro à Sac  
diss. 2. q. 6  
branus, &  
part. 5. tra  
qui ex dev  
cavit, non  
eadem die  
cidat, & C  
art. 11. da  
neminem  
ad sit oblig  
ce Euchar  
damento  
Ochagavia  
char. que st  
affirmavit;  
50. in fine  
concluder  
ptionem I  
eius ratio  
die antece  
tione sumpt  
de eadem  
infrimitas,  
cit, quia in  
munitionis  
Atia non sum  
quia hoc ta  
bus ex hac v  
rificatur in  
nicavit una  
in eo, , qu  
die absque  
mine: sed  
se, & deber  
dum Viatic  
fanus com  
ne, affirmata

dro à Sacramento part. 2. tract. 7.  
 diff. 2. q. 6. Faustus, Maracius Zam-  
 brahus, & alij quos refert Diana  
 part. 5. tract. 3. resol. 33. dicunt, illi,  
 quie<sup>x</sup> dévotione mané communic-  
 cavit, non posse dari Viaticum, si  
 eadem die in periculum mortis in-  
 eidat, & Coninch *de Sacram.* q. 80.  
 art. 11. dub. 3. num. 100. inquit,  
 neminem dixisse, quod in hoc casu  
 adsit obligatio sumendi secunda vi-  
 ce Eucharistiam; sed hoc sine fun-  
 damento asserit Coninch; quia  
 Ochagavia tract. 2. de Sacram. Eu-  
 char. qua<sup>f</sup>. 14. num. 7 contrarium  
 affirmavit, & licet Lugo *suprnum.*  
 50. in fine dicat Ochagaviam nihil  
 concludere circa iteratam perce-  
 ptionem Eucharistiae eadem die;  
 ejus ratio tamen idem probat de  
 die antecedenti, in quo ex dévo-  
 tione sumpsisset Eucharistiam, ac  
 de eadem die, in qua supervenit  
 infirmitas, siquidem Ochagavia di-  
 cit, *quia in eo casu* (intellige Com-  
 munionis ex dévotione) *Euchari-*  
*stia non sumeretur tanquam Viaticum,*  
*quia hoc tantum datur proficisci-*  
*tibus in hac vita;* quae ratio etiè ve-  
 rificatur in eo, qui ut sanus commu-  
 nicavit una, vel altera die antea, ac  
 in eo, qui communicavit eadem  
 die absq<sup>ue</sup> aliquo novo vitæ discri-  
 mine: sed quidquid sit de hoc, pos-  
 se, & debere communicari per mo-  
 dum Viatici infirmum, qui manè ut  
 sanus communicavit ex dévotio-  
 ne, affirmant Gasparus, Hurtadus,

Hurtadus de Mendoza, Ludovi-  
 cus à S. Joanne, & alij citati à Lean-  
 dro à Sacramento part. 2. tract. 7.  
 disp. 2. qua<sup>f</sup>. 6. Turrianus, & ipse-  
 met Ochagavia, quos citat, & se-  
 quitur Diana part. 5. tract. 3. resol. 33.  
 & part. 8. tract. 1. resol. 87. §. sed  
 affirmativū, citatis Hurtado, Zam-  
 belo, & Escobar addit cum Christophorō de Garzia hanc opinio-  
 nem aliquoties practicata fuisse à  
 PP. Societatis Jesu.

81. Quamvis utraque opinio sit  
 probabilis, ego censeo in hoc casu,  
 non dari obligationem communi-  
 candi secunda vice per modum  
 Viatici, quamquam posse licet fieri  
 non inficer. Probatur prima  
 pars, quia ille, qui ex dévotione  
 audit Missam cum ignorantia diei  
 festi, haec ablata non tenetur aliam  
 audire, sed per auditam se satisfe-  
 cissee securè credere: ut docui in  
 Confer. tract. 3. Confer. 3. §. 2. num.  
 19. ergo qui ex dévotione commu-  
 nicavit inscius periculi mortis sibi  
 obventuri, non obligabitur com-  
 municare secunda vice superveni-  
 ente eodem periculo mortis. Pro-  
 batur secunda pars, quia si aliquid  
 obstaret, esset interdictum Eccle-  
 siæ communicandi bis in die: *cap.*  
*consulvitis de celebr. Miss.* Sed de  
 pietate Ecclesiæ non est creden-  
 dum, quod cum tanto rigore ve-  
 lit id vetare, ac filios suos privare  
 consolatione sumendi SS. Sacra-  
 mentum per modum Viatici in si-

# 146 Tractatus XIII. de Officio Parochorum.

mili occasione, cum innotescat, quemvis Christianum in necessitatibus adeo urgentibus cum majori feroore, & diligentia se præparare, & disponere ad novum augmentū gratiae: ergo dicendum erit, posse in hoc casu sumi Eucharistiam secunda vice per modum Viatici.

82. P. P. R. me accuso pariter bis, vel ter administrasse Eucharistiam aliquibus infirmis non jejunis.

C. Detulit ne V. D. SS. Sacramentum occulte, vel cum solemnitate ordinaria? quia primum est prohibitum per Decretum D. N. P. Innocentij XI. emanatum 12. Februarij anni 1679. & publicatum Madriti 1. Septembris ejusdem anni, ut testatur N. P. Torrecilla in suis Consult. tract. 3. Consult. 13. num. 37. quod Decretum refert R. P. M. Lumbier in fine tom. 2. sum. Aran.

P. P. R. Nunquam portavi occulte Viaticum, sed semper cum debita decentia.

C. Perseveravit ne infirmus in eodem periculo mortis? nam, si convaluit, & postmodum recidit in idem periculum, clarum est, debuisse ipsi dari Viaticum.

P. P. R. non cessavit periculum mortis.

C. Fortassis infirmus post primam sumptionem Viatici lapsus est in aliquod grave peccatum? quia hoc posito, tenebatur infirmus iterum illud sumere in opinione Soti,

Tabiena, & Armillæ apud Diana part. 5. tract. 3. resol. 43. Quam ego sentiam in hoc casu obligari iterandam Confessionem, cum cramentum Pænitentiae sit needrum ad æternam salutem pro ni tempore, quo quis lapsus in peccatum mortale, non tenet tamen iterum Eucharistiam in dem articulo recipere, quia non est necessaria necessitate me ad salutem, sed solùm necessaria præcepti, quod, cum jam se præstitum sit, jam deinceps non ligat pro illo articulo, sed pro aliis Ita cum Lugo, Hurtado, & Odavia Diana ibid.

P. P. R. Hoc factum est n ex eo, quod infirmus sumpto Viatico noverit se graviter delinquere, sed quia habuit devotionem communicandi.

C. Administravit ne V. D. Diana charistiam ipsi ut jejuno? quia in casu certum est, sàpè posse ipsi ministrari.

P. P. R. ut non jejuno eam administravi.

83. Non dubito, quin possit multoties Communio infirmo, am per modum Viatici perseverante eodem periculo mortis: ita docet cum Suarez, Henriquez, & alii Fagundez in 3. præcept. Ecclesi lib. 3. cap. 5. num. 20. & cum Lugo Marchantio, & alijs Diana sup resol. 37. & cum Coninch Layman Palao, Bonacina, & alijs, P. Tercilla

Cap. 1  
recilla in  
sult. 12.  
non est si  
elabi ab i  
ram. Su  
us, & E  
Communi  
quòd elat  
diebus p  
nicari inf  
quis affue  
care, aut  
tionem,  
abstineat  
tero statin  
charitiæ  
at non je  
periculum  
dit tom. 2  
cap. 6. si  
Torrecilla  
Sa, & alijs  
esse, quòd  
infirmus p  
spirituali  
rùm hoc  
est contr  
tam, pos  
do infirm  
Oratorio,  
center da  
contingit  
P  
De mo  
Und  
84. P. P.

## Cap. V. Pars III. de modo adm. Extrem. Unctio. 147

recilla in suis Consult. tract. 3. consult. 12. num. 13. Difficultas in hoc non est sita, sed quot dies debeant elabi ab una Communione ad alteram. Suarez, Reginaldus, Filiucus, & Bassæus eos citans Verb. Communio num. 45. existimant, quod elapsis decem, octo, aut sex diebus possit secunda vice communicari infirmus. Layman sentit, si quis assuetus frequenter communicare, aut sacrificare, propter devotionem, aut desiderium difficile abstineat, permitti ipsi posse, ut altero statim die iterum Sacram Eucharistiam manu Sacerdotis accipiat non jejunus, dummodo mortis periculum instare videatur: ita tradit tom. 2. lib. 5. tract. 4. de Euchar. cap. 6. sub num. 20. quinimò P. Torrecilla ibi num. 14. cum Palao, Sa, & alijs, asserit probabilissimum esse, quod possit dari quotidie, si infirmus pro sua consolatione, & spirituali subsidio illud petat; verum hoc universaliter loquendo, est contra consuetudinem receptionis, posset tamen admitti, quando infirmitaria esset propinquia alicui Oratorio, unde posset Sacerdos decenter dare Communionem, ut contingat in nostris infirmitijs.

### P A R S III.

#### De modo, quo Extrema

Unctio est administranda.

84. P. R. Dico meam culpam,  
- quod angar dubio circa

tempus, & punctum administrandi infirmis extremam unctionem.

C. Non administrat eam V. D. in articulo mortis.

P. Ita P. R. sed meus scrupulus est, ari eam administrem, antequam per hoc periculum constituantur *in extremis* infirmus.

C. Ex D. Jacobi Apostoli epistol. cap. 5. constat hoc Sacramentum administrandum esse infirmis; non verò ijs, qui moriuntur per sententiam Judicis, aut alia morte, quam non præcedat infirmitas; nequè infirmis, quomodo cumquè, sed vitâ periclitantibus, ita sancit Concilium Florentinum his verbis, *Hoc Sacramentum dari non debet, nisi infirmo, de cuius morte timetur & constat pariter ex Tridentino ses. 14. cap. 3. Declaratur etiam, esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, ut in exitu vite constituti videantur:* Non est tamen expectandum extremum, aut omnino certum periculum vitae, aut tempus quo infirmus prorsus sensu careat, aut omnino ejus sit desperata salus, sed administrandum est hoc Sacramentum, si fieri potest, quando infirmus adhuc usu rationis gaudet, ut se magis ad fructum Sacramenti percipiendum disponat; ita cum Henriquez, Coninch, Possevino, & alijs Bonacina tom. 1. disp. 7. de Sacram. q. 1. punct. 5. num. 7. Et Castro Palaus part. 4. tract. 26. disp. unic. punct. 6. num. T 2 12. in

12. *in fine*, putat collato Viatico immediate posse conferri extremam unctionem; etenim si Viaticum administratur in periculo mortis, etiam extrema unctione poterit postmodum dari, & satius est, quia cum in tali statu infirmus sit compos sui, potest uberiorem percipere fructum Sacramenti, & ne si diutius differatur, mors, vel saltem sensum defectio superveniat, sicque ægrotus absque unctionis Sacramento decebat.

85. P. P. R. dico pariter meam culpam, quod subinde omiserim Psalmos Pænitentiales, & litanias dici solitas in administratione hujus Sacramenti.

C. Contigit ne hoc, quia periculum videbatur esse in mora, vel infirmus solicitabat? in tali enim casu propter mortis accelerationem, statim incipiendum est ab unctionibus, nec precum solitarum omissione est peccatum, ut notat Henriquez lib. 3. cap. 2. num. 5.

P. P. R. aliquando absque hac necessitate eas intermis.

C. V. D. malè operatur eas omittendo, quamvis probabile sit earum omissionē absque causa, dummodo non sit ex contemptu, non esse mortale, ita Castro Palaus *supr. punct. 8. num. 14.* quia Rituale eas præcipiens, non utitur verbis imperativis.

86. P. P. R. dico meam culpam, quod in quadam occasione

adeò festinanter fuerim vocatus Sanctam Unctionem administrandam, ut absq[ue] candelis, stola, & superpelliceo eam administraverem, quia clavim Sacrificiæ invenire potui; & nisi festinanter illuc prætus fuisset, infirmus absq[ue] Sacramento deceperet.

C. Hoc Sacramentum ab stola, & superpelliceo administrare nequit, quin lethalis culpa incuratur, quantumvis infirmus ab eo mori deberet, ita Castro Palaus citatis Suarez, Naldo, & Bonac *ubi supra pnnct. 8. num. 11.* contum probabile censet cum Polvino, Leander a Sacramento *i. tract. 4. djb. 4. q. 23.* qui pro opinione allegat Palaum, sed misquidem hic Author oppositum pressè asserit loco ab eodem Leandro, & à me citato; *ubi Palauus dicit: Ut Sacerdos ministraret* *Sacramentum accedat superpellicia & stola induitus: & absq[ue] his opibus sacris peccatum esset mortale, sacramentum ministraret; etiam si mus absq[ue] unctione decederet: reverentia Sacramenti cuilibet p[ro]ta utilitati præferenda est.* Nec randum de isto Leandri lapsu ci mi. *Quia aliquando bonus dormit Homerus.* Addit Leander ibi administrationem hujus Sacramenti quæ ulla causa, & sine luminis latione, veniale peccatum non cedere.

# Cap. V. Pars III. de modo adm. Extrem. Unctio. 149

Ego arbitror cum Amico in cursu  
Theolog. tom. 8. disp. 19. sect. 8. num.  
217. posse ministrari hoc Sacra-  
mentum absquè stola, & superpel-  
liceo: quando infirmus aliud Sacra-  
mentum suscipere non potuit, & si  
ex mora, quæ sit in accipiendois his  
ornamentis, infirmus absquè San-  
cta unctione decèdere debderet,  
quia cum hoc Sacramentum possit  
per accidens causare primam grati-  
am, suæ decenti administrationi ce-  
deret, ob ingens beneficium, quòd  
patiens ex eo percipere posset: at-  
tamen si infirmus confessus fuisset,  
aut communicasset, putarem abs-  
què stola, & superpelliceo non esse  
ipsi ministrandum hoc Sacramen-  
tum, quamvis absquè eo decedere  
ret, quia in hoc casu non esset  
tanta necessitas.

87. P. P. R. dico meam cul-  
pam, quòd ministraverim uni in-  
fimo Sacramento extremæ un-  
ctionis cum oleo benedicto anni  
præcedentis, quia novum non  
habui.

C. Fuit ne ex mera necessitate?

P. Tanta fuit necessitas, ut si  
cum veteri non ministrassem, infir-  
mus absquè hoc Sacramento mor-  
tuus fuisset.

C. Est opinio communis D. D.  
valide ministrari Sacramentum ex-  
tremæ Unctionis cum Oleo bene-  
dicto anni præcedentis, & si hoc fi-  
at cum necessitate non solum vali-  
de, sed etiam licite hoc fieri, ita

Castro Palauis tom. 4. tract. 26. disp.  
unic. punct. 2. num. 12. & licet V.  
D. illud ministraverit cum oleo ve-  
teri in casu necessitatis, potuit ta-  
men peccasse propter mox dicen-  
da. Dicat mihi, fuit ne V. D. cul-  
pabiliter negligens in procurando  
oleo noviter benedicto?

P. Ita P. R. negligens fui.

C. Et non cogitavit, quod tem-  
pore hujus omissionis potuerit oc-  
currere aliqua urgens infirmitas,  
ob quam obligaretur ministrare ex-  
tremam Unctionem cum oleo ve-  
teri?

P. Certum est P. R. me habuisse  
aliquem remorsum super hunc ca-  
sum.

C. Est doctrina Possevini, Zam-  
brani, Trullench, & aliorum apud  
Leandrum à Sacramento tom. 1.  
tract. 4, disp. 2. quaest. 11. graviter  
peccare Parochum ministrantem  
extremam unctionem cum oleo  
veteri extra casum necessitatis, &  
Leander ibi pro hac opinione citat  
pariter Dianam part. 3. tract. 4. resol.  
176. & part. 9. tract. 6. resol. 46. ci-  
tatio part. 3. est fidelis, & vera, sed  
non part. 9. cum in ea Diana non  
asserat doctrinam, pro qua eum  
Leander allegat, sed contrariam,  
dicit enim ibi Diana: Item poterit  
Sacerdos in defectu olei ejusdem anni  
uti oleo veteri alterius anni: sed quid-  
quid sit de hoc, affirmat Leander  
ibi cum Henriquez, Sà, Ledesma,  
& alijs non peccari graviter mini-

# 150 Tractatus XIII. de Officio Parochorum.

strandō extremaū Unctionem cum oleo veteri etiam absq[ue] necessitate, & recte adducit, pro hac sententia Dianam, qui cum eodem Leandro, & Martino à S. Joseph idem ut probabile putat, part. 10. tract. 16. resol. 81.

88. Ex hinc infertur V. D. in prima opinione graviter peccasse, non ex eo, quod infirmum in casu necessitatis cum oleo veteri unixerit, sed ex culpabili negligentia in providendo sibi tempestivē de novo, cum notitia periculi facile obveniunt, de unctione facienda cum veteri superveniente infirmitate, sicut de facto supervenit. Ratio hujus est, quia exponere se periculo gravem culpam committendi, grave peccatum est, sed sic est, quod culpa sit gravis in prima opinione, ungere infirmum cum oleo veteri, ergo culpa gravis erit hujus se periculo exponere: ergo in hac opinione graviter peccavit; sed juxta secundam opinionem adductam, videtur V. D. non peccasse graviter ob negligentiam providendi sibi de novo oleo; quia secundum hanc opinionem non est mortale ungere cum oleo veteri. ergo nequē erit exponere se periculo cum eodem ungendi.

89. P. P. R. dico meam culpam, quod ex inadvertentia in ministrando extremaū unctionem, unixerim infirmum cum Chrismate Confirmationis.

C. Administravit ne secundaū ce hoc Sacramentum cum ole proprio?

P. Non P. R.

C. Layman tom. 2. lib. 5. tral 8. cap. 2. sub. n. 3. probabile putat si Sacerdos per errorem unxit factum Chrismate infirmum nihil esse nisi peteridum, sed rem Domino commendandam, quia valde probabile est Sacramentum extremaū unctionis validē conferri in materia Sacri Chrismatis, sed haec ratione probat; quia, licet alias esset specie lativē probabile, quod S. Chrysostomus sit materia valida extremaū unctionis, modō in praxi non est sequendum ex Decreto Papae Innocentii XI. damnantis in prima propositione, ut improbabile prædictè sequitur probabile, relicto tutiori in materia, & forma Sacramentorum, sic est, quod asserere Chrismatum materiam extremaū unctionis solūm probabile, & tutius sit contrarium: ergo in praxi minimè sequenda opinio, astricta S. Chrysostomo esse materiam Sacramentum extremaū unctionis, & cum eo possit conferri.

90. Melior est altera ratio, quam suam sententiam probat Layman; quia inquit, plerumque non posset fieri iterata unctione ad emendandum primum errorem scandalo, quo supposito valde probabile censeo, non esse necessariam reiterandam extremaū unctionem.

Cap  
nem cu  
defectu  
hoc Sac  
cessitate  
mortale  
contemp  
Doctore  
& com  
part. 1.  
P. Caspi  
4. feb. 2.  
interven  
denti ejus  
dum omni  
na, aut h  
naturalis  
ferenda s  
næ: Ergo  
suppleme  
in nostro  
midine de  
exstet præ  
manum o  
fuscipli  
mæ unctioni  
latam.

91. P.  
am culpam  
di Extrem  
hujus etiæ  
C. Erat  
P. Ita l  
C. Pro  
prahunc  
ditionare?  
P. Absc  
C. Qua  
nibus, ait H

*Cap. V. Pars III de modo adm. Extrem. Unctio. 151*

nem cum oleo, in supplementum defectus commissi; & ratio est: quia hoc Sacramentum non est de necessitate præcepti, nec peccatum mortale esset ejus omissione præcisus contemptu, aut scandalo, ut cum Doctore Angelico, Soto, Navarro, & communis affirmat Villalobos part. 1. tract. 1. diffic. 5. num. 1. & P. Caspensis tom. 2. tract. 27. diff. 4. sed. 2. num. 13. ex quo sic arguo, interveniente scandalo, aut prudenti ejus formidine, potest interdum omitti id, quod de lege Divina, aut humana obligat; cum lex naturalis evitandi scandalum præferenda sit legi Divinæ, aut Humanæ: Ergo à fortiori poterit omitti supplementum defectus commissi in nostro casu posita prudenti formidine de scandalo; cum nullum exstet præceptum Divinum, aut humananum obligans saltem graviter ad suscipiendum Sacramentum Extreme Æunctionis juxta opinionem retinam.

91. P. P. R. dico pariter meam culpam, quod in actu ministrandi Extreme Æunctionem uni cæco, hujus etiam oculos unxerim.

C. Erat ne à nativitate cæcus?

P. Ita P. R.

C. Protulit ne V.D. formam suam hunc sensum absolutè, vel conditionatè?

P. Absolutè eam protuli.

C. Quando ægrotus caret manibus, ait Layman supr. num. 6. ci-

tans S. Thomam S. Bonaventuram, Riccardum, Sotum, & alios, ungendam esse propinquam partem: & carenti oculis ungendum esse eorumdem oculorum locum, & sicutum; quia licet cæcus à nativitate per visum non peccaverit, nec surdus per auditum, nec mancus per tactum, potuit tamen peccare per concupiscentiam videndi, audiendi, tangendi: ergo propter hanc rationem unctio in ijs partibus erit facienda: Fateor hanc rationem magnam mihi difficultatem causare; quandoquidem si surdus peccavit per concupiscentiam audiendi, cæcus per concupiscentiam videndi, & mancus per eam tangendi; hoc nec fuit peccatum auditus, nec oculorum, nec manuum: ergo videtur non posse dici *quidquid per auditum per visum, per tactum deliquisti*, sed dicendum erit (supposita hac ratione Layman) *Quidquid per concupiscentiam videndi, audiendi, tangendi deliquisti*, quod nequit concedi: Nihilominus cum Doctores adeò graves hanc doctrinam assertarant, eam sequor; quia, quemadmodum in eo, qui accedit contritus ad confessionem, vel cum solidis peccatis vitæ præterite, salvatur veritas formæ *Ego te absolvō*, licet illa absolutione actualiter nullam culpam deleat; cum ejus sensus sit: *Sacramentum abolutionis tibi impendo*, ut inquit Angelicus calamus D. Thomæ part. 2. quæst. 24. art. 3. ad 5.

*ad 5. in fine* : ita pariter salvabitur sensus formæ extremæ unctionis, quamvis persona per sensum non peccaverit.

92. Ex qua ratione infero posse dici formam Extremæ Unctionis absolute, & non conditionatè, ut inquit Valentia apud Dianam *part.* 10. *tract.* 16. *Miscel.* 6. 1*esol.* 81. §. *sed hic* : quia ipsamet forma efficit sensum conditionalem: *Quidquid peccasti, id est, si forte peccasti;* & quia ejus sensus est sicut ille absolutionis data proportione: *Sacramentum remissivum reliquiarum peccatorum tibi impendo.*

93. P. P. R. dico meam culpam, quod uni ægroto bis Sacramentum extremæ unctionis ministraverim.

C. Factum fuit ne hoc perseverante eodem periculo, aut articulo mortis?

P. Ita P. R.

C. Perseveravit ne diù infirmus in hoc periculo mortis?

P. P. R. ultra quatuor menses in eo perseveravit.

C. Quando ægrotus post suscepitam extremam Unctionem convalescit, si postmodum recidat in periculum mortis, potest denuò ipsi conferri hoc Sacramentum ita Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap. 3.* his verbis *Quod si infirmi post susceptam hanc unctionem convaleverint, iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt, cum in aliud si-*

*mile vita discrimen inciderint.* qui cum hoc Sacramentum non impedit characterem, non estratio, cu impediat reiterationem, postquam cessavit primum periculum mortis & secundum advenerit: & non Bassæus subtiliter, & egregie *Vt Extrema Unctio 3. num. 3.* non est necessarium, ut infirmus convalescat, sed sufficere, ut melius habere cœperit, & medicorum iudicium extra probabile, seu propinquum mortis periculum constitutus sit ad hoc, ut post aliquod tempore iterum inungi possit: & addit Leander de Sacramento *part.* 1. *tract.* *diss.* 4. *quaest.* 16. tempus sufficiens transeundum ab uno periculo ad alterum, ab una unctione ad aliam esse quindecim, aut viginti dies, vel ad summum unius missis intervallum.

94. Si eadem infirmitas gravidaù perseveret (V.G. *Hydropisias*) si ægrotus ab initio morbi suscepit extremam Unctionem, Sæ, Polivinus, & alij relati à Leandro *quaest.* 19. dicunt posse in fine vivi iterum hoc Sacramento muniri quod videtur censere probabilem. ander, cum dicat oppositum, quod ipse sequitur esse probabilius, & non dicit; siquidem validè conformiter menti Concilij loquitur, quod expresse concedit reiterandam Extremam Unctionem, dumdam quando infirmus è periculo evaserit durante eodem periculo mo-

bi, pro  
rum co  
95. I  
pam, q  
nilbranc  
Etione,  
sim ad  
nerit, &  
cederet  
una ead  
cendo :  
nes &c.  
C. H  
res in fir  
tantum  
Per istan  
indulgea  
liquisti p  
tum, gnu  
ego ve  
contrav  
tij XI. in  
dum qu  
in rebus  
Christi I  
Sacram  
forma,  
est, qu  
circa  
extrema  
speculati  
contrari  
fao Verba  
S. Quam  
doctrina  
dicto De  
96. Ic  
citando

C. V. P. III. de modo administr. Extrem. Unctio. 153  
bi, probabilius est, non posse iterum conferri.

95. P. P. R. dico meam cul-  
pam, quod dum pergerem pro mi-  
nistranda uni infirmo extrema un-  
ctione, repentinus casus eum sen-  
sim ad mortem reducens superven-  
erit, & ne absque Sacramento de-  
cederet, quinque ejus sensus sub  
una eademque forma unixerim, di-  
cendo: *Per istas Sanctas unctio-  
nes &c.*

C. Hoc docuere aliqui Docto-  
res in simili casu: alij dixerunt unicum  
tantum sensum posse ungiri, & dici:  
*Per istam Sanctam Unctionem &c.*  
indulget tibi Dominus quidquid de-  
liquisti per visum, auditum, odora-  
tum, gustum, tactum, & gressum:  
ego vero puto, hoc aliqualiter  
contravenire damnationi Innocen-  
tij XI. in propositione prima, secun-  
dum quam tenemur sequi certum  
in rebus, a quibus ex institutione  
Christi Domini nostri pedent valor  
Sacramentorum, ut sunt materia,  
forma, & intentio Ministri: sed sic  
est, quod haec doctrinæ versantur  
circa substantiam Sacramenti  
extremæ Unctionis, & licet sint  
speculativè probables, tutius est  
contrarium, ut videri potest in Bas-  
ico Verbo. *extrema Unctio i. num. 9.*  
§. *Quamvis, & §. verum.* ergo haec  
doctrinæ aliquantum opponuntur  
dicto Decreto.

96. Idem arbitror de eo, quod  
citando Suarez, Barbosam, & alios

affirmat Diana part. 5. tract. 3. resol.  
88. videlicet, quod in casu necessi-  
tatis plures Ministri uno, eodem  
quæ tempore esse possint in Sacra-  
mento extremæ unctionis, ita ut  
unus unum sensum ungat partiali  
forma prolatæ, & alter alterum sen-  
sum ungat itidem prolatæ forma  
partiali: quia, cum haec doctrina  
sit solum probabilis, contraria au-  
tem tutior, & à Ministro pendeat  
valor Sacramenti, non est sequen-  
dum probabile relicto tutiori:  
adeoque securius, & satius esse te-  
neo, infirmum absque extrema un-  
ctione decedere, quam Sacramen-  
tum irreventiæ periculo exponere;  
cum hoc Sacramentum non sit de  
necessitate præcepti, benè verò re-  
verentia Sacramento debita.

97. P. P. R. dico meam culpam  
me extremam unctionem mini-  
strasse puerο, qui nondum ad  
Sacram Communionem admissus  
fuerat.

C. Pervenerat ne ad septen-  
nium?

P. Ita P. R.

C. Fuit ne adhuc usū rationis  
præditus?

P. Ita P. R. in mea opinione.

C. Cur ergo dubitabat de licita  
in hoc casu Sacramenti administra-  
tione?

P. P. R. Quia postquam exaudi-  
vi ejus confessionem, nunquam  
peccatum actuale sibi notum com-  
misso deprehendi.

C. Pueris usu rationis præditis, quod ordinariè circa septennium contingit, danda est extrema unctio, tametsi Sacram Eucharistiam nondum receperint, ita Layman tom. 2. lib. 5. tract. 8. cap. 6. num. 2. & licet constaret nullam eos commississe culpam actualē, posset ipsiſſis administrari, ita cum S. Bonaventura, Suarez, & alijs, docet Villalobos in ſum. part. 1. tract. 10. diffic. 4. num. 7. qui afferit non requiri peccatum actualē, ut hoc Sacramentum fuſcipi poſſit: Albertus Magnus quoquè ait in Mariali cap. 72. & 74. Mariam Sanctissimam Dominam noſtram fuſcepiffe extremam Unctionem, prout refert S. Antoninus part. 3. tit. 14. cap. 8. §. 3. Ponit Albertus, quod Beata Maria in morte ſe fecerit inungi, ſicut enim communicavit; & hoc non quia indigeret, cum nullum peccatum, etiam veniale, nec reliqua peccati eſſent in ea, ſed, ut præberet fidelibus in omnibus exemplum humilitatis, & vita Christiana: idem ſentiuſt Sylvester in Rosa Aurea, Bernardinus de Busto, & Canisius, teſte Suarez tom. 2. in 3. part. queſt. 87. art. 4. diſp. 18. ſect. 3. §. ſolūm igitur.

98. Hoc Sacramentum poſt pariter ministrari fatuiſſis, ſeu illis, qui uſum rationis amiferunt, licet tanquam rationis expertes illud non petierint, ſi ante lapsum in amentiam id interpretatiè petierint, Christianè vivendo, & aternas

ſalutis memores fuerint, quod prafumendum eſt, dummodo nihil contrarium conſtet; ita Barboſa poſteſt. Paroch. part. 2. cap. 22. nro 14. (non num. 31. ut ex Correſtoriſſore refert Diana part. 5. tract. 3. ſol. 84. iu fine) ubi etiam ſequitur alijs citatis hanc doctriṇam.

C. V.

in exequi  
erigend  
paratibu  
fedmodP. P.  
uit hoc  
ne ſua p  
& propoC. B.  
ſona, fu  
que ereP. P.  
uerunt  
& ultraC. S.  
uerunt  
billia, au  
prietas a  
ret, tun  
erant: i  
cum ho  
præterq  
ſarium p  
fieri nor  
de illis b  
Funere  
bona illi  
quamviſ  
vata eſſe  
rium pr  
pompa,uni infirmo, multūm, & ultra ſu  
ſubſtantiam debitori conſulverint  
quod absquè ſcrupulo poſſet diſ  
nere de ſuis facultatibus neceſſar  
pro funeralibus; & quod reſiduum  
daretur creditoribus.

C. V.

## P A R S IV.

### De modo obſervando

Parochio in teſtamentis infir  
morum.

NON eſt meum hic agere de le  
lemnitate civili, quæ ad te  
menta recte condenda requiri  
quia in hoc ſunt ſatis periti Nota  
nequè de ſubtilitatibus, caution  
bus, aut cautelis, quas leges di  
cernunt in hac materia; hoc en  
tūr, & copioſiorem traſta  
postularer. Solūm ergo hic ag  
de aliquibus rebus à Parochio,  
Confefſario ſciendis tempore,  
infirmitus eum conſulit in ordine  
diſpoſitionem ſue ultimæ volun  
tis, aut quando contra conſci  
tiam eum teſtari animadverte  
hoc, ut de ritè faciendis eundem  
admonere poſſit.

99. P. P. R. Confeitor, qui  
uni infirmo, multūm, & ultra ſu  
ſubſtantiam debitori conſulverint  
quod absquè ſcrupulo poſſet diſ  
nere de ſuis facultatibus neceſſar  
pro funeralibus; & quod reſiduum  
daretur creditoribus.

C. V.

C. V. D. admonuit ne ipsum, ne in exequijs magni sumptus fierent, erigendo Caſtrum doloris cum apparatus pretiosis, & nimia pompa; ſed moderate fierent expenſæ?

P. P. R. Primum quod dixi, ſuit hoc, ut fierent cum moderatione ſue paupertati correlative, & proportionata.

C. Bona, quæ habuit hæc Perſona, fuerunt ne aliena, aut propria, quæ are alieno eſſent gravata?

P. P. R. Bona, quæ habuit, fuerunt propria, licet tantudem, & ultra alijs deberet.

C. Si omnia bona illius infirmi fuerunt aliena: V. G. ſi habuit mobilia, aut immobilia, quorum proprietas ad aliam perſonam ſpectaret, tunc ſuo Domino reſtituenda erant: nec poterant fieri funeralia cum horum bonorum expenſis, præterquam, ſi hoc eſſet ita neceſſarium pro exequijs, ut alio modo fieri non poſſet; in hoc enim caſu, de illis bonis poſſet accipi, quod pro Funere moderate opus eſſet. Si bona illius infirmi fuerunt propria, quamvis debitis, & hypotheca gravata eſſent, poterat accipi neceſſarium pro decenti Funere abſquè pompa, & apparatu, aut multis expenſis, cum sumptus, qui fiunt pro funeralibus ſint privilegiati. Eſt doctriна Petri de Navarra tom. 2. lib. 4. de ref. cap. finale, dub. 2. num. 23. & 24. & pro ſua opinione citat Sylveſtrum, Paludanum, & alios.

100. P. P. R. confiteor, quod infirmus petierit à me conſilium, utrum poſſet mutare testamentum conditum inter vivos, ad quod reſpondi affirmativè.

C. Primum testamentum fuerat ne conditum cum juramento illud nunquam revocandi? fecluso enim hoc juramento, cum testamentum ſit ex natura ſua revocabile, poterat ex iusta cauſa mutari.

P. P. R. cum juramento pri-  
mum testamentum firmaverat.

C. Habuit ne iustum cauſam re-  
vocandi prium testamentum?

P. Mihi videtur eam habuisse.

C. Qualem cauſam habuit?

P. In primo Testamento unicam Filiam hæreditate privavit, nihil prorsus ei relinquendo, ex eo, quod contra ſuam voluntatem matrimonium inierit.

C. Contraxit ne Matrimonium Filia cum perſona conditionis nota-  
biliter inferioris?

P. P. R. Perſona, cum qua con-  
traxit matrimonium non fuit æqua-  
lis conditionis; fuit tamen honestis Parentibus nata.

C. Fuit ne vigintiquinque anno-  
rum Filia, quando duxit maritum?

P. Adhuc ultra.

C. Suppono primò pro ſolutio-  
ne hujus caſus, quod Filia contra voluntatem ſui Parentis contra-  
hens matrimonium cum perſona inferioris conditionis, non propte-  
rea exhaeredari poſſit, quamvis alij

affirmativam teneant juxta relata  
part. 1. *Prax. tract. 4. cap. 2. num. 19.* pag. 80. sed si Filia habet vigin-  
tiquinque annos, nec operâ Paren-  
tis duxit antecedenter maritum,  
non imputatur Filiæ secundum le-  
ges, si contrahat matrimonium  
cum Persona inferioris conditionis?  
nec Parens hac de causa potest eam  
hæreditate privare, ita Villalobos  
*tom. 2. tract. 30. diffic. 18. num. 2.*

Suppono secundò, Testamen-  
tum juramento firmatum, com-  
muniter non possilitè, & absque  
gravi peccato revocari ita cum Ju-  
lio Claro, & communi Villalobos  
*ibid. diffic. 22. num. 7.* quamvis va-  
lida erit revocatio, si in ea expressa  
fiat mentio juramenti emissi in pri-  
mo testamento. Villalobos *ibid.*  
*num. 6.* Sanchez in *Consil. tom. 2.*  
*lib. 4. cap. 1. dub. 17. num. 3.*

101. His suppositis dicat mihi V.  
D. nunquid abschè ullo dubio cre-  
dedit, infirmum condidisse testa-  
mentum juratum ex odio concepto  
adversus Filiam, propter matrimo-  
nium ipso reluctantante contractum?

P. Ita P. R.

C. Ergo juramentum emissum  
cum hoc motivo eum non obliga-  
bat, ut dixi part. 1. *Prax. tract. 2.*  
*cap. 1. num. 12* pag. 36. & licet non  
fuissest testamentum juratum pro-  
pter hoc motivum, poterat tamen  
illud mutare, ut infero ex doctrina  
Dianæ part. 5. *tract. 3. resol. 22.* ubi  
ait testamentum contra justas leges

conditum, licet sit juratum, po-  
licitè revocari: sed sic est, quia  
hoc testamentum fuerit contra  
justas leges conditum, siquidem  
poterat ob hanc causam Filiam  
hæredare: ergò hoc testamentum  
quamvis juramento firmatum po-  
tuit licitè revocari: ex quo evide-  
ter patet, V. D. potuisse licitè  
debuuisse huic infirmo suadere, u-  
primum testamentum revocare  
suamquè Filiam hæredem institu-  
ret.

102. P. Alius infirmus habuit  
lium spurium, cui aliquam substa-  
tiā relinquere intendebat, et  
autem hoc nefas esse dixi.

C. Filij spurij non possunt succi-  
dere eorum Parentibus, nec per  
testamentum, nec ab intestato, ne  
per contractum inter vivos, secu-  
dum Textum Civilem: *Qui e  
damnato sunt coitu, omni proprie-  
tate, neficio excludantur, L. licet, C.  
nat. liberis, in fine:* Quamvis filii  
naturales possint institui univer-  
les hæredes, si Parentes non habe-  
ant legitimū: *C. de filijs natu-  
ralibus, ead. L.* & hoc tenet Lessius *L. ad  
justit. cap. 29. dub. 6. num. 71.* Fi-  
lius naturalis dicitur ille, qui nasci-  
ex Genitoribus, inter quos tem-  
re conceptionis, & nativitatis me-  
fuit impedimentum dirimens ma-  
trimonium; spurius est ille, qui na-  
scitur ex parentibus, inter quos  
tempore conceptionis, & nativi-  
tis fuit impedimentum dirimen-

V. G.  
bus co-  
gradua-  
tus, au-  
Mod-  
poterat-  
rio, era-  
cum, ei-  
lem pa-  
ret, qui-  
set licite-  
cipere;  
ne, aut  
quendi  
hæc pro-  
camino  
teneret  
60. & 61.  
hendunt  
est Gen-  
lio spurij  
si debear-  
linquere  
saria, ve-  
status 8  
spurios;  
at uxori  
Opuc. li-  
& seq. &  
nis meri-  
quere al-  
hoc faci-  
chez ibid.  
codem d  
Diana p  
103.  
alteri in-  
dum pra-

V. G. ille, qui nascitur à Parentibus consanguineis intra quartum gradum, vel cuius Pater est uxoratus, aut sacris initiatus &c.

Modus licitus, quo hic infirmus poterat aliquid relinquere Filio spurio, erat, instituendo hæredem amicum, eundem rogando, ut filio taliter partem signanter dare placearet, quam postmodum Amicus posset licet tradere, & filius spurius accipere; absque tamen obligacione, aut promissione amici exequendi petitionem infirmi; quia hec promissio esset graviter peccaminosa, eamque adimplere non teneretur: ita Lessius *ibid. num. 60. & 62.* In hoc casu non comprehenduntur alimenta, quæ certum est Genitorem posse relinquere filio spurio, cum haec jure naturæ ipsi debeantur, nec tantum potest relinquere alimenta ad vitam necessaria, verum etiam pro decentia sui statutis & personarum, quas filius spurius alere tenetur, V. G. si habeat uxorem, aut filios: Sanchez in *Opus. lib. 4. cap. 3. dub. 34. num. 3. & seq.* & etiam titulo remuneracionis meritorum potest Pater relinquere aliquid filio spurio; Modus hoc faciendi videri potest in Sanchez *ibid. dub. 38. num. 1. & 2.* & in *codem de Matrim. lib. 6. dis. 6. & in Diana part. 5. tract. 3. r. sol. 131.*

*103.* P. P. R. confiteor, quod alteri infirmo prono ad relinquendum præter legitimam aliam por-

tionem uni filio suaferim, ut æqualiter omnes hæredes institueret.

C. Et quodnam motivum habuit Pater relinquendi illi filio portionem præter legitimam?

P. Quia hunc præ cæteris diligebat.

C. Suppono licitum esse relinquere aliquid plus uni, quam alteri filio, V. G. tertiam, aut quintam partem, plus, vel minus juxta dispositiones legum Municipalium; Veruntamen si justa causa non suppetat, & ex inordinato affectu inter liberos (quorum natura communis est) successionis inæqualitatem constituere plerumque peccatum est, ita Layman *tom. 1. lib. 3. sect. 5. cap. 5. num. 13.* Licebit tamen ex causa justa aliquam inæqualitatem inter liberos constituere: justæ autem causæ inæqualitatis inter liberos constituendæ sunt, si inter eos aliqui de Testatore domesticis obsequijs, alijsue officijs magis meriti fuerint, si qui plus indigere videantur, quia bonis adventitijs carrent, si adhuc pusilli magno sumptu in studijs educari debeant, denique si secundum gentis consuetudinem prius geniti alijs, aut masculi fæminis in successione præferantur &c.

*104.* P. Alium infirmum, qui præter pauperculum Fratrem, alios non habuit consanguineos, nec eum hæredem instituere cogitabat; sed alium extraneum; nolvi absolvere, donec voluntatem mutaret.

### 158 Tractatus XIII. de Officio Parochorum.

C. Frater iste erat ne in extrema vel gravi necessitate?

P. P. R. Non fuit in tali necessitate constitutus, sed aliquo subsidio indiguit, ut decenter, & cum minori labore vivere posset.

C. Fuissest ne motivum scandali, si hunc fratrem hæredem non instituisset?

Frater plurimum conquerebatur, & alij pariter testatorem infirmum arguebant.

C. Si Frater esset in extrema, aut gravi necessitate constitutus, teneretur infirmus sicutem necessaria ei relinquere, ut de eleemosyna agendo dixi, part. I. Prax. tract. 10. num. 44. pag. 348. de quo fuisus tractat P. Moya in select. tom. I. tract. 6. diff. 6. q. 4. si verò in gravi, aut extrema necessitate non fuit constitutus, quamvis alicui miseriæ esset subjectus, non tenebatur testator eum hæredem instituere, nisi forte scandalum sequeretur: Est doctrina Bonacinae, Sà, & aliorum apud Dianam part. I. tract. 8. resol. 85. quia nulla lex nec naturalis, nec Divina, nec humana obligat ad instituendos hæredes fratres in necessitate gravi, aut extrema non constitutos præciso scando. Per scandalum autem non intelliguntur lamentationes, murmurations, querelæ fratrū, & amicorū, eo quod hæredes instituti nō fuerint. Ita Laymā tom. I. lib. 3. tract. 5. sect. 5. cap. 5. sub. num. 17. §. Dico. V. Interdum verò

à testatore caveri consultius est, ejusmodi persona sanguine, amictia, aut obsequijs conjunctæ legi honorentur, hæreditatæ ipsa peribus alij suè causis pijs relicta animæ salutem, ut monet Laymā ibid.

105. P. Habeo pariter scrupulum ex eo, quod unius infirmo, prius fundare cogitanti, id differim.

C. Qualem nam motivum habet V. D.

P. Videre, quod plures habent filios, & desiderium, ut eosdem vites relinquenter.

C. Fuit ne Testator personabus affluens, ita ut relictis necessariis pro sustentatione filiorum abundant, possit opus pium pariter dare?

P. Ita P. R. Capitale sufficiet remansisset.

C. Ergò V. D. non bene egit, pia hac intentione eum retrahendo; quandoquidem valde convenientis est, ut Testatores recordent omnia bona à Deo accepta suis, in signum gratitudinis aliquam suorum partem bonorum eidem, suæ Ecclesiæ offerant in animæ propriæ utilitatem, aut in pauperes ercent; quatenus Christo Dominus persona pauperum, tanquam ei hærede cum suis filiis instituto, Divinam assistentiam adeò necessariam pro spiritualibus & temporalibus emolumentis consequantur.

C. V. P.  
Sitestatore  
pro pio op  
na liberis  
stam omn  
elegatis  
stat ex L. a  
hec libera  
cordato n  
ipla sit, q  
partem se  
arbitrium p  
relinquat,  
necessaria  
man ubi s  
106. P.  
riter habec  
dam infirm  
tutionem :  
ciendam, &  
Confessari  
dam; ego a  
& medium  
quisita cau  
ftamento  
gnandam c  
velavit esse  
C. V. D.  
quamvis un  
tia; nempe  
lam propriæ  
fibile erat, v  
qua ita exp  
e, ut meo  
tas consignet  
specialem  
dicendo: A  
dula, qua r  
tij, propriæ

Sit testator non haberet substantiam proprio opere fundando, ac ejus bona liberis ad sustentationem honestam omnino necessaria videantur, ealegatis minuenda non esse, constat ex L. assert. Non debet tamen hæc liberorum necessitas testatori cordato major apparere, quam reipila sit, quo minus saltem aliquam partem secundum prudentis viri arbitrium pauperibus pro anima sua relinquit, nisi clarum sit filiis omnia necessaria fore: est doctrina Layman ubi sup. num. 17.

106. P. Remorsum aliquem patiter habeo in casu sequenti: Quidam infirmus mihi revelavit restitutionem aliquam ab ipso esse faciendam, & nulli alteri, quam suo Confessario prudenter manifestandam; ego autem ignorans modum, & medium satisfaciendi cum requiita cautela, dixi ei, ut in suo testamento præciperet mihi consignandam quantitatem, quam revelavit esse restitutioni obnoxiam.

C. V.D. Non male operata est, quamvis una defuerit circumstantia; nempe, ut infirmus schedulam propriâ manu scriberet, si possibile erat, vel per manus V.D., in qua ita exprimeret: *Mea voluntas est, ut meo Confessario tanta quantitas consignetur;* & postea clausulam specialem testamento apponeret dicendo: *Mea voluntas est, ut schedula, quæ reperietur in manib[us] Titi, propriâ, aut ejus manu scriptâ*

*recognoscatur pro mea, ac eidem à meis hæredibus immediate post meum obitum consignetur quantitas in dicta schedula contenta,* & ne ratio ab ipso petatur (sicut peti nequit) de fine ad quem hæc pecunia est destinata. Ita Marchadus in sum. tom. 2. lib. 7. part. 3. tract. ult. docum. 2. num. 2.

107. Similes casus regulariter possunt occurtere Parocho, aut Confessario ægroto interessenti in ordine ad ultimas voluntates. Ut autem Confessarius præsertim Religiosus majore spiritu, libertate, & fructu hominum animas juvare possit, consultum non est, ut confessioni testamentorum ipse interfit; siquidem difficulter evadet illæsus, & immunis à murmurationibus, ægrè ferentium dispositionem infirmi, licet revera hæc absque suo interventu acciderit: *In causis pecuniariis* (ait S. Ambrosius lib. 3. de Offic. cap. 9.) *intervenire non est sacerdotis, in quibus non potest fieri, quin frequenter ladtatur alter, qui vincitur, quoniam intercessoris beneficio se victum arbitratur:* Præterea Confessarius nullo modo testatori in particulari suadeat, quibus hæreditas, vel legata relinqui debeant; præsertim sibi, vel propriâ Ecclesiæ, aut Conventui, quia hoc sapit avaritiam, à qua debet valde caverre persona Deo addicta, juxta dictum Christi Domini Lucæ cap. 12. *cavete ab omni avaritia.* Sed expedit fermè in genere tantum pias dispensa-

spensationes commendare, nisi testator consilium petens dirigendus sit, ipsique explicandum, quidnam consideratis omnibus honestius ad animæ ejus salutem utilius, Deoque gratius existimetur.

Debet pariter Confessarius suadere infirmo, ut tempestivè de suis rebus disponat, & ne in mortis agonem differat, sed id facere aggrediatur, antequam mortis periculum timeatur, dum sensus, & ratio vigent, ut quietius meliore consilio, & majore apud Deum merito perficiat, tempore, quo in gratia DEI piæmissa etiæ sacra Confessione, ac Communione constitutum se esse existimat; insuper eundem admoneat, ut de prædictis clarè, & distinctè disponat, ne litibus detur occasio, quæ sunt origo, & foementum odiorum, & dissensionum: Demum ut in dispositione Missarum ita se gerat, ut quantocuyus celebrentur pro celeri animæ suæ suffragio, ut vanitatem in apparatu sui funeris abhorreat; etenim validè dedecens est, quod cadaver vili terræ consignandum, per plumas vanitatis ad ventum elevari præsumat; & quod jacens in sepulchro omnium pedibus subjectum, alijs supereminere ambiat.

P A R S V.  
De obligatione Parochi  
adjuvandi suos Parochianos ad  
bonam Mortem.

108. P. P.R. accuso me fuit negligentem in assistance infirmis, & moribundis.

C. Inter cæteras graves Parochi obligationes est assistentia, visitatio infirmorum cum charitas christiana, ut ponderat Cardinale Toletus lib. 5. cap. 5. sub. num. 11 bis verbis: „ debet (Parochus) infirmis, mos suæ Parochiæ visitare; & sic re, an Sacramento indigeant, quod periculosis est moribus; & debet ministrare, ipsòisque ad suscipiendum exhortari, & ad faciendum testamenta, & alia Christiana opera & in hoc non exequi officium, est gravissimum peccatum.

Et quamvis citando Posslevint dicat Marchadus tom. 2. lib. 4. p. 2. tract. 3. docum. 23. num. 1. non peccare graviter Parochum differentem moribundum, quando in Sanctissimis Sacramentis est munitus, & bene dispositus; vel etiam quandō in phrenesim incidit, propterquā si esset impoenitens, confiri ac occasionē à se amovere renens: hanctamē doctrinam Marchadi limitat R. P. Magister Lumbier fragm. tom. 2. fragm. 9. num. 66 nempe si alius non intersit ad confortandum infirmum, & in his suis propositis pro felici subeunte morte confirmandum, teneatur Parochus sœpè eum visitare ad ejusdem statum dignoscendū, & utriusque majori assistentia indigeat.

C. V. 109. tutissimum quia in in ne pluri commun contend vi impec quapropter litio in cato sup periculat instanti l exiguæ dolores compescit animam: sensus: a tremendo dabilis: cinatione rabile: sp refacit, & animæ na mersionis adiumentum erit necel lut natura consilij, ex n. ut agitatum tum perdu 110. V. dos Dcems exitu rapie rochus no astuti, & va rejecere quidem, alio

109. hanc sententiam Lumbier  
tutissimam, & certissimam censet;  
quia in illo supremo vita discrimi-  
ne pluribus aggressionibus hostis  
communis animæ castrum superare  
contendit, ac suarum deceptionum  
vi impetuosa id occupare conatur,  
quapropter si Parochus huic fortia-  
litio in obsidione ita stricta consti-  
tuto suppetias non venit, sumopere  
periclitatur. Tentationes in illo  
instanti sunt multæ, vires infirmi  
exiguæ: angustiæ cor opprimunt:  
dolores potentias suppressunt, &  
compescunt: angustiæ obstringunt  
animam: accidentia perturbant  
sensus: afflictio est magna: pavor  
tremendus: horror mortis formi-  
dabilis: dubium de salute, vel da-  
mnatione, tormentum est intole-  
rable; spes confortat, timor ter-  
refacit, & inter spem, & timorem  
animæ navicula fluctuans, in sub-  
mersionis, ac damnationis periculo  
advenitur. Quomodo ergo non  
erit necessarium ut Parochus, ve-  
lut nauta dexter teneat puppim  
consilij, exhortationis, admonitionis,  
ut animæ navigium tot undis  
agitatum ad securum gloriæ por-  
tum perducere valeat.

110. Varios solet attentare mo-  
dos Dœmon ad animam in hoc  
exitu rapiendam, quos sapiens Pa-  
rochus non debet ignorare, ut  
alii, & versuti serpentis illusiones  
rejicere queat: aliquos contra fi-  
dem, alios contra spem, & alios

contra Charitatem tentat, adeo-  
que operæ pretium est, ut Paro-  
chus frequenter ad actus Fidei,  
Spei, & Charitatis eliciendos infir-  
mum hortetur. Proponat infirmo  
magnum Dei misericordiam, im-  
mensam ejus bonitatem, & amo-  
rem, vi cuius neminem perdere,  
sed omnes salvare peroptat: nec  
venisse in mundum ad justos, sed  
peccatores quærendos; pretiosum  
Christi JESU Sanguinem ei repræ-  
sentet, in cuius rubicundis corallis  
redemptionis nostræ pretium asser-  
vatur, ac exiguis nostris meritis,  
non gloriam, sed delictis pænam  
æternam deberi: ac proinde Chri-  
stum Dominum morte sua, & pas-  
sione Coronam illam immortalem  
nobis promervisse: potentissimâ  
Reginæ Angelorum intercessione  
eum fulciat, quæ semper fuit, & est  
Peccatorum protectrix, meticulo-  
forum asylum, formidolosorum  
animatrix, desolatorum refugium,  
afflictorum consolatrix, derelicto-  
rum Mater, pauperum Patrocinium,  
miserorum Spes, scopus splen-  
dens, ad cuius lucem cordis nostri  
supplicationes, & affectus directi,  
felix iter inter mortis turbines, &  
tempestates nobis promittit.

111. Si infirmus nimium de Di-  
vina Pietate præsumat, inscrutabili-  
lia Dei judicia ei obijciat: latro enim  
è Cruce à Christo ad Paradisum du-  
citur, & alterum è suis humeris in  
infernum emittit, & tamen primus

in vita non fuit minus iniquus quam alter: Judam, postquam ad suam mensam, & societatem admissus est, perire sinit; & super injurium, & blasphemum Longinum benedictionem suam effundit: Magos, Regionis adeò longinquæ incolas suæ lucis radijs illuminat; Herodem in eodem districtu commorantem inter suorum errorum tenebras relinquit: *Terribilis in consilijs Deus!* *psalm. 65.* His alijisque motivis justum, ac debitum Dei timorem infimo incutiat, & suadeat.

112. Alios ex præteritarum culparum reminiscencia valde afflitos deprehendet, hos ad spem animet proposito infallibili Dei verbo, parcendi peccatori verè contrito, ac cælum, & terram potius transitura, quam verbum Domini præteritum. Alios in suis sceleribus deflendis tepidos, & desides comperiet, quibus Dei offensæ gravitas est proponenda, & quam abominabilis sit injuria, summum Bonum pro Dæmonis servitute deferere: & ut in Christi Crucifixi libro culpæ gravitatem legant, siquidem quævis ejus pæna est copiosus tractatus nostrarum culparum turpitudinem detegens.

113. Demùm in hoc articulo juxta necessitatem infirmi Parochus se gerat, ægrè ferenti dolores; Christi Domini cruciatus, Purgatorium & inferni poenas proponat; ob conjugis, Filiorum, Amicorum, &

divitiarum amorem afflito omnibus caduca, & terrena esse spernere suadeat, & quidquid in hoc mundo invenitur, esse lutum, cineres, terra, pulverem, nihil: Virtus Orationi, frequentia Sacramentorum, ac Dei amori deditos, suavem actuum anagogieorum, orationum jaculatoriarum tractem conducat, ac quemlibet iure ejus necessitatem, genium, natum, & tentationes, & indigentiam spirituali subsidio fulciat; si quidem libenter adjungerem breves aliquas exhortationes provocando infirmo ad bonam mortem sed ne à meo assumpto declinemus omitto.

114. Non obliviscatur Parochus munire infirmum indulgentijs, quæ vi Bullæ, vel Rosarij, Crucis, Numismatis, cui sit annexa Indulgentia in articulo mortis, potest aquirere: & licet non requiriatur quod infirmus expreſſe sibi indulgentias applicari petat, sed sufficiat interpretativa, quæ includit inter accipiendo Bullam, aut deferendo Rosarium, Crucem, aut Numismatum, nec quod infirmus sit perfectè compos sui, ut videri potest in Diuin part. 5. tract. 3. refol. 133. nihil omnus consultum est, eas ipsi applicare, antequam sensibus destituta sit, eumdem ad actum contritionis vel etiam si possibile est ad novam reconciliationem hortando, hoc, ut per iteratum culparum dolorum

lorem  
pæne,  
concedi  
conditi  
articulo  
gat. Li  
borum  
dulgent  
rit tam  
„ Misera  
„ &c.  
„ nem,  
„ ritate  
„ sti, qu  
„ nes In  
„ possur  
„ am pe  
„ am: c  
„ bi ind  
„ ciata,  
„ Imagin  
„ forte  
„ seris,  
„ pro ho  
„ Patria  
„ Amer  
„ Passio  
„ sti, &  
„ nis, &  
„ quidq  
„ patien  
„ remiss  
„ rum &  
„ Hic s  
quo Pa  
trimoni  
tuali, su  
re; casu  
lorum

lorem facilius obtineatur remissio  
panæ , quæ mediante Indulgentia  
conceditur : & sub futura mortis  
conditione Indulgentias pro ejus  
articulo concessas applicare satag-  
at. Licet autem determinata ver-  
borum forma pro applicandis In-  
dulgentijs non sit necessaria, pote-  
rit tamen fieri his , aut similibus :

„ Misereatur tui Omnipotens Deus  
„ &c. Indulgentiam , absolutio-  
„ nem , & remissionem &c. Au-  
„ ritate Domini nostri JESU Chri-  
„ sti, quâ fungor, concedo tibi om-  
„ nes Indulgentias, quas concedere  
„ possum , & specialiter Indulgenti-  
„ am peccatorum tuorum plenari-  
„ am: quam Summus Pontifex ti-  
„ bi indulxit in Bulla Sanctæ Cru-  
„ ciæ, aut tali cruce, grano, sive  
„ Imagine concessit &c. Quod si  
„ forte nunc ex hac vita non disces-  
„ seris, reservo tibi hanc gratiam  
„ pro hora mortis tuae. In nomine  
„ Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,  
„ Amen. Et potest, si placet addere:  
„ Passio Domini nostri JESU Chri-  
„ sti, & merita Beatae Mariæ Virgi-  
„ nis, & omnium Sanctorum , &  
„ quidquid boni feceris , vel mali  
„ patienter sustinueris , sit tibi in  
„ remissionem peccatorum tuo-  
„ rum &c.

Hic se offert tractatus de Modo ,  
quo Parochus debet assistere Ma-  
trimonio , sed quia is habetur in Ri-  
tuali, superfluum est de eo hic age-  
re; calus tamen ad hanc materiam

pertinentes , à Doctorib⁹ discul-  
sos, ad tertiam partem Conferen-  
tiarum remitto.

## C A P U T VI.

### *De Exhortatione facienda*

*Parochio Confidenti.*

115. C Hristiana invidia habenda  
est, cui Dominus anima-  
rum suarum curam demandavit ,  
non tantum ob custodiæ thesauri  
adeò pretiosi honorem, verū eti-  
am ex eo, quod in statu magnam  
coronam aquirendi positus fuerit.  
Summopere D. V. suum munus , &  
Officium æstimare debet , quo  
Creator animas suo sanguine re-  
demptas, ac hortulos, in quibus  
eius affectus delitiatur , ipsi consi-  
gnavit. Adam, ait Sacra Historia,  
à Divino Artifice ad imaginem , &  
similitudinem suam factus fuit Gen.

1. Faciamus hominem ad imaginem,  
& similitudinem nostram : & Theodore-  
tus ibi quæst. 20. inquit, hanc  
imaginem sitam fuisse in Dominio  
Paradisi, quem Deus Adami custo-  
diæ commendavit: Ut operaretur ,  
& custodiret illud. Omnes justi per  
participationem gratiæ Dei imági-  
nes sunt, sed singulariter hæc excel-  
lentia de Parochio prædicari potest,  
cum Dominus conservationem , &  
custodiā Paradisi , ac delitiosum  
animarum suarum viridarium ei-  
dem consignaverit; post cujus soli-  
citam culturam certum , & ingens  
consequetur præmium. Pastori illi

Philadelphiæ, quem nomine Angeliscriptura sacra honorat, (quia in conspectu Dei similes Personæ Angelis equiparantur) dixit Supremus Iudex: *Ecce venio citio Apoc. 3.* Hæc verba in rigore saltem, adventum Judicis indicare videntur: ita est, non tamen Judicis iustitiam vindicativam, sed remunerativam erga hujus Prælati vigilantiam, sollicitudinem, & Zelum excentis. *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Si V.D. est Angelus nomine, sit operibus Angelus Custos, oviculas sibi commendatas à luporum dentibus defendens, & in hac vita magnam cælestis gloriæ coronam sibi lucrabitur.

116. Ast si Parochi suo munere fungentis sors est invidenda, in eodem negligentis infortunium est deplorandum: Si in propria Parochia residet, animæ suæ fructum, ac Parochianorum suorum utilitatem consequitur: Si verò ab eadem se absentat, summis miserijs animæ sunt obnoxiae, & teste sapiente *Prov. 27. v. 8.* sunt veluti ova, & pulli, quando avis nidum deserit: *Sicut avis transmigrans de nido suo; sic vir, qui derelinquit locum suum,* addit Liranus ibi: *Per hoc intelligitur malitia Prælati animalium curam negligens:* Avicula à nido absente, ova absquè fomento remanent, & cum periculo ne præ frigore corruptantur, eorumquæ substantia evanescat; si à nido Mater abest, pulli

de facili aut à volucrib⁹ rapinæ, à serpentibus devorati pereūt; proformiter si Parochus suos Parochanos derelinquit Draco infernus eos persequitur, rapit, concule ac bona desideria, & propositi iisdem tepescunt, & evanescent. Absentia septem dierum Proph. Samuelis: *expectavit septem die juxta placitum Samuelis, & non nunc Samuel &c.* *I. Reg. cap. 13.* causa fuit, quod Saul peregrinatur à Domino, quod Populus suus derelinqueret, & mille funeris tragedias experiretur. *Diligit quæ est populus ab eo:* ob absentiam trium dierum Davidis Siceleg fūcensca fuit, ac mulieres captivæ dñe sunt: *Amalecitæ impetravimus* fūrunt ex parte australi in Siceleg, succenderunt eam, & captivas dñe runt mulieres ex ea à minimo usq; ad maximum *I. Reg. 30. v. 10.* Per quod datur nobis ad intelligentiam, ait Nicolaus de Lira, quod si absens sit Parochus, cui animorum cura concedita est, vitiis igne corda incendantur. *Damna* incendunt populum suum igne compiscientia carnalis, & cupiditatibus ducunt eum captivum multiplicant peccatis irretitum: Si quando in radiorum suorum jacula emittit non datur medium interjectum umbram faciens viatori, labores hunc opprimit, & calor inflammans si Parochus animas suæ præsumbraculis non tegit, ab igne pectorum

sonum  
flammeum  
storibns  
cursus P  
cum salu  
fraudale  
lupus ab  
num can  
plorat, i  
in Luc. u  
qua som  
desidium  
nificinam  
las defen  
ant, & si  
ma sua a  
Ezechiel  
Dipersa  
effet Pasko  
tionem or  
117. 1  
dicere, su  
quere: r  
cario Aar  
pulo, ut  
tamen a  
zia, ut  
sensualit  
atriæ se  
pulus ma  
dere, &c  
fectissim  
cerdos E  
te quando  
locum te  
torem, &  
invenit:  
tellexi mi

fonum suarum percussæ incident; flammæ vitiorum in humanis peccatorib[us] ardent, necessarius est accursus Parochi pro tanto incendio cum salutiferis aquis extinguendo; fraudulentâ calliditate, & versutiâ lupus absentiam Pastoris, & somnum canum, gregem tuentium explorat, inquit S. Ambrosius lib. 7.

in Luc. cap. 10. *Lipi bestiæ sunt, qua somnum canum, absentiam, ac desidium Pastorum explorant, ut carnificinam super pauperulas oviculas defensione destitutas exerceant, & si Parochus eas deserit, summa sua amaritudine Prophetia illa Ezechielis verificabitur cap. 4. v. 3. Dispersa sunt oves meæ, et quod non esset Pastor: & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri.*

117. Nec suffragatur Parochis dicere, se idoneos Vicarios relinqueret: reliquit Moyses pro suo Vicario Aaron, quando discessit à Populo, ut Montem ascenderet: & tamen absentia Moysis fuit ita noxia, ut Populus ebrietati, ludis, sensualitatibus, ac demum idolatriæ le turpiter traderet: sedit Populum manducare, & surrexerunt ludere, &c. Exodi 32. Nehemias perfectissimus Vicarius videbatur Sacerdos Eliasib, & hoc non obstante quando regressus est Nehemias, locum tenentem suum prævaricatorem, & cupiditati obnoxium advenit: *Veni in Jerusalem, & in tellix malum, quod fecerat Eliasib To-*

*bia, ut faceret ei Thesaurum in vestibulo Domus Dei. 1. Esdræ 13. num. 7. v. 8. quia Vicarij, aut substituti solum lucrum querunt, ait Cardinalis Lugo in cap. 32. Exod. & nequam animarum salutem, Vicaria pecuniam extorquet à populo si bi commissio, de salute animarum parum curat.*

118. Pastores non lac ovium respicere debent, sed pascua salubria, de quibus providere iisdem tenentur pro munere solliciti Pastoris: sanè augentur oves ( scribit S. Athanasius epist. 1. ad Episcop. Cretensem ) „ & in tuto sunt, cum præsunt boni „ Pastores, non autem qui solum „ ebibant lac, & lana tegantur: de similibus Pastoribus, proh, dolor! verificatur illa sententia D. Bernardi, *serm ad Cler. in Conc. Remensi: „ Ecclesia DEI vobis commissa est, & dicimini Pastores „ cum sitis raptore, & paucos habemus ( heu! ) Pastores, multos „ autem excommunicatores, & utilitas „ nam vobis sufficeret lana, & lac, „ sitis enim sanguinem. V.D. non sit hujusmodi Pastor, à cupiditate ditescendi, ac locupletandi cum redditibus Ecclesiasticis non sinat se trahi, sed à zelo suo subditos erudiendi, quod DEUS indicavit, dū præcepit Aaroni ingredienti Sanctorum, ut campanulas aliquas aureas ad fimbriam pendentes portaret: Sacerdos ( ait S. Greg. lib. 1. regist. Epist. 24. ) ingrediens, & egrediens „ mori-*

„ moritur, si de eo sonitus non au-  
 „ diatur, quia iram contra se occul-  
 „ ti Judicis exigit, si sine sonitu-  
 „ prædicationis incedit: V. D. te-  
 „ netur ex officio oves suas Verbi  
 DEI prædicatione pascere; ne quæ-  
 „ so sit negligens in tam Sancto, ac  
 proficuo Ministerio: sciat de pec-  
 catis à suis subditis defectu exhorte-  
 tionis, bonæ doctrinæ, patrandis,  
 rationem à DEO summo rigore ef-  
 se exigendam, juxta vaticinium il-  
 lud Ezechielis, *cap. 3. v. 18.* „ Si  
 „ dicente me ad impium, morte  
 „ morieris, non annunciareris, ei  
 „ nequè locutus fueris, ut averta-  
 „ tur à via sua impia, & vivat: ipse  
 „ impius in iniquitate sua morie-  
 „ tur; Sanguinem autem ejus de  
 „ manu tua requiram. Judex Su-  
 premus cuicunque peccatori mor-  
 tem æternam minitatus est, si V.D.  
 per prædicationem suorum Paro-  
 chianorum crimina impedire non  
 nititur, ipsi peribunt, & V. D. stri-  
 ctissimam rationem reddet, ac de-  
 clarabitur complex, inquit S. Gre-  
 gorius *in eum locum Ezech. in pæna,*  
 sicut est complex per suam somno-  
 lentiam in culpa: *Morti, cui non*  
*contradicis, adjungeris.*

119. Excitet se pariter ad instru-  
 endas suas oviculas in doctrina  
 Christiana, quia præceptum illud  
 Divinum eam alloquitur: „ Do-  
 „ ceatisque filios Israel omnia legi-  
 „ tima, quæ locutus est Dominus  
 „ ad eos per manum Moysi: *Levi-*

*tie. 10. num. 12.* Viri, & mulieri  
 pusilli, & magni necessaria ad sa-  
 tem scire tenentur, & V. D. op-  
 ram dare debet, ut ea calleant:  
 dicit dictum S. Joannis Chrysostomi  
*hom. 34. in cap. 13. epist. ad*  
*braeos;* „ omnium quos regis  
 „ hierum, puerorum, atque vi-  
 „ rum, tu rationem redditurus  
 „ tanto igni tuum subicis caput  
 Per vitam suam V. D. sedulo  
 ministerio incumbat, intentame-  
 te suam obligationem adimplere  
 animarum suarum saluti invigilans  
 perpendat, & recogit et tantas  
 Parochi obligationes: ut ausus  
 sit dicere Chrysostomus *ibid. A-*  
*ror, si potest salvari aliquis Rector*  
 120. Bono exemplo pariter pro  
 viribus suis subditis præesse studet  
 etenim doctrinæ fulgoribus mo-  
 cùm splendebit lampas, que ellip-  
 chnum habet in tenebris: *Dicitur*  
 ( ait S. Gregorius *in cap. 23. His*  
*remia*) „ prius in se virtutum suarum  
 „ tualium radios benè vivendo  
 „ veat, quos providendis subdi-  
 „ rum itineribus loquens admis-  
 „ stret. Paucis verbis sententia  
 multum dixit Plautus ut *Gentilis*  
*Monendus, nemoneas, Tu qui es*  
*rigendus, quomodo alios corrige*  
*audes? si emendatione indiges*  
*quomodo alios emendare praedi-*  
*mis?* Correctiones malè viventes  
 sunt sicut sigillum sine figura, dicit  
 Fabius: „ Sigillum rasum, ac ter-  
 sum, nullisque notulis inscri-  
 ptum: num, &  
 primi im-  
 sic verba  
 nullam fe-  
 rochianis  
 munt: in  
 S. Isidoru-  
 fas non er-  
 centi per-  
 cio est ve-  
 conforma-  
 quo proce-  
 tur juxta  
 cet: „ Ap-  
 sermon  
 „ non im-  
 turpiter  
 „ dem fer-  
 „ cebat:  
 tentijs, &  
 sufficiat V-  
 lis illa Dei  
 sit sibi ap-  
 „ Peccato-  
 „ quare t-  
 & assu-  
 „ per os t-  
 121. P-  
 in suarum  
 num spec-  
 examinet  
 ratione al-  
 animabus  
 flectat, q-  
 ferit in suc-  
 rochianor-  
 clamabit,  
 „ pre-

multa ad fidem  
V. D. op-  
tateant; a  
Chrysostomus  
epist. ad  
regis  
tque vni-  
ditur us  
cis caput  
sedulob  
tentamen  
adimplici  
ci invigilat  
tantes  
tausus  
ibid. A  
Reformator  
pariter p  
esse studet  
ibus mod  
, que ell  
ris: Dicit  
p. 23. Hu  
erutum fui  
ivendo o  
lis subduc  
ns admitt  
ententia  
at Genes  
qui es de  
os corrig  
ne indigne  
are prae  
le vivent  
gura, di  
m, ac te  
alis infec  
,, pro

ptum: quia sicut sigillum plau-  
num, & absque figura nullam im-  
primit imaginem ceræ, aut masœ,  
sic verba Parochi malè viventis  
nullam formam Christianam in Pa-  
rochianis eum audientibus impri-  
munt: inter Lacedæmones inquit  
S. Isidorus Pelusiota lib. 3. epistol. 23.  
fas non erat scandalosam vitam du-  
centiperorare, quia ajebant, Con-  
cio est velut umbra; & sicut haec  
conformatur figuræ corporis, à  
quo procedit; sic doctrina recipi-  
tur juxta vitam illius, qui eam do-  
cet: „Apud Lacedæmonios, qui  
sermones actionum umbras esse  
non immerito definierunt, qui  
turpiter vixisset, ne probam qui-  
dem sententiam pronunciare li-  
cebat: sed omissis ritibus, sen-  
tentijs, & observantijs Gentilium,  
Sufficiat V. D. pro doctrina terribi-  
lis illa Dei comminatio, qua utrum  
sit sibi approprianda, recogitet:  
„Peccatori autem dixit Deus;  
„quare tu enarras justicias meas,  
„& assumis testamentum meum  
„per os tuum? Psal. 49. v. 16.

121. Postremò hortor V. D. ut  
in suarum permultarum obligatio-  
num speculo conscientiam suam  
examinet: Sciat strictissimam Deo-  
rationem ab ipsa reddendam esse pro  
animabus suæ curæ commissis; Re-  
flectat, quod si negligenter se ges-  
serit in suo Ministerio, suorum Pa-  
rochianorum sanguis ad cælum  
clamabit, petendo vindictam con-

tra V. D. Ea ergo ad salutem sua-  
rum animarum cum Christo JESU  
se inflammet: perpendendo quan-  
ta pro earum ablutione Redem-  
ptor noster percessus fuerit absque  
obligatione eas redimendi: Hoe  
onus V. D. humeris est impositum,  
si huic sollicitè, & gnaviter vacabit,  
Deum sibi propitium, & propen-  
sum experietur, ovinulae sibi con-  
creditæ bono pabulo nutrientur;  
anima ejus in tuto posita, uberes  
gratiæ fructus acquiret, ac im-  
mensa gloriae præmia conseque-  
tar, Amen.

## TRACTATUS XIV. DE STATU RELI- GIOSO.

### C A P U T I.

*De Ministro cui confiteri  
debent Religiosi.*

IN hoc capite loquar de Sacerdo-  
te, cui Religiosi possunt confiteri  
peccata non reservata suo Prælato,  
& in sequenti de Ministro habente  
facultatem eos absolvendi à reser-  
vatis. Suppono autem hic esse ser-  
monem de Religioso confidente  
alicui Sacerdoti sæculari, vel Reli-  
gioso alterius Ordinis.

i. P. Placet ne V. D. meam  
Confessionem excipere?

C. Dicat

## 168 Tractatus XIV. de Confessione Regularium.

C. Dicat mihi V.P. habet ne licentiam à suo Prælato mihi confitendi?

P. Non Domine Reverende.

C. Est ne statutum, aut consuetudo in Religione V.P. dans facultatem Religiosis egredientibus de Monasterio, eligendi sibi Confessarium, quinon sit ejusdem Ordinis?

P. Domine Reverende si expressè id non concedunt Prælati, non est consuetudo nostra confitendi alijs extra Religionem.

C. Non possunt Religiosi confiteri, nisi Confessariis ejusdem Religionis deputatis, & approbatis ab ijsdem eorum Prælati; & si confitentur Sacerdoti sæculari, aut Religioso alterius Ordinis, quamvis sint approbati ab Episcopo absque licentia proprij Prælati, Confessio erit nulla ex defectu Jurisdictionis. Ratio est, quia Religiosus non est subiectus Episcopo, nec subditus Prælato alterius, sed sui Ordinis: ergo nec Episcopus, nec Prælatus alterius Religionis potest concedere facultatem, & jurisdictionem absolvendi Religiosum non suum: Ita Joannes Sancius *in select. disp. 49. num. 5.* Ochagavia *de Sacr. Panit. tract. 2. quæst. 37. num. 5.* Leander à Murcia *in expos. Regul. Seraph. ad. cap. 7. q. 7. select. num. 1.* Nec Religiosi indigent approbatione Episcopi pro excipiendis Confessionibus suorum Confratrum; quia Concilium Tridentinum *Sess.*

24. cap. 15. de reform. ubi agit approbatione Episcopi, loquitur Confessionibus sæcularium; Confessiones sæcularium, etiam Sacerdos audire; ita cum Navarro, Henquez, Suarez, Lezana, & alijs tavit Barbosa super hunc locum Concilij *num. 9.* Joannes Sancius *locu citato num. 1.* Coninch *diss. dub. 7. num. 48.*

2. Possunt pariter Religiosi licentia suorum Prælatorum dare sibi Confessarium Sacerdotum Simplicem non approbatum Ordinario: ita Ochagavia *sp. num. 4.* Trullench super Bullam *1. §. 7. cap. 1. dub. 1. num. 6.* cum Vasquez, Reginaldo, & Bonacina *tom. 1. diss. 5. de Sacra Pœnit. quest. 7. punct. 4. §. 1. num. 10.* modò talis Sacerdos complex non sit vir indoctus, & ignorans, in hoc enim casu nulla est Confessio, non ex defectu jurisdictionis, sed inabilitatis, & insufficientiae Confessarij à Religioso electi: sic Ochagavia *Locus* *quæst. 8. num. 4. propè medianus.* Vasquez, Reginaldus, & alij à Joanne Sancio *ubi supr. n. 5.* qui *ibi in fine addit.* quod si unius Sacerdos non esset vir prorsus validus, valida esset Confessio, licet pœnitens teneretur postmodum iterum confiteri illa peccata, quia non potuit percipere Sacerdosrum idoneus & hoc intelligendum est, quando pœnitens eligit huic

modi Sa  
bond fide  
supra §. 2.  
do ipsem  
valens su  
fessarij,  
grauitate  
que circu  
tibus: it  
sct. 4. nu  
alias pec  
sibi Conf  
norantem  
72. & co  
ejus Con  
3. In a  
let esse st  
introduc  
sus itiner  
rum Sup  
tem, & lic  
di suo soci  
dos; ita p  
gione Ca  
Leandro  
quæst. 2. n  
aut neglig  
cientes no  
centiam a  
Et si in  
tutum, au  
quod Reli  
habent t  
rum Præ  
alterius O  
culari, lic  
Portell  
fessor erga

# Caput I. De Confessario Regularium. 169

modi Sacerdotem in Confessarium bona fide; ut inquit Bonacina *ubi supra* §. 2. num. 13. & 14. vel quando ipsem Pœnitens est vir doctus, valens supplere ignorantiam Confessarij, eumque admonere de grauitate, vel levitate peccati, ejusque circumstantijs speciem mutantibus: ita Lugo *de penit. disp.* 21. *sext. 4. num. 70. in fine, & num. 72.* alias peccaret pœnitens eligendo sibi Confessarium Sacerdotem ignorantem, inquit Lugo *eod. num. 72.* & consequenter invalida esset ejus Confessio.

3. In aliquibus Religionibus solet esse statutum, aut consuetudo introducta, quod quando Religiosi itineratur cum obedientia suorum Superiorum, habeat facultatem, & licentiam tacitam confitendi suo loco, licet sit simplex Sacerdos; ita practicatur in nostra Religione Capuccinorum teste N. P. Leandro à Murcia *super 7. cap. Reg. quæst. 2. num. 8.* licet ex oblivione, aut negligentia Religiosi iter facientes non petierint expressam licentiam ab eorum Prælato.

Et si in aliqua Religione esset statutum, aut consuetudo introducta, quod Religiosi extra Monasterium habeant tacitam licentiam ab eorum Prælatis confitendi Religiosis alterius Ordinis, aut Sacerdoti sæculari, licitum erit ipsis hoc facere. *Portellus in dub. Regul. Verb. Confessor erga Relig. num. 12. (ubi trac-*

tat de ff. Minoribus, & fermè de omnibus alijs Ordinibus) censet, quod si Religiosus iter faciens ex oblivione non petijt licentiam confitendi extraneo Confessario, possit confiteri Religioso alterius Ordinis, vel Sacerdoti sæculari: si verò ante egressum è Monasterio recordetur hujusmodi licentiæ petendæ; tenetur eam à suo Prælato petere.

4. Nunc ergò mihi dicat V. P. si non habet expressam licentiam à suo Prælato, nec est consuetudo, aut statutum suæ Religionis, quod Religiosi extra Conventum censemantur habere licentiam tacitam confitendi Sacerdoti alterius Ordinis; quomodo instat, ut ipsius Confessionem excipiam?

P. Hoc dico ei, quia habeo Bullam Cruciatæ.

C. Est opinio Rodriguez, & aliorum d. d. salmaticensium, quos omisso nomine citat P. Leander à Murcia *ubi supr. quæst. 2. num. 1.* Mendi, Hurtadi, & aliorum apud Leandrum à Sacramento, qui eam probabilem putat *part. 1. tract. 5. disp. 12. quæst. 62.* affirmantium, Religiosum per privilegium Bullæ posse eligere sibi Confessarium quemlibet approbatum, ut eum absoluat à peccatis mortalibus non reservatis absque ulla licentia sui Prælati, quam opinionem in praxi tutam judicat Diana *part. 1. tract. 11. resol. 14. in fine.* quare secundum hanc doctrinam licite potest

V. P. mihi confiteri peccata non reservata.

Contrariam sententiam afferentem, Religiosum vi Bullæ non posse eligere sibi Confessarium extraneum approbatum ab Episcopo, pro absolutione mortalium non reservatorum in sua Religione, sequitur cum Corduba, & Petro Navarro P. Leander à Murcia loco citato num. 3. Bardus, Lugo, & alijs apud Dianam part. 11. tract. 6. resol. 38. & hæc sententia est vera, adeoquè tenenda; quia Pontifices Clemens VIII. & Vrbanus VIII. declararunt, quod Religiosi in ordine ad Confessionem sint subordinati, & subiecti dispositioni Prælatorum, Bulla Cruciatæ in hoc minimè ipsis suffragante: ergo non poterunt absque licentia suorum Prælatorum eligere sibi Confessarium virtute Bullæ, ut eos absoluat à peccatis mortalibus non reservatis.

5. Attamen dicat mihi V. P. Prælati suæ Religionis consentiunt ne, ut Religiosi accipiant Bullam cum notitia, quod ejus privilegio utantur pro absolutione peccatorum mortalium extra Religionem? quia hac tolerantia, & tacita licentia supposita probabile existimo, posse Regulares uti Bullâ ad hunc finem, ut loquendo de peccatis reservatis, tenet cum Henriquez, Lugo, Trullench, & alijs Leander à Sacramento part. 1.

tract. 5. disp. 12. quæst. 59. in hoc enim casu iam cessat declaratio decreti Vrbani VIII. siquidem Religiosi utentes privilegio Bullæ cum tolerantia, & licentia tacita suorum Prælatorum verificatur eos subiectos eorumdem dispositionam ordine ad Confessionem.

P. Domine Reverende in me Religione hoc non tolerant Prælati, quinimò si scirent, quod aliquis subditorum utatur Bullæ confitendum extra Religionem, eum punirent; sed si V. D. non amittit opinionem, secundum quam vi Bullæ possim ipsi confiteri, scilicet apparuisse modo Jubilæum sanctitatis, per quod datur facultas cuilibet eligendi sibi Confessarium approbatum ab Ordinario, & in virtute hujus meam Confessionem excipere potest.

C. Et hoc Jubilæum concedit ne facultatem generalem eligendi Confessarium, comprehendendis etiam speciatim, & nominatim Regulares.

P. Ita Domine Reverende.

C. Ergo probabile arbitrio quod in hoc casu possit V. P. confiteri Sacerdoti approbato ab Ordinario, licet non sit sui Ordinario Ita Bossius, Leo, & Diana eos citam part. 5. tract. 12. resol. 37. in fine, Leander à Sacramento ubi supra disp. 14. quæst. 85. qui dicunt tempore Jubilæi, in quo conceditur facultas generalis eligendi Confessarii

fellarium  
tim Re  
cilibi  
Ordina  
Prælat  
qua ad  
6. H  
Bonaci  
Panit. q  
Sorba,  
Diana  
mento  
cant, q  
tur Reg  
Confess  
dinario  
alterius  
Superior  
non sit  
men co  
quam c  
Vega,  
Lugo d  
fæd. 8.  
elijant C  
Ordinan  
intellig  
que alio  
Regular  
&c. hæ  
vera, &  
tanea.  
7. Ide  
Regular  
election  
mam se  
4. nemp  
fellarie

fessarium comprehendens speciam Regulares, posse hos confiteri cuilibet Sacerdoti approbato ab Ordinario; & in hoc casu non posse Prælatos esse rationabiliter invitatos, quo ad hujus facultatis usum.

6. Hic notandum, quod licet Bonacina tom. I. disp. 5. de Sacram. Panit. quaest. 7. part. 4. §. 1. num. 25. Sorba, Zanardus, & alij relati à Diana ubi supra Leander à Sacramento ibid. d. sp. II. quaest. 55. dicant, quando in Jubilao conceditur Regularibus facultas eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, posse confiteri Regulari alterius Ordinis approbato à suo Superiori pro Confessario, licet non sit ab Episcopo; Sententia tamen contraria est communis, quam cum Suarez, Reginaldo, Vega, & alijs, tenet Joannes de Lugo de Sacram. Panit. disp. 20. sđ. 8. num. 141. quia illa verba elegant Confessarium approbatum ab Ordinario loci, in sensu genuino intelliguntur de Episcopo, nec absque aliqua violentia ad Prælatos Regulares extendi possunt, ergo, &c. hæc sententia meo judicio est vera, & rationi magis consenteanea.

7. Idem dicendum in casu, quo Regulares possent uti Bullæ pro electione Confessarij, juxta primam sententiam adductam num. 4. nempè debere intelligi de Confessario approbato ab Episcopo,

non de Regulari alterius Ordinis approbato tantum à suo Prælato. Tametsi cum Angelo Valero, & alijs affirmet Joannes Sancjus *in suis select. disp. 49. num. 6.* in hoc casu etiam sufficere, quod Regularis electus pro Confessario à Regulari alterius Ordinis, uirtute Bullæ, sit approbatus tantum à suo Prælato; primum tamen est verum, & tuum, & semper consulendum.

## C A P U T II.

### *De Ministro habente facultatem absoluendi Regulares à casibus Reservatis.*

8. Suppono primò, casus reservatos esse triplicis generis; alijs reservantur ab Episcopis in Constitutionibus eorum synodalibus: alijs sunt retervati Summo Pontifici, & alijs Prælatis Religionum. Regulares non incurruunt reservationem casuum, quos Episcopi sibi reservant, cum non sint eorum Subditi, possunt tamen incurtere reservationem casuum reservatorum Summo Pontifici, & Prælatis suæ Religionis.

9. Suppono secundò, per Bullam Sanctæ Cruciatæ concedi facultatem absolvendi ab omnibus casibus reservatis Summo Pontifici; à reservatis vero in Bulla Cænæ semel in vita, & semel in periculo mortis (exceptâ Hæresi externâ) & Regulares posse absolvî ab his casibus

casibus reservatis Summo Pontifici, vi Bullæ, eorum Prælatis usum non interdicentibus: Verum quidem est, Prælatos communiter non esse invitatos, quod eorum Subditi possint absolviri à Confessariis suæ Religionis à casibus reservatis Papæ, virtute Bullæ, sed solum ne utantur ipsa pro eligendo Confessario alterius Ordinis, vel etiam ne à casibus sibi reservatis absolvantur à Confessario ejusdem Religionis.

10. Suppono tertio, in nostra Religione Confessarios approbatos, & deputatos pro excipiendis Confessionibus Religiosorum posse absolvere ab omnibus peccatis, & censuris Papæ reservatis ( excepta hæresi externâ, & casibus reservatis in Religione ) in solemnitatibus Christi Domini, & Beatissimæ Virginis Mariæ, in festo Omnim Sanctorum, Apostolorum Petri, & Pauli, in festo S.P.N. Francisci. S. Claræ, S. Catharinæ Martyris, in Hebdomada Sancta; & præterea in quatuor diebus anni eligendis à dictis Religiosis: ex privilegio Leonis Decimi, & per alijud privilegium Sixti Quarti concessum Monialibus Sanctæ Claræ, poterunt absolviri à dictis peccatis, & censuris quotiescumquæ necessitas aderit: ita docet N. P. Leander à Murcia *in explic. Reg. Seraph. ad cap. 7. quæst. 7. num. 19. & 20.* quo privilegio potiuntur aliæ Religiones participantes privilegia nostræ Religionis: hoc sup-

posito, dubium tantum est de casibus, quos sibi reservarunt Prælati in Religionibus.

11. P. P. R. accuso me in loco aliquam pecuniam perdidisse.

C. Lusit ne prohibito à legibus ut sunt aleœ &c. hoc enim est illictum, cum dedebeat Religio ludis à legibus prohibitis ludere nec intentio Prælatorum est, ut similibus ludis pecuniam exponant ita S. Antoninus, Azorjus *part. lib. 5. cap. 6. quæst. 8. §. 1. p. mibi* 357.

P. Non exposui hanc pecuniam ludis prohibitis, sed ludis permisivi cartifoliorum.

C. Est ne vetitum in Regula aut statutis Religionis V. P. neulus Religiosus tali ludo ludat? hoc enim supposito, non poterat V. P. ludere cartifolijs; licet esset consuetudo, quod multi Religiosi tui Ordinis ijs luderent; quia hæc consuetudo est corruptela, tanquam contraria legibus Religionis, nec est legitimè introducta: sic Dicostillo apud Dianam *part. 7. træs. resol. 14. §. Tertiò dico.*

P. Domine Reverende, non nobis vetitus lusus cartifoliorum

C. Exposuit ne V. P. ludo quantitatem notabilem? etenim si effici modica quantitas, & honestæ reerationis causa, non esset mortale ludere cartifolijs, seclusa prohibitione, quia rationabiliter præsumuntur de consensu Prælatorum,

C. II  
subditus  
hoc exerc  
exponend  
§. Tertio, i  
giosus alio  
ditis pro s  
licito illud  
hanc esse  
Prælati.

P. Qua  
quantitas

12. C.  
Prælati g  
pendendi  
niam? qui  
tia poterat  
ponere, &  
cum eadie  
dere; ita c  
selet. tom.  
4. quæst. 4.  
lib. 2. de j  
33. idem  
Navaro a  
catum.

7. træs. 9.  
Religiosur  
sui Prælati  
quantitatot  
men pecc  
do. Sent  
extimmat  
resol. 15.  
Rebello.  
quod Reli  
generalen  
dendi pec  
ponat, q  
subditis

subditus moderatè se exhibaret in hoc exercitio, modicam pecuniam exponendo; ita Azorjus *ubi supr. §. Tertiò*, insuper dicens, quod Religiosus aliquid reservans de sibi traditis pro sustentatione, possit ludo licito illud exponere, & posse credi hanc esse tacitam voluntatem sui Prælati.

P. Quod ludo exposui, erit quantitas viginti Regalium.

12. C. Habuit ne V. P. à suo Prælato generalem licentiam expendendi ad libitum hanc pecuniam? quia cum hac generali licentia poterat validè eamdem ludo exponere, & etiam residuum, quod cum eadem licentia potuit expendere; ita cum Salas P. Moya *in suis sciss. tom. 2. ad tract. 6. Apênd. disp. 4. quæst. 4. §. 2. num. 21. & Lessius lib. 2. de justit. cap. 26. dub. 5. num. 33.* idem tenet. quamvis cum Navarro affirmet, fore graue peccatum. Diana cum Amico *part. 7. tract. 9. resol. 14. in fine* putat, Religiosum cum licentia expressa sui Prælati posse ludo exponere

quantitatem notabilem, hunc tamen peccaturum eam concedendo. Sententiam Salas, & Moyæ extimat probabilem Diana *ibid. resol. 15.* cum Medina, Fausto, & Rebello. Et in opinione afferente, quod Religiosus habens licentiam generalem à suo Prælato expendendi pecuniam, validè eam exponat, quamvis illicite, conse-

quenter infertur, collusorem eam quantitatem lucrante posse sibi eam retinere absque onere restitutions: sic Alcozer, Medina, Angelus, Rebellus, Lopez, & alij apud Moyam *ubi supr. num. 22.*

Contrariam opinionem amplectitur Villalobos *in sum. part. 2. tract. 28. diffc. 5. num. 9. & 10.* videlicet, quod Religiosus habens licentiam à suo Prælato expendendi aliquid pro sua honesta recreazione, si illud ludo exponat, nec validè faciat, & consequenter colludens lucrator obligabitur ad restitutionsem. Hæc opinio mihi videtur probabilior, quia licentia rationabilis Prælati non est, nec se extendit, nec potest ita se extenderet, ut subditus in ludo quantitatem notabilem absument.

13. P. D. R. Habui licentiam non generalem à meo Superiore expendendi viginti illos Regales, sed specificam in altera re determinata ad meum libitum, nullo verò modo, ut eam ludo exponerem.

C. Cum ergò V. P. non habverit genericam licentiam expendendi hanc pecuniam, nec specificam pro ea ludo exponenda, nec tacitam, nec expressam, grauiter peccauit contra paupertatis votum in Professione Religiosa editum, & absumento hanc pecuniam in lusu, incurrit peccatum proprietatis; Quare A.R.P. Lum-

bier in dub. Reg. addit ad 2. part.  
fragm. in fine pag. ( mihi ) num.  
16. ait, quod Religiosus exponens  
ludo quatuor Regales, aut quanti-  
tatem æquivalentem invito suo  
Prælato, sit proprietarius.

Hinc est, quod collusor lucran-  
do Religioso quantitatem exposi-  
tam invito suo Prælato, teneatur  
ad restitutionem; quam sufficit  
fieri eidem Religioso, ita Villalobos  
ubi supr. num. 11. & consequen-  
ter, si Religiosus ludens contra vo-  
luntatem sui Prælati, lucraretur  
suo collusori, teneretur eidem re-  
stituere totum lucrum, secundum  
communem sententiam teste  
Moya ubi supr. num. 33. & num.  
34. qui citat Gabrielem, Armillam,  
Navarrum, & alios, dicentes Reli-  
giosum in hoc casu posse esse  
exemptum ab onere restitutionis  
lucri; & hoc probabile censet  
Diana part. 9. tract. 6. resol. 25.

14. Nunc dicat mihi V. P. pec-  
catum proprietatis est ne reservatum  
in sua Religione? cum sit  
unum ex undecim, propositis à  
Clemente Papa VIII. Religioni-  
bus pro reservatione; ut dicam  
sequenti capite, in quo patebit hoc  
Decretum.

P. Ita Domine Reverende, pec-  
catum proprietatis in materia  
gravi est reservatum in mea Re-  
ligione.

C. Habet ne V. P. facultatem  
absolutionis passivæ à casibus re-

servatis suo Prælato? sine qua  
timè scit, me non habere iuri  
dictionem eam absolvendi: at  
men si V. P. non potest non cel-  
brare absque gravi nota, aut sca-  
dalo, potero eam absolvere à  
teris peccatis non reservatis, si  
hoc vero reservato solum in  
rectè, cum onere se postmodum  
præsentandi suo Prælato, aut  
eodem petendi facultatem, quia  
tenus directè à peccato reservato  
absolvi possit.

P. Habeo Bullam Sanctæ Ca-  
ciatæ, vi cuius rogatam uolo  
D. quatenus dignetur me absolve  
à peccato reservato.

C. Conceditur ne à Prælati  
sui Ordinis usus Bullæ, ad hoc, si  
subdit à reservatis possint absolviri  
hac enim permissione, & licen-  
tia Prælatorum supposita pos-  
sem quidem in virtute Bullæ eam  
absolvere juxta dicta supr. op. I  
num. 5.

P. Domine Reverende, hoc  
mea Religione non permittitur  
nec toleratur.

15. Quæstio celeberrima  
temporibus fuit illa, utrum  
fragetur Religiosis Bulla, pro re-  
pienda absolutione à peccatis re-  
servatis in Religione, absque illa  
licentia Prælatorum: sententiae  
affirmatiæ amplexati sunt multi  
Doctores, teste P. F. Martin  
de Torrecilla, qui pro hac op-  
tione ultra sexaginta Authores di-  
cuntur, etiam P. M. 1696, die  
tice impr.

tat in se  
confut.

tilissimus

fuse tradi-

tivam pa-

contraria

menta co-

cord. t. c

esse euide-

lativam,

moderat

Fr. Eman-

uel. dep.

Opposi-

gulares i-

absolutio-

Religione

Superiori

eamque a-

biles Do-

adoquæ

confiden-

tis Docto-

R. P. F.

tract. 24.

fec. 6. n.

babilis :

non tutu-

& alijs pa-

nec extri-

digna ma-

possunt v-

filet. tra-

3. num. 2

tim P. M.

1696, die

tice impre-

rat in suis consuli. Moral. tract. 2. consuli. 6. num. 7. ubi hic eruditissimus Theologiae Moralis Heros suse tractat questionem; affirmatiuam partem probat, argumenta contraria dilvit, & eorum fundamenta convellit: ac deum n. 137. concl. 1. concludit hanc opinionem esse euidenter probabilem, speculatiuam, & practicam: eamque moderatè censet probabilem R. P. Fr Emanvel à Conceptione in suo tract. de panit. disp. 6. quæst. 7. num. 817.

Opposita sententia afferens, Regulares non posse uti Bulla, pro absolutione à casibus reservatis in Religione absque licentia suorum Superiorum est communissima, eamque amplectuntur innumera-biles Doctores, & verissima est, adeoque tenenda, sequenda, & confidenda: contraria verò à multis Doctoribus censuratur: nam à R. P. F. Aloysio Caspensi tom. 2. tract. 24. de Sacram. Pœnit. disp. 6. f. 3. 6. num. 32. vocatur improbabilis: à F. Joanne à S. Thoma non tuta: à Mendoza, Fragoso, & alijs parùm probabilis: à Mendo nec extrinsecè probabilis; à Lugo digna majori censura: quæ omnia possunt videri in P. Moya tom. 1. f. 3. tract. 3. disp. 8. quæst. 8. §. 3. num. 28. propè finem. Et ultimam P. M. Lumbier tom. 3. num. 1696. dicit, non tantum esse prac-tice improbabilem, verùm etiam

etiam timendum valde pernicio-sam fore. Præcipua inter cæteras horum Authorum ratio sita est in Constitutione Clementis VII I. quæ incipit: *Romani Pontificis ema-nata 23. Novembris anni 1599.* & videri potest in Bullario Cher ubini inter Constitutiones Clementis Octavi num. 64. & in Constitutione Urbani VIII. quæ incipit: *in specula militantis Ecclesiæ edita 19. Julij anni 1630.* quam refert idem Bullarium tom. 4. inter Constitutiones hujus Pontificis num. 106. qui declararunt Bullam Cruciatæ non suffragari Religiosis pro absolutione casuum reservatorum, sed in ordine ad Confessionem esse subiectos dispositioni suorum Prælatorum.

16. Quotiescumquè hanc Urbani VIII.. Constitutionem lego, tale robur, & tantam auctoritatem experior, ut opinionem contrariam nec ingredi, nec eam sequi, aut consulere audeam; quandoquidem in ea Sua Sanctitas respectu Regularium, dicit Privilegium Bul-læ: *locum minimè habuisse, nec ha-bere, neque illis ullo modo suffragari potuisse, nec posse &c.* in quo videtur declarasse mentem, cum qua Clemens Octauus ejus Prædecessor, cæteriquè Pontifices concederunt Bullam, quæ semper fuit cum re-strictione, ut non prodeisset Regularibus ad hunc effectum; alijs non diceret Urbanus VIII. *locum non habuisse,*

*babuisse*, non profuisse, aut suffragari potuisse, sed tantum, nolo, non est mea voluntas, ut mece Bullæ ijs suffragentur pro absolutione peccatorum reservatorum; & quamvis aliqui dicant, pro usu hujus Bullæ supplicatam fuisse suam Sanctitatem; hoc tamen non est euidens, sed dubium; in dubio autem melioris conditionis debet esse possessio Constitutionis, usum Bullæ interdicentis.

17. Præterea, non licet sequi opinionem tenuis probabilitatis; opinio autem tenuis probabilitatis est illa, quæ non est certè probabilis, sed solum probabiliter est probabilis; ut asserunt Filgueira, & Lumbier super tertiam Propositionem damnatam ab Innocentio XI. Et ego ipsem dixi super hanc propositionem 1. part. præc. tract. 10. n. 27. illa vero opinio dicitur probabiliter probabilis, cui intellectus aliqua ratione fultus assentitur cum formidine de ejus probabilitate; ita Lumbier tom. 3. sum. num. 1737. & sequenti: sed sic est, quod dato, quod intellectus aliqua ratione fultus assentiat opiniō, juxta quam Bulla suffragatur Regularibus pro absolutione reservatorum, talis assensus sit cum formidine de probabilitate hujus opiniois: ergo erit tantum probabiliter probabilis: Insuper opinio probabiliter probabilis est illa, quam licet aliqui Doctores

sequantur; alij tamen committere de ejus probabilitate dubia aut eam negant, ut dicit Filgue ubi *supr.* & ego dixi loc. citat. p. num. 17. sed sic est, quod pl. Doctores dubitent de probabilitate opinionis, quæ fauorit facit Bullam Regularibus reservatis, & alij eam negant, constat ex dictis *suprasub* num. ergo opinio, quæ fauet Regularibus virtute Bullæ pro ejusmodi solutione est tantum probabiliter probabilis: ergo est tan probabilitatis: subsumo: acquisitum ab Innocentio XI propositione tertia sequi opinionem modicæ probabilitatis: et non possumus sequi opinionem afferentem, Regulares vi B. posse eligere Confessarium, qui absolvat à peccatis reservatis. Dices contra primam rationem de intrinseca ratione probabilitatis: est formido de opposito: ergo ex eo, quod intellectus assentitur cum formidine opinione, pterea tenuis erit ejus probabilitas: Respondeo duas formidas esse considerandas in opinione una est de veritate obiecti, materiae opinionis, altera est probabilitate ejusdem opinionis formido de veritate obiectiva de intrinseca ratione opinionis, quia eo ipso, quod veritas filia terminis probabilitatis, & probabilitatis, necessariò non relinquit certitudinem in intellectu, & sequenti

C II  
sequent  
de eader  
probabil  
ter conv  
dicum p  
est certe  
hujusmo  
opinio se  
fragatur  
referativ  
nem de si  
terea di  
babilitate  
18.  
humani  
judicis,  
opinione  
preium,  
nem disc  
qui ferent  
probabil  
la suffrag  
solutione  
moderat  
nione ut  
aliquo ca  
timoratu  
famæ ex  
quem cat  
(nemo e  
doloroso  
attentati  
naturæ )  
tationis c  
angustiis  
quam ca  
opinionis  
dicuum f

sequenter remanet aliqua formido de eadem veritate: At formido de probabilitate propriè & peculiariter convenit opinioni, quæ est modicūm probabilis; ea enim, quæ est certè probabilis non relinquit hujusmodi formidinem; hinc cum opinio secundum quam Bulla suffragatur Regularibus pro casibus reservatis, secum ferat formidinem de suamet probabilitate, properea dixi esse tenuem ejus probabilitatem.

18. Verùm cum intellectus humani adeò discrepent in suis judicij, nec sit facile eos in unam opinionem trahere, non est operæ pretium, ut fusius hanc quæstionem discutiam; solum caueant illi, qui ferent judicium practicum de probabilitate opinionis, quod Bulla suffragetur Regularibus pro absolutione reservatorum, ut cum moderatione, & parcitate hac opinione utantur, nempe tantum in aliquo casu, quo Religiosus aliquis timoratus, exemplaris, & bonæ famæ ex humana fragilitate in aliquem casum reservatum incideret, (nemo enim in hac misera vita, & doloroso exilio certus est, ne cadat attenta summa fragilitate humanæ naturæ) & propter onus præsentationis comperiretur afflictus, & angustijs circumdatus, in hoc inquam casu poterit juuari per usum opinionis Bullæ, si practicum iudicium feretur de ejus valore; sed

uti ea opinione (etiam admissa ejus probabilitate) indifferenter pro omnibus; quis non videt, per hoc dari libertatem subditu relaxato, ut perspecta facilitate absolutionis vi Bullæ, absque ullo timore habenas vitio laxet? quis non penetrat, quod timor adeundi Superiorem pro absolutione sit frænum, continens appetitum intra terminos legis Divinæ? Quis non pendit per hujus Bullæ abusum reddi irritam, & inanem reservationem casuum, & finem intentum à Religione, & à Summo Pontifice Clemente Octavo, in assignando pro bono Religionis gubernio peccata, quæ reservari in Religione expediebat? Quis non percipit præjudicium, damnum, & detrimentum exinde Religioni securum? Absque dubio hoc prævidit Urbanus VIII. quando in Constitutione supra adducta, ostendit amaritudinem cordis expertam ex notitia, quod Regulares post Decretum Clementis Octavi sui Prædecessoris usi fuerint pro casibus reservatis privilegio Bullæ. Nihilominus (ait Urbanus VIII.) sicut nobis non sine animi nostri molestia innotuit; non nulli prætextu Bullæ ejusdem Sanctæ Crucis, ac dictorum indultorum Confessarium hujusmodi, qui eos, ut præfertur, absolvat, eligere posse prætendant, &c. Nos præmissis, quantum nobis ex alto conceditur, obvia re &c.

19. P. Sic ergo V.D. non assentitur opinioni, quod suffragetur mihi Bulla pro absolutione hujus casus reservati; & si scit, dari Autores Classicos, qui hujusmodi opinionem probabilem existimant, & esse communem sententiam, quod Confessarius debeat se conformare opinioni poenitentis, cur ergo V.D. meæ non se conformat, nec me absolvit cum hac opinione, quam multi censem probabilem?

C. Non ignoro dari graues Autores, putantes esse probabilem opinionem, afferentem Bullam suffragari Regularibus pro absolutione reservatorum; & esse communem sententiam, quod Confessarius debeat se conformare opinioni poenitentis; sed hoc intelligitur in materia Jurisdictionis; quia in hac non tenetur Confessarius se conformare opinioni probabili poenitentis, sed suam certioram potest sequi, ita Marchantius, Oviedus, Bardus, & Espindo apud Dianam part. 9. tract. 7. resol. 59. Lugo, Valentia, & alij, quos recenset Moya in select. tom. I. tract. 3. disp. 8. quæst. 8. num. 4. & ego ipsem cum Ponte, & Joanne Sanchez dixi in meis Confer. Moral. part. I. tract. I. de conscientia probabili num. 42. pag. 60. idcirco cum opinio afferens, Regulares posse in virtute Bullæ absolviri a reservatis, concernat punctum Jurisdictionis; hinc est, quod Confes-

sarius non teneatur in eo se conformare opinioni poenitentis, & suam certioram, & tutioram sequi

20. Quod dictum est in hoc, præcedenti capite, de Confessariis Religiosorum pro absolutione peccatorum mortalium reservatorum & non reservatorum, intelligendum est pariter de Monialibus, n<sup>i</sup> delicet, quod nequeant confiteri nisi deputatis, & nominatis à legitimo eorum Superiore (modo tamen sint examinati, & approbati ad hoc ab Episcopo, ut sancit Constitutio Gregorij XV. quæ incipit Inscrutabilis &c. emanata 1622 Antonino Diana allegata in Coordinat tom. 7. de dub. Regul. tract. resol. 346.) nec possunt ad hunc effectum uti privilegio Bullæ, n<sup>i</sup> cum limitationibus, & in causa supradictis: Hoc tamen non intelligitur de Novitijs sive masculis, sive foeminis, etenim licet habiuntur privilegijs favorabilibus Regioni, possunt tamen uti privilegia Bullæ, sicut sæculares pro absolutione omnium peccatorum, & causarum reservatarum; ut videlicet in P. Leandro à Murcia, per cap. 2. Reg. Seraph. cap. 8. num. 7. 8. 9. & 10. & in Portello dubijs Regul. Verb. Novitium, num. 36. & addit hic Author ibid. num. 34. cum Rodriguez Novitium non incurrire reservationem causa reservatorum à Prælatis Religionis, idem tenet cum Villalobos &c.

Cap  
commun  
resol. 110  
C  
Notit  
Casum  
21. S  
Regulari  
servatos  
hic liber  
pro omni  
ribus, &  
hi habeant  
in Religi  
alicuius  
excipient  
breve hi  
explicatio  
tus in R  
lent.  
22. Sup  
dam occa  
multiplic  
reservato  
scientia f  
Clementi  
stitutione  
finus Don  
prodij R  
videri po  
Cherubin  
bani O&  
pag. (mib  
tione Cle  
decim ca  
lati sibi re

communi Diana part. 2. tract. 2.  
refol. 110.

## C A P V T III.

### *Notitia, & Explicatio Casuum qui communiter reservan- tur in Religionibus.*

21. Suppono primò omnibus Regularibus innotescere casus reservatos in suo Ordine, sed cum hic liber imprimatur indifferenter pro omnibus Confessarijs Regularibus, & sacerdotalibus, ad hoc, ut hi habeant notitiam reservatorum in Religionibus, quandocumque alicuius Regularis confessionem excipient, operæ pretium duxi breve hic ponere compendium explicationis casuum, qui frequenter in Religionibus reservari solent.

22. Suppono secundò, ad tollendum occasionem Prælatis nimium multiplicandi numerum casuum reservatorum cum grauamine conscientiae subditorum, Sanctitatem Clementis Octavi edidisse Constitutionem, quæ incipit: *Sanctissimus Dominus noster*, quæ in lucem prodit Romæ 26. Maij 1593. & videri potest in Bullario Magno Cherubini inter Bullas Papæ Urbani Octavi tom. 4. post num. 28. pag. (mibi) 67. In hac Constitutione Clemens Papa Octauus undecim casus assignat, quos Prælati sibi reservare possunt, vel om-

nes undecim, vel eos tantum, quorum reservationem expedire judicabunt, absq[ue] facultate sibi reservandi alios, præter undecim à sua Sanctitate assignatos; quod si expediens esset adhuc alios reservare, hoc solum posse fieri in Capitulo Generali à toto Ordine, aut in Capitulo Provinciali à tota Provincia: Casus, quos Clemens Octauus assignauit reservabiles in Religionibus, sunt sequentes.

„ 1. Veneficia, incantationes,  
„ Sortilegia.

„ 2. Apostasia à Religione, sive  
„ habitu dimisso, sive retento, &  
„ quando eo pervenerit, ut extra  
„ septa Monasterij sui, seu Conven-  
„ tus fiat egressio.

„ 3. Nocturna, & furtiva e  
„ Monasterio, seu Conventu egre-  
„ sio, etiam non animo apostata-  
„ tandi facta.

„ 4. Proprietas contra votum  
„ Paupertatis, quæ sit peccatum  
„ mortale.

„ 5. Juramentum falsum in ju-  
„ dicio Regulari, seu legitimo.

„ 6. Procuratio, auxilium, seu  
„ consilium ad abortum faciendum  
„ post animatum fatum, etiam ef-  
„ fectu non secuto.

„ 7. Falsificatio manus, seu si-  
„ gilli officialium Monasterij, aut  
„ Conventus.

„ 8. Furtum de rebus Monas-  
„ terij, seu Conventus in ea quan-  
„ titate, quæ sit peccatum mortale.

„ 9. Lapsus carnis voluntarius operae consummatus.

„ 10. Occisio, aut vulneratio,  
„ seu gravis percussio cuiuscumque personæ.

„ 11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

23. Primus Casus reservatus *Veneficia &c.* Omnis actus maleficij, aut cuiuscumque superstitionis per quævis signa, sive sacra, sive naturalia fiat, si ex advertentia, & deliberatione sufficiente procedat, & in materia, quæ sit peccatum mortale, reservatur in hoc primo casu; ita N. R. P. Leander à Murcia super 7. Regul. cap. 8. num. 5.

24. Secundus Casus *Apostasia &c.* ad incurrendam hujus reservationem requiritur, ut Religiosus animo deferendi Religionem septa Monasterij egrediatur: quapropter hunc casum non incurrit ille, qui animo apostatandi usque ad portam pergeret, & illico reverteretur, quamvis ad hunc finem dimisisset habitum, ut videri potest in Bassæo Verb. *Cajus Reservatus post num. 4. §. 2.* Neque incurrit delictum Apostasie, secundum Jus commune, ille, qui transgreditur Clasuram non animo deferendi Religionem, sed aliquo tempore vagandi, & postmodum redeundi;

neque ille, qui exit e Monasterio ad sublevandos Genitores in extremâ necessitate constitutos, ad ingrediendam cum debitabilitate alias Religionem.

25. Tertius Casus *Nocturna furtiva &c.* Tria requiruntur incurrendam hanc reservationem. Primum est, ut egressio sit nocturna; unde egrediens de die, in crepusculo diei, vel noctis in animo apostatandi, non incidat in hunc casum: Secundum, egressio sit furtiva, & occulta ideoque, si aliqui Religiosi in complices talis egressionis sint conscijs, non erit casus reservatus. Tertium requisitum in decreto est, ut egressio sit extra Monasterium seu Conventum, idest septa Monasterij, sive illa sint muri, domus sive sepes hortorum, prout in una quaque Religione clausura tempore fita, & recepta est: his tribus simul sumptis conditionibus concurrentibus casus erit reservatus unica deficiente, non erit.

26. Quartus casus *Proprietatis* potest bene verificari, quod Religiosus graviter peccet contrarium paupertatis, & tamen non proprietarius: V. G. si ad sumum haberet res superfluas quantitate notabili cum licentia Prælati, peccaret graviter contra paupertatem; sed non esset proprietarius, nec hunc casum reservatum incurreret: hunc tamen

currit illud alienat, in materia expressa sumpta sumptuosa & verè, & Porro ad culpam certis, & huc secundum opinionem quæ ex sententijs sufficiunt, sic Quantitas censem est chez in similitudine 5. sed in non sumptuosa quando Receptio da accipit stantiam tantum quæ est de factis prim. pars pag. 276. 27. Quod falsum, & Religiosus gitime in cui secundum tenetur regeret ut responsio pejeret; & non inter la, vel ne infamiae, cœlum

### Cap. III. Notitia Casuum Reservatorum in 181

currit ille, qui acquirit, retinet, alienat, aut absuminet aliquam rem in materia gravi, absque licentia expressa, aut rationabiliter præsumpta sui Prælati, siquidem talis verè, & realiter est proprietarius: Porro ad contrahendam lethalem culpam contra votum paupertatis, & hunc casum incurrendum secundum communem Doctorum opinionem ea quantitas requiritur, qua ex se præcisus alijs circumstantijs sufficit ad peccatum mortale furti, sic Bassæus *ubi supr. §. 4.* Quantitatem quatuor Regalium censet esse gravem, Thomas Sanchez *in sum. lib. 7. cap. 2. num. 5.* sed in poculentis, & esculentis non sumitur cum tanto rigore, quando Religiosus ad ea absumentia accipit, & Prælati quo ad substantiam inviti esse non solent, sed tantum quo ad modum, ut dictum est de famulis, & filijs famalias *prim. part. prax. tract. 7. num. 176. pag. 276. & pag. 286. num. 195.*

27. Quintus casus *Juramentum falfum*, &c. Incidit in hunc casum Religiosus, quando juridicè, & legitimè interrogatur à Superiore, cui secundum jus ad interrogato tenetur respondere, sive interrogatur ut reus, sive ut testis, si in responso ad similia interrogata pejeret; si verò Prælatus legitimè non interrogaret ex eo, quod nulla, vel nec semiplena esset probatio infamiae, vel ob aliam causam, non

incurreret hunc casum Religiosus jurans falsum, & si occultaret veritatem cum externa amphibologia, quando eam manifestare non teneatur, nec peccaret non respondendo juxta mentem Prælati: videantur dicta *1. part. prax. tract. 2. cap. 1. num. 20. pag. 30. & dicenda tract. 15. cap. 1. §. 1. per. totum.*

28. Sextus casus. *Procuratio auxilium, abortus &c.* quamvis non sequatur effectus abortus, incurrit in hunc casum Religiosus eum procurans, consulens, dans auxilium, ordinando potiones, medicinas, aut onera mulieri prægnanti imponenda, aut quid aliud ad hunc finem, dummodo foetus sit animatus, sed, si non est animatus, non incurrit reservatio: neque si foemina non intro accipiat medicinam, potionem, aut rem ordinatam ad abortum: aut si cum ignorantia prægnationis foeminae prædicta ordinentur ad reddendam eam sterilem, aut propter alium distinctum finem; præterea procurans, aut consulens abortum, incurrit excommunicationem: ut patet *ex 1. part. Dialog. aut prax. tract. 5. cap. 5. num. 34. pag. 98.*

29. Septimus casus, *Falsificatio manus aut sigilli &c.* Per manum intelligitur ipsa alicuius scriptura, vel signum scriptum, seu Chirographum; Falsificatio autem scripturæ ejusmodi fit non solùm imitatione, dum scilicet signaturam

quis imitatur malo fine , vel aliquid litteris additur , sed etiam cum aliquid, quo sensus intentus mutatur, detrahitur, vel eradicatur ex ejis, immo etiam applicationem veri sigilli Superioris ad falsas litteras : Falsificatio autem sigilli est, quando aliquis ad imitationem sigilli Religionis , vel Officialium ejus aliud effingit , ut eo utatur , vel illud appendit, vel affigit litteris , sive verè , sive falso sint Superioris , vel Officialium Monasterij: Nomine autem Officialium comprehenduntur Generales , Provinciales , Commissarij , Priors , Guardiani , Ministri , Vicarij , Praesides , Secretarij , &c. falsificatio scripturæ , vel sigilli cuiuscumque ex his Officialibus est casus reservatus : videantur alia ad hoc spectantia 1. part. prax. in Append. casuum reservatorum num. 17.

Nota 17. pag. 431.

30. Octauus Casus, *Furtum de rebus Monasterij &c.* ut hoc peccatum furti sit casus reservatus, debet esse materia gravis, & talis erit quantitas dicta num. 26. qui autem accipit dicta quantitatatem de bonis Monasterij; V. G. ex Bibliotheca, Cellario Sacristia &c. committit peccatum reservatum ; & licet sit quæstio, utrum furtum de rebus non spectantibus ad usum communem Monasterij , sed ad usum particularem alicujus Religiosi sit in rigore casus reservatus,

attento Decreto Clementis 9 tavi, ut videre est in P. Murcia per. 7. Regul. cap. 15. num. 13. tamen si in opinione aliquo non incurrit casum reservatum qui furatur rem ad usum particularem alicujus Religiosi concessam indubium tamen est eum incurrere reservationem quarti casus nem Proprietatis ; quandoquidem Proprietarius Religiosus, quisatur alteri id quod ad usum ejus particularē determinatum est, posito, quod hoc faciat contraria luntatem Prælati. Hinc sequitur graue fore peccatum furti, & sum reservatum furari alicui Religious scripta , vel etiam si solu modo pro ijs describendis ea quae accipiatur ; ita Murcia ibid. num. 1 videatur etiam A. R. P. Lumbi tom. 3. sum. num. 2066. quicunq; nabiliter ponderat gravitatem hujus peccati, & notabile pregiudicium, quod inde sequitur.

31. Nonus Casus *Lapsus carnis &c.* hic casus si reservatur, ut in comprehendit , & se extendit omne peccatum opere consumatum in quacumque ex septem ciebus Luxuriæ , sive sit naturalis sive contra naturam ; si vero non sit opere consummatum, non est reservatum, V. G. tactus , oscularius amplexus libidinosi , pollutione non secuta; neque erit casus reservatum pollutio voluntaria procedens ex sola interna delectatione monachorum

32. De Vulneratio-

consensu, & desiderio, modò ope-  
re externo non sit procurata; ut  
dixi in Append. casum reseru. 1.  
part. prax. num. 25. Nota 25. hunc  
casum incurrit ille, qui exercet  
res, quæ per se influunt in pollutio-  
nem, secuto effectu: licet eam non  
intendat, nec velit, V. G. ille, qui  
habet pollutionem tactibus impuris in  
se ipso, aut in tertia persona, aut as-  
pectibus libidinosis, aut turpibus, aut  
obscenis; ille verò qui procurat pol-  
lutionem tactibus, aut alio mo-  
do, si ea non sequatur, non erit  
peccatum reservatum, quia non  
est opere consummatum; & licet in  
sonni sequatur pollutio, quæ pro-  
curata fuit in vigilia, effectu tamen  
non secuto, non erit reservatum,  
ita Murcia *supr. num. 2. cap. 16.* qui  
num. 5. addit, nec esse reservatam  
pollutionem voluntariam, quæ se-  
quitur ex tactu libidinoso, qui sit  
tantum peccatum veniale, neque  
eam, quæ sequitur ex aspectu fa-  
ciei, aut pectoris foeminæ. Mur-  
cia *ibid. num. 8. vide etiam Bassum  
ubi supr. §. 9.*

In aliquibus Religionibus solet  
hic casus reservari eodem modo,  
quo eum posuit Clemens VIII. in  
aliis solet reservari, quando com-  
mittitur in tertia persona: quilibet  
sciet, & se accusabit eo modo, &  
forma, quo reservatur in suo Or-  
dine.

32. Decimus casus, *Occiso, aut  
Vulneratio, &c.* Religiosus occidens,

aut vulnerans quamcunque per-  
sonam Ecclesiasticam, aut sœcula-  
rem, Christianam, aut Gentilem  
incidit in hunc casum, si percusio  
sit peccatum mortale, & quæ cum  
in clericum cadit, habet annexam  
excommunicationem Canonis. *Si  
quis suadente diabolo.* incurrit pari-  
ter hunc casum inquit Murcia *ubi  
supr. cap. 17. num. 4.* non solum  
qui per se, sed etiam qui per alium  
vulnerat, percutit, adjuvat, mini-  
strat fustem, vel etiam is, qui gra-  
viter vulnerat, aut mutilat se ip-  
sum, si verò mors inferretur, aut  
percussio fieret in sui defensionem  
cum moderamine inculpatæ tutelæ,  
nec esset peccatum, nec casus re-  
servatus.

33. Undecimus casus, *Malitio-  
sum impedimentum &c.* ille qui ma-  
litiosè impedit, detinet, aut aperit  
litteras, quas superior scribit sub  
subdito, vel subditus superiori in-  
currunt hunc casum reservatum,  
& ille dicitur malitiosè hoc facere,  
qui mala intentione operatur; id-  
est animo inferendi aliquod dam-  
num sive positivum, sive privati-  
vum Superiori, aut Inferiori: itaque  
huic peccato reservato non est ob-  
noxius is, qui ex curiositate ape-  
rit, aut legit supradictas litteras;  
nec ille, qui jam apertas, aut eas  
non aperiendo perlegit, nec qui in-  
advertenter aperit, existimans illas  
ad se missas, & directas.

Qui ampliorem horum casuum  
re-

reservatorum explicationem desiderat, consulat Bassæum Verb. *ca-sus reservatus num. 40.* & in nostro P. Leandro à Murcia *in explicat. 7. cap. Regul. Seraph. cap. 8. & seq.* hic scripta videntur mihi sat esse pro nostro instituto.

34. In aliquibus Religionibus hī undecim casus sunt reservati *ad litteram* prout sunt in nostra; in alijs non omnes erunt reservati; in alijs erunt plures, aut pauciores; sciant tamen Confessarij hos esse communiores, ut quando exaudiens aliquem Regularem indoctum, de aliquo ex dictis casibus se accusantem possint eum interrogare, si ipsomet de peccato tanquam reservato non se accusaret; & hoc comperto gerant se in ordine ad absolutionem modo supradicto *cap. 2. praecedenti.*

## C A P U T IV. De Voto Obedientie Religioſæ.

35. P. R., dico meam culpam à mea Regula præceptam.

C. Regula obligat ne ad gravem culpam in hoc casu, in quo V. P. deliquerit? quia si ejus Regula non est ex illis, quæ sub culpa obligant, nec erit peccatum veniale eam non observare, sed subditus erit tantum subjectus poenæ à Prælato infligendæ ita Doctor Angelicus 2. 2.

quest. 186. art. 9. ad 1. in fine, verbis: „In aliquatenus Religioſæ ne scilicet Ordinis Praedicatorum transgressio talis, vel omisſio suo genere non obligat ad oportunitatem, neque mortalem, neque veniale, sed solum ad portationem taxatam sustinendam: nisi quando ex contemptu non observatur tunc enim esset mortale iudicium in Conf. Mor. tract. 2. sed Confer. 2. §. 2. num. 40.

P. P. R. Mea transgressio futura junij, ad quod sub gravi culpa nostra Regula obligat.

C. Hoc jejunium incidit nel diem, in qua pariter erat jejunium ex præcepto Ecclesiastico?

P. Ita P. R.

C. Suppono quod Religioſæ Ordinis emittentes professionem promittant cum tribus votis etiam observantiam Regulæ?

P. Ita est P. R.

C. Sanchez in sum. lib. 4. cap. 1. num. 25. in fine cum Vasquez docet, quod Religiosus transgredire Regulam obligantem sub mortali duo peccata lethalia committit nempe contra obedientiam, vicarius promittit observare Regulam & contra virtutem, cui culpa commissa opponitur: Contraria tandem sententia est verior, quam asserta cum Rodriguez, & Miranda P. Murcia *in explic. cap. I. Reg. Seraph. cap. 1. select. num. 4.* quia quando Religiosus in sua Professione promis-

obſervat, ligitur, Regulæ cepta ip ergo illa, non contra cum tantum, sam officet jejunia obligata etiam Ec um, numero tum; que plicat nū dixi in Co. §. 1. num. 36. P. quod non toinre, q. C. Qu erat ne contra aliqui nim si fuit aliquid in batur ob Thom. 2. nifi in ca dilipendare traquam beatque j di, tunc obediens, docum. S. T.

P. P. R. id quod meus Prælatus mihi præcepit, non erat contra Regulam.

C. Erat ne supra Regulam? nam si hoc esset, si eum mitteret ad prædicandum Mauris, Turcis, vel ad suscipiendum Episcopatum, aut ministrandum sacerdotalibus tempore pestis, non teneretur obedire. Thom. Sanchez *in sum. lib. 6. cap. 2. num. 47. 49. & 58.*

P. Nec erat supra Regulam præceptum mei Prælati.

C. Quidnam ergo ei præcepit?

P. Præcepit mihi Jejunium.

C. Præcipiebat ne Regula illa die jejunium? hoc enim supposito V. P. tenebatur obedire: quia subditus tenetur parere suo Prælato in omnibus, quæ non sunt contra, vel supra Regulam, sed secundum Regulam, aut directè, velut in ea contenta, aut indirectè, tanquam media necessaria proxima ad ejusdem observantiam: Sic N. P. Leander à Murcia *ad 10. cap. Reg. S. P. N. Francisci cap. 5. num. 7. & 8.*

P. P. R. Regula non obligabat ad jejunium illa die, in qua Prælatus mihi idem præcepit.

C. Præcepit ne ipsi Prælatus hoc jejunium ob aliquam transgressiōnem Regulæ, vel aljam culpam Regularem?

P. Ita P. R.

C. Quamvis Prælatus non possit præcipere rem, quæ non sit secundum Regulam; potest tamen

## 186 Tractatus XIV. de Statu Religioso.

bene præcipere rem, quæ non sit ex Regula, per modum poenæ ob aliquam transgressionem. ita Iesius lib. 2. de justit. cap. 41. dub. 9. num. 75. & in hoc casu subditus tenetur obedire, prout etiam V. P. tenebatur, cum Prælatus hoc jejuniū ei præceperit in poenam suæ culpæ.

37. Dicat mihi V. P. Prælatus imposuit ne ipsi hoc jejuniū per modum imperij, aut præcepti.

P. Ita P.R. exp̄sē mihi præcepit, ut jejunarem.

C. Fuit ne hoc verè factum verbis sonantibus præceptum, v. g. dīcendo: *In virtute Sanctæ Obedientiæ, In Nominē J E S U Christi Domini nostri*; aut similibus quibus juxta sui Ordinis consuetudinem utuntur Prælati, quando ad gravem culpam obligare intendunt?

P. P. R. Meus Prælatus non fuit usus in suo præcepto hujusmodi verbis.

C. Quando Prælatus præcipiendo aliquid utitur verbis, ex quibus vel ex Ordinis constitutionibus, aut consuetudinibus colligi debet, quod conscientiam ex obedientiæ voto ad parendum obstringere velit, tunc ad culpam gravem obligat: v. g. si dicat: *Præcipio in virtute Sanctæ Obedientiæ, vel in Nominē Domini nostri J E S U Christi*, aut alia hujusmodi verba; sed quando non adhibet hæc verba, sed tantum suaviter dicit, præcipio, ut

hoc, vel illud faciat, nunquam offendendum est præceptum Superiorum ad gravem culpam obligare. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 5. n. 8. num. 3.

38. P. P. R. dico meam culpam quod quadam die meus Prælatus verbis præceptivis exp̄sē mi præceperit, ut celebrarem sacramentum Sacrificium secundum intentionem, quod tamen non adimplevi.

C. Est ne obligatio legēdū quam Missam secundum intentionem Prælati in Religionē V.P. erit.

P. Ita P. R.

C. Cur ergo V. P. non celebravit illa die secundum intentionem sui Prælati?

P. Quia cum applicatio Missæ actus internus, videtur mihi Prælatum non habere potestatem cum mihi præcipiendi.

C. Verum est, quod Superiori non possint præcipere actus inter nos ita D. Thom. 2. 2. quæf. 10 art. 5. in corp. prop̄ medium; hoc intelligitur de actibus mortis; si tamen hi sint annexi mortis, benè potest eos Prælatus præcipere; prout dixi in Conf. 1. tract. 3. Confer. 1. §. 2. num. cum ergo actus internus celebri Missam sit annexus externo celebrationis, hinc est, quod Prælatus possit præcipere subdito, applicet Missam secundum suam intentionem, & subditus parere.

relati à L. celeb. Mi si subditu mentem diuinon si trarium v. Filicchio, Diana ibid. ditus non iustè præ am inten rat: sed re intentionem.

Hinc se præcipere mentali h. Regula sta retur subd Oratio me ternus, su riē se ad eu professione gulam, in pitur. Mur

39. P. H quod cum cepto form rit, ne ullius ingredie hoc præcep C. Veti pore ingre P. Non C. Est n conducens jusrei, ad c

quam  
Superior  
igare. &  
act. 5. 4.  
m cultu  
s Prae  
refere m  
arem Sa  
ndum eu  
amen m  
legendu  
n intentio  
e V.P.  
on celeb  
tentio  
cio Miseric  
mihi Pra  
tatem eum  
Superiore  
ctus int  
ques. no  
edium; e  
us mer  
annexi  
s Prae  
n Confir  
z. num.  
s celebr  
externo  
quod Pa  
ubdito,  
dum s  
s parere  
p. 2.  
etur: Et licet Gavantus & alij  
relati à Diana Part. 2. tract. 14. de  
celeb. Miss. resol. 72. sentiant, quod  
si subditus applicet Missam contra  
mentem sui Prælatij, applicatio sub-  
ditum sit valida; ego tamen con-  
trarium verius puto: idemque cum  
Filiicio, Fagundez, & alijs tenet  
Diana ibidem; peccabit tamen sub-  
ditus non obediendo suo Prælato  
juste præcipienti, ut secundum su-  
am intentionem sacrificium offe-  
rat: sed re ipsâ sacrificium juxta in-  
tentionem celebrantis validum  
erit.

Hinc sequitur, quod si Prælatus  
præciperet subdito, ut orationi  
mentalî hora, & tempore, à sua  
Regula statuto operam daret, tene-  
retur subditus obediere; quia, licet  
Oratio mentalis sit actus merè in-  
termus, subditus tamen voluntâ-  
riè se ad eum obligavit, quando in  
professione promisit observare Re-  
gulam, in qua dicta Oratio præci-  
pitur. Murcia supr. cap. 3. num. 12.

39. P. P. R. dico meam culpam  
quod cum Prælatus meus sub præ-  
cepto formalî obedientiæ inhibue-  
rit, ne ullus subditus cellam alte-  
rius ingrederetur post Ave Maria;   
hoc præceptū transgressus fuerim.  
C. Vetat ne Regula tali tem-  
pore ingressum ad cellas?

P. Non P. R.

C. Est ne hoc medium proximè  
conducens ad observantiam alicu-  
jus rei, ad quam Regula obligat?

P. Ita P. R. quia Regula nos  
obligat ad observantiam silentij  
post pulsus Ave Mariae; & ut hoc  
melius, & exactius observetur,  
prohibuit Prælatus eo tempore in-  
gressum ad cellas.

C. His ita stantibus, præceptum  
Prælati obligat juxta dicta num. 36.  
obligante autem præcepto, cur V.  
P. id non adimplavit?

P. P. R. Dubitatio me invasit,  
utrum hoc obligaret, vel non, ad  
culpam gravem; quia mihi vide-  
batur materia levis.

C. Liquidò constat in re levi  
non posse adesse mandatum obli-  
gans ad culpam gravem, attamen  
si res in se levis ex aliquo fine, aut  
circumstantia fiat gravis, sub culpa  
gravi præcipi potest: quapropter  
licet obserbare silentium. aut non  
ingredi cellas videatur res in se le-  
vis; ex aliquo tamen fine, & cir-  
cumstantia gravi, potest sub culpa  
gravi à Prælato præcipi, ut dixi in  
Confer. I. part. Antilog. quæst. 2.  
num. 15. pag. 5.

Dicat mihi, non depositus V. P.  
suum dubium ferendo aliquod ju-  
dicium probabile, quod Prælatus  
in hoc ad culpam gravem eam obli-  
gare non posset? nam si probabili-  
ter judicasset se non peccatarum,  
hoc sui Prælati mandatum non  
adimplendo, neque peccasset in  
sententia Sanchez in suis select. dispe.  
33. num. 32. & seq. & aliorum.

P. P. R. non cum assensu probabili, sed cum meo dubio fui operatus.

C. Peccavit ergo graviter ex duplice ratione; primò, operando cum conscientia practice dubia; secundò, quia quando subditus est in dubio, an iustum, vel injustum, obligatorium vel non sit mandatum Prælati, tenetur obedire, quia *in dubijs melior est conditio possidentis*: Sed Prælatus est in possessione suæ potestatis imperativa; ergo in dubio subditus tenetur imperata facere; Hæc materia potest fusius videri in Thom. Sanchez tom. 2. sum. lib. 6. cap. 3. per totum; Verum licet V. P. graviter peccaverit non obediendo suo Prælato, est tamen probabile, eam non commisso duo peccata specie distincta contra virtutem Religionis, & obedientiæ, ita Ledesma, Diana part. I. tract. 7. de circumstant. aggrav. resol. 16.

40. P. P. R. dico meam culpam, quod in alia re mei Prælati mandato non paruerim, quia ejus electionem legitimam, & canonicam fuisse dubito.

C. Res præcepta à Prælato fuit ne iusta, ut eam licet præcipere posset?

P. Ita P. R.

C. Hic Prælatus est ne in pacifica possessione sui Officij?

P. Ita P. R.

C. Quando subditus dubitat,

utrum nam Prælatus sit legitimus Superior, legitimè electus, aut confirmatus, si id, quod præcipit, iustum est, & idem est in pacifica possessione sui officij, tenetur subditus obedire; *quia in dubijs melior est conditio possidentis*: ita docet Murcia in explic. 10. cap. Reg. cap. num. 12. sed si Prælatus non esset in possessione sui Officij, ac dubius de ejus electione subsisteret, non obligaretur in hoc casu ad ei presentandam obedientiam, quia pro tunc ejus libertas, & non jurisdictionis Prælati esset in possessione,

## C A P U T V. De Voto Paupertatis Religionis.

41. P. P. R., confiteor me all. quam pecuniam tradidisse cuidam mulieri cum qua illicite commiscui.

C. Peccatum incontinentiae sequens caput reservo, & modo de peccato, quod in casu potest adesse, contra paupertatem loquor.

Dicat mihi V. P. habuit ne licentiam à suo Prælato absumenti in usus profanos hanc pecuniam non interrogo, ut noscam, utrum Prælatus possit licet dare licentiam subdito absumenti res in usus profanos; nec an subditus sit exemptus à peccato eas cum tali licentia absumento; quia suppono utrumque in hoc peccare: solum ergo interrogo

rogō, u  
stiam,  
peccaver

P. P.

licentiam

C. L

citatis lib

teneat,

sumens i

cum lice

contra ju

& id reci

babile, o

Sylvestri

Murcia in

quaest. 12.

giolum cu

quid in u

tem, non

contra ju

cipientem

42. Si

licentiam

ali in usus

forte hab

ralem ea

mendi? H

babile es

paupertati

profanos

supra dixi

P. P.

generalis

speciale

fictas ex

C. Cu

centiam g

legitimus  
aut con-  
pit, iusti-  
possessio-  
ibidius  
melior  
doceat  
Reg. cap.  
non esse  
ac dubiu-  
ret, non  
d. ei pre-  
quia pro-  
jurisdictio-  
ne,  
V.  
tis R.  
me all-  
tradidisse  
ua illicet  
mentia ad  
modo de-  
test ades-  
quor,  
ne licen-  
mendi in  
iam inor-  
rum Pra-  
licantiam  
usus pro-  
exemptu-  
centia ab  
trumque  
go, inter-  
no

rogó, ut sciam, utrum contra ju-  
stitiam, & contra votum in hoc  
peccaverit.

P. P. R. Non habui hujusmodi  
licentiam à meo Prælato.

C. Licet Sanchez cum alijs  
citatis lib. 7. sum. cap. 19. num. 30.  
teneat, quod subditus aliquid ab-  
sumens in usus profanos & turpes  
cum licentia sui Prælati, peccet  
contra iustitiam, & paupertatem,  
& id recipiens teneatur ad restitu-  
tionem; oppositum tamen est pro-  
bable, quod tuentur Vbertus,  
Syluester, & alij, quos refert P.  
Murcia in explic. 6. cap. Reg. Seraph.  
quaest. 12. num. 1. dicentes, Reli-  
giosum cum licentia sui Prælati ali-  
quid in usus profanos expenden-  
tem, non esse proprietarium, nec  
contra iustitiam operari, nec id re-  
cipientem teneri ad restitutionem.

42. Siquidem V. P. non habuit  
licentiam à suo Prælato expenden-  
di in usus profanos hanc pecuniam,  
fortè habuit licentiam saltē gener-  
alem eam indiscriminatim absu-  
mendi? hac enim suppositā, pro-  
bable est, non peccasse contra  
paupertatem, & iustitiam, in usus  
profanos eandem dissipando, ut  
supra dixi, cap. 2. num. 12.

P. P. R. Non habui licentiam  
generalem in sensu explicato, sed  
specialem eam in res determinatas  
licitas expendendi.

C. Cum V. P. non habverit li-  
centiam generalem sui Prælati, nec

specialem, dictam pecuniam pro-  
fane expendendi, peccavit contra  
votum paupertatis pro illicita  
conversatione eandem elargien-  
do fæmina; quæ absolutè loquen-  
do ad ejusdem restitutionem obli-  
gatur; dixi *obolutè loquendo fæmi-  
nam obligari ad restituendum id*,  
*quod à Religioso percepit*, quia pluri-  
bus titulis potest eximi ab hac obli-  
gatione: Primò, si subditus ha-  
bens licentiam absumendi pecu-  
niā in licitos usus, mutata inten-  
tione donet mulieri, tanquam pau-  
peri, aut alio honesto titulo id,  
quod pro peccato ejdem obtule-  
rat, Secundò, quia, postquam mu-  
lier accepit hanc pecuniam, pru-  
denter præsumitur Superiores  
majores non fore invitatos in ejus  
retentione, ne subsit occasio qua-  
relarum, per quod bonum Reli-  
gionis nomen denigretur. Tertio,  
quia cum in rigore restitutio pecu-  
niæ sit facienda eidem Religioso,  
rationabiliter credendum est, præ-  
dictos Superiores eam non appro-  
baturos, ne per hoc Religiosus  
periculo relapsus exponatur. Sic  
Moya tom. 2. select. ad tract. 6. Miscel.  
disp. 4. quaest. 4. num. 9.

43. P. P. R. confiteor me non  
moderato, sed abundanti, & im-  
modico rerum usui fuisse addic-  
tum.

C. Excessus fuitne supra con-  
suetudinem laudabilem suæ Reli-  
gionis?

P. Ita P. R.

C. Factum ne fuit hoc cum licentia sui Prælati?

P. Ita P. R.

C. Per votum paupertatis Religiosus cuiusvis rei temporalis dominium à se abdicat, adeoque se obligat ad nihil accipendum, dandum, utendum, permutandum, alienandum, aut mutuandum absque licentia expressa, aut tacita sui Prælati: Verum licet Religiosus rerum dominium habere nequeat, usus tamen necessarius ipsi licet; porrò hic usus non consistit in indivisibili, sed habet suos latitudinis gradus pro majori, vel minori Religionum arctitudine. Equites Sancti Joannis, & Canonici Regulares sunt verè Religiosi, & hoc non obstante conceditur ijs usus rerum temporalium amplior, quā cæteris Religiosis: & inter alias Religiones est major latitudo quo ad usum in una, quam in altera; etenim indubium est, uni pauperculo Capuccino non licere usum rerum temporalium eā abundantiam, quā licet alijs Religiosis calceatis: Omnes tamen Religiosi tenentur in usu rerum se conformare laudabili sui Ordinis consuetudini, & si aliquis in usu superfluos resinsumat etiam cum licentia sui Prælati, in opinione probabili, validè quidem, sed nō licite id facit: Moya ubi supr. n. 11.

44. P. P. R. Confiteor me rem aliquam recepisse, eaquè absque

licentia mei Prælati usum fuisse.

C. Præsumpsit ne V. P. aut probabiliter existimavit suum Prælatum consensurum in acceptationem & usum illius rei? quia ut subditus excusatcula culpa gravi in usu rerum, non est necessaria explicativa licentia sui Prælati, sed sufficit uita, aut præsumpta.

P. P. R. Non fvi certus de consensu Prælati, ut ea re uterer.

C. Quamvis V. P. de hoc non esset certa, probabiliter tamen patavit hanc fore voluntatem Superioris? quia ad licentiam tacitam non requiritur, ut Religiosus ferat judicium certum de consensu Prælati in rei usum, sed sufficit, ut ferat judicium probabile; ita cum Germano, S. Antonino, & alijs Thos Sanchez in sum. lib. 7. cap. 19. num. 13. propè finem.

P. Nec judicium probabile cult, quod meus Superior esset consensurus, ut absque licentia talem rem acciperem & ea uterer.

C. Est ne in sua Religione confitudo introducta, ut Religiosi accipiunt, & utantur similibus rebus? quia si esset talis consuetudo, hoc idem indicaret licentiam tacitam aut præsumptam, accipiendo, dandi, utendi, & expendendo id quo absque expressa licentia solet fieri ita cum Pisano, Corduba, & communis N. P. Leander à Murcia explic. 6. cap. Reg. quart. 7. num. 2.

P. P. R. Non est consuetudo

mea Re

di re, q  
tatione l

C. V

P. tales

diffimul

cus vide

aliqua at

tacet, cu

quidem e

respectu,

pro tacita:

Murcia, i

€ 4.

P. P. I

Prælatus

illam ego

C. Era

severus, a

invitus in

gentur re

acceptare

tacita, au

spetanda

vel ex eo,

disponit se

genium, s

rationis, &

quare si ra

passione co

deberet co

tali re uta

præsumpta

Villalobos

4. num

P. P. R.

dē rationi

quam duri

deadis lice

mea Religione accipendi, aut utendi re, quā ego usus fui absque petitione licentiae mei Praelati.

C. Vedit ne Praelatus, quod V. P. talem rem percepérit, & hoc dissimulavit? quia quando Praelatus videt, quod subditus utatur re aliqua absque licentia expressa, & tacet, cum possit eam exigere, non quidem ex metu, aut alio humano respectu; ipsummet ejus silentium pro facita licentia reputatur. Ita Murcia *ibidem* *quaest.* 9. *num.* 3. & 4.

P. P. R. Non fuit præsens meus Praelatus, nec vidit, quando rem illam ego accepi, eaque usus fvi.

C. Erat ne ipsius Praelatus vir severus, asper, rigidus, ita ut esset invitus in hoc, quod subditi ute-  
rentur rebus, quas rationabiliter acceptare possunt? quia licentia tacita, aut præsumpta non est spēcunda ex genio aspero Praelati, vel ex eo, quod Praelatus uult, & disponit secundum suum asperum genium, sed secundum dictamen rationis, & prudentum judicium; quare si rationabiliter, & absque passione censeatur, quod Praelatus deberet consentire, ut Religiosus tali re utatur, hoc ipsum licentia præsumpta dicitur; ita cum Azorio, Villalobos *in sum. part. I. tract. 22.* *diff. 4. num. 6. & alij.*

P. P. R. meus Praelatus est valde rationi consentaneus, neutrum durus, aut asper in conce-  
dendis licentijs.

C. Si sic est, esset contentus, ut V. P. rem illam acciperet (supposito quod non sit dedecens sua professioni) & ut ea uteretur.

P. Si ego petijssem licentiam, pro certo teneo ab eo mihi concedendam; siquidem in similibus casibus eandem mihi concessit, non tamen libenter haberet, ut ea absque sua licentia uterer.

C. Juxta dicta Praelatus erat consentiens quo ad substantiam, sed invitus quo ad modum: quo ad substantiam erat consentiens, cum non ægrè ferret, ut V. P. acciperet, & uteretur illâ re: erat invitus quo ad modum, quia nolebat, ut absque licentia eam tenebat: adeoque in hoc casu non est mortale, sed veniale propter defectum in modo, & non in substantia. Ita Lessius *lib. 2. de Justit. cap. 41. dub. 9. sub num. 79. §. crediderim.* Petrus de Navarra *toma. 2. lib. 3. cap. 1. num. 160. pag. (mibi)* 93. Rodriguez, & alij, quos citat Thom. Sanchez *lib. 7. sum. cap. 19. num. 13. propè medium.* Si autem prudenter crederetur eum fore consensurum quo ad substantiam, & quo ad modum; id est, quod non tantum consentiret, ut subditus ea re uteretur, verum etiam absque petita licentia; in hoc casu est probabile, nec fore veniale, ita cum Navarro, & Mendoza affirmat Murcia *abi supr. quaest. 10. num. 5.*

45. P. P. R. confiteor, quod extra Monasterium existens, rem aliquam cum licentia præsumpta mei Prælati perceperim; de qua tamen in meo reditu ipsum certiore non feci.

C. Consumpsit ne V. P. rem, antequam rediret ad Monasteriū? nam si res percepta fuit usu consumptibilis, V. G. aliquod comedibile, & fuit insumpta cum licentia præsumpta ante redditum ad Monasterium, non erat opus id notificare Prælato.

P. Non fuit res consumpta ante redditum ad Monasterium.

C. Et licentia præsumpta, cum qua V. P. hanc rem accepit, sistebat ne tantum in eo, quod prout nunc non posset habere promptum recursum ad Prælatum; vel in hoc, quod supposito etiam hoc recursu Prælatus esset consensurus in ejus receptionem? Etenim si licentia fundatur tantum in difficultate recursus ad Prælatum, teneretur subditus redeundo ad Monasteriū, hoc eidem notificare, ac licentiam expostulare: Sanchez ubi supr. n. 8. Murcia q. 8. num. 3.

P. Licentia præsumpta non fuit fundata tantummodo in absentia, & difficultate recursus ad Prælatum, sed in judicio, quod quamvis esset præsens, consentiret, ut eam acceptarem.

C. In hoc casu non fuit culpa gravis contra paupertatem eam

accipere: Murcia ibidem Sanchez num. 9. esset tamen peccatum veniale, si Prælatus fuit invitus quo ad modum; videlicet quod subditus revertendo ad Monasterium non manifestaretur quidquid acceperat; nec licentia peteret eo utendi.

## C A P U T VI. De Voto Castitatis Religiosæ.

46. P. P. R. accuso me in honestum accessum habuimus mulierem votum simplex Castitatis habentem.

C. Novit ne V. P. hujusmodi copulam præter malitiam contra virtutem Castitatis, aliam specie distinctam nempe Sacrilegij contraria votum continere?

P. Ita P. R.

C. Licet fuerit opinio Tabernaculi & aliorum apud Thom. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 20. afferentium, fornicationem Sacerdotis, aut Monachi non adducere circumstantiam specie diversam simplici fornicatione, ac necessitudinem hac ratione, quia disquiunt, votum non cadit propriam materiam alio præcepto determinat, seu prohibitam, at peccatum incontinentiae non est materia libera, sed iam prohibita: ergo super hanc non potest cadere obligatio voti. Hanc sententiam erronem & longè à veritate, & communem

intendit Castro Iacobus dem: impetuosa temeraria pia in sua art. 3. ns censura est Moya in 3. 9. 2. ei quia præ communis & usum Doctorum principio cet mater hæc tamenda penes bitionem voluntati facere rerum est n bendi prætutus irascibilis quia hæc nec est in milia non votum non potus, luperphand prohibita bendum tis complicitam labet potest, situationem esse ex parte sacrificii

47. Pe

lentiendi modo alienam appellat Castro Palaus apud Sanchez ibidem: improbabilem, scandalosam, temerariam, & erroneam D. Tapiæ in sua caten. tom. I. lib. 3. q. 3. art. 3. num. 4. &. 5. eademque censura eam afficit Conradus teste Moya in select. tom. I. tract. 3. disp. 3. q. 2. cap. 2. num. 7. & merito; quia præterquam quod sit contra communem opinionem, praxim, & usum Ecclesiæ, ac unanimem Doctorum sensum, fundatur in principio falso; quandoquidem licet materia voti debeat esse libera, haec tamen libertas non est spectanda penes præceptum, vel prohibitionem, sed penes indifferentiam voluntatis, ad posse facere, vel non facere rem voto obligatam; Claram est non tenere votum non habendi prauas cogitationes vel motus irascibiles, aut concupiscentiales, quia haec non est materia libera, nec est in potestate voluntatis similia non pati; validum tamen est votum non inebriandi per excessum potus, ludendi cum periculo blasphemandi, licet haec alia lege sint prohibita: ergo pro certissimo habendum est, quod votum Castitatis complectens totum id, quod eam labefactare, & commaculare potest, sit validum, ejusque violationem esse sacrilegam, ac proinde esse explicandam in confessione.

47. Putavit ne se duo committere sacrilegia, nempe propter vo-

tum proprium Castitatis, & ob votum emissum à persona, cum qua peccavit.

P. Ita P.R.

P. Putavit ne quod hæc duo peccata Sacrilegij essent distincta specie, aut solum numero?

P. Ego ipsemet judicavi me committere duo Sacrilegia, ob me, & alterius personæ voti violationem, absque distinctione, utrum hæc sacrilegia essent numero, vel specie distincta.

C. Ad ponendam doctrinam super hunc casum, duæ questiones à Theologis discussæ, sunt notandæ: una est, an votum solempne Castitatis specie differat à simplici ejusdem voto, altera an in unico, & individuo actu possint esse duo peccata numero distincta. Prima Sententia dicit, votum solempne castitatis esse alterius speciei à specie voti simplicis, & consequenter in confessione hanc circumstantiam aperiendam esse; ita Ledelma, Coninch, & alij, quos refert Diana part. I. tract. 7. resol. 3. & 4. hæc. Sententia est probabilis; contraria pariter est probabilis, quæ ait votum solempne à simplici non differre specie, neque alterius rationis vinculum esse, sed solum accidentaliter, ac sufficere in confessione se accusare de violatione voti, absque explicatione hujusmodi circumstantiæ: ita cum Henriquez, & Villalobos, Diana B b

ibid.

ibidem Castro Palau tom. I. tract. 2. disp. 3. punct. 3. num. II. Murcia tom. 2. disp. moral. lib. 4. disp. 10. resol. 7. num. 13. Tho. Sanchez à me citatus 1. part. praxe. tract. 7. cap. 7. Quo ad secundam quæstionem propositam Martinus à S. Joseph, alijque citati à P. Matthæo Moya *in suis select. tract. 3. disp. 2. quæst. 4. §. 1. num. 1.* Filiucus, Layman, Suarez, & alij quos citat Diana part. 3. tract. 4. resol. 164. putant, in eodem numero actu physico non reperi plures malitias morales numero distinctas, & consequenter non censeri plura numero peccata: Contrarium tenet cum Vasquez, Diana, & alijs Trulench *in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 5. dub. 4. num. 7.* utraque opinio tam intrinsecā, quam extrinseca probabilitate non caret.

48. Hinc infertur, quod in Sententia astruente, votum simplex, & soleinne differre specie, ac in unico, & individuo actu posse esse plures malitias numero distinctas, V. P. commiserit duo sacrilegia numero, & specie distincta: sed in opinione afferente, votum soleinne à simplici non differre specie, & in eodem actu non posse esse plura peccata numero distincta, unicum tantum specie, & numero sacrilegium commisit, & in proprijs terminis Zanardus, Martinus à S. Joseph, & alij citati à Moya *supr. quæst. 5. §. 4. num. 11. do-*

cent, unum numero peccata committere eum, qui cum voto Castitatis peccat inhonestè con persona simili voto adstrictus addunt Sà, Vasquez & alij relati. Moya *cad. quæst. 4. num. 12. §. 1.* fatis esse in Confessione explicare peccatum Sacrilegii, reticendo cumstantiam voti in altero complice. Oppositum est communis & verius, idque tenet in termini nostri casus, cum alijs multis Leander à Sacramento *part. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 54. 1.* P. F. Emanuel à Conceptione *Pœnit. disp. 3. quæst. 15. num. 5.* 49. P. P. R. accuso me, consensisse cogitationi opposite virtuti Castitatis.

C. Adfuit ne in hoc plena advertentia, & plenus consensus? quod duo necessariò requiruntur ad constituantem gravem culpam; uero dixi *in meis Confer. tract. 2. scđ. 4 Conf. 1. §. 2. n. 9 & seq.*

P. P. R. plenus fuit consensus, & plena pariter advertentia.

C. Hic consensus fuit ne per modum desiderij efficacis, aut similitudinis complacentiae? quia; si similitudinem efficax, non solum in Sacilegium ob violationem voti V. P. annexi, sed etiam habet eandem specie malitiam cum obiecto desiderato.

P. Non fuit efficax desiderium sed delectatio morosa, sed complex complacentia.

C. Effe-

C. Ez  
hæc del  
malitiam  
eam viola  
P. Ita  
C. Qua  
terea apud  
resol. 34. 1  
non viola  
rofam, na  
eum, qui  
tatis comp  
bus obscen  
tionem n  
traria est  
quæ refer  
lench, Fil  
ratio est  
fecte, & t  
illud Religi  
nitatem,  
tationibus  
adeoque t  
quodlibet  
idem viol  
mittit; v  
3. tract. 6.  
in fine. E  
delectatio  
malitiam  
ti, quand  
terminatu  
tract. 2. se  
num. 16.  
duit ratio  
personæ e  
ab eadem  
ex 1. part.

C. Existimavit ne V. P. quod hæc delectatio morosa haberet malitiam Sacrilegij, & quod per eam violaretur votum?

P. Ita P. R.

C. Quanquam Eusebius de Herrera apud Dianam part. 7. tract. 11. resol. 34. sentiat, votum castitatis non violari per delectationem morosam, nec committere Sacrilegium, qui cum voto absoluto castitatis complacet sibi in cogitationibus obscenis: hanc tamen opinionem non censeo tutam: Contraria est communis, & vera, eam quæ refert cum Reginaldo, Trul-  
lench, Filiucio, & alijs Diana ibid. ratio est, quia votum perfectæ, & totalis castitatis, quale est illud Religiosi vetat omnem obscenitatem, & turpitudinem in cogitationibus, verbis, & operibus, adeoque tali voto adstrictus; per quodlibet peccatum in honestum idem violat, & sacrilegium committit; vide etiam Dianam part. 3. tract. 6. resol. 73. §. Notatamen, in fine. Et licet sit opinio, quod delectatio morosa non contrahat malitiam circumstantiarum obiecti, quando ad eas delectatio non terminatur; ut docui in confer. 2. sect. 5. Confer. 1. §. 2. cas. 1. num. 16. talis tamen delectatio induit rationem circumstantiarum persone eam habentis, cum sint ab eadem inseparabiles; ut patet ex 1. part. prax. tract. 6. cap. 3. n.

15. ergo dicendum est, quod voto castitatis adstrictus, consentiens in delectationem morosam, committat Sacrilegium: si votum esset partiale, V. G. si quis faceret votum non fornicandi, non nubendi, aut non se pollvendi, in hoc casu simplex delectatio non esset contra votum, nec haberet malitiam Sacrilegij.

¶. P. P. R. accuso me uni personæ suasisse, ut peccatum contra castitatem committeret.

C. In quo statu hæc persona constituta erat?

P. Fuit persona Soluta.

C. Suasit ne ipsi, ut cum V. P. vel cum tertia persona peccaret?

P. Cum tertia persona.

C. Et hæc tertia persona habuit ne votum Castitatis?

P. Hæc pariter erat soluta, & nullo voto castitatis adstricta.

C. Habuit ne V. P. aliquem venereum consensum, aut morosam delectationem?

P. Non P. R.

C. Si hæc persona habuisset votum castitatis, aut altera, cum qua V. P. suasit, ut peccaret, vel si primam induxisset ad secum peccandum, indubium est, quod ejus consilium, aut suasio malitiam sacrilegij contineret, quia scandalum generale reducitur ad illam speciem peccati, ad quam inductus est proximus: sed si alterutra persona habens votum, peccasset, vel

etiam V. P., esset peccatum sacrilegij: ergo eandem malitiam sacrilegij haberet hæc suaſio; cum vero utræque persona sit soluta, & absque voto, nec V. P. habuerit delectationem, aut consensum venereum nec protulerit verba obſcena, per quaꝝ pariter violatur proprium votum, ut supra dixi) probabile censeo V. P. per hanc inductionem, aut pravum consilium sacrilegium non perpetraſſe: ita in ſimilibus ſentit Sanchez in ſum. lib. 5. cap. 6. num. 11. & cum eodem Sanchez dixi 1. part. prax. tract. 5. cap. 7. num. 59. hanc ſententiam tenet cum Oviedo, Caramuele, & alijs, Moya tom. 1. diſp. 3. quæſt. 2. cap. num. 1. & 2. Etraſtio eſt, quia ſi Religiosus inducit eum, qui non habet votum obedientiæ, ad non obediendum ſuis Parentibus, quamvis peccet mortaliter, non tamen contra propriū votum obedientiæ: ergo neque peccabit contra ſuum votum caſtitatis ille, qui conſulit peccatum in honestum alteri non habenti votum caſtitatis, licet malum conſilium foret mortale.

51. P. P. R. accuso me induxit ſe aliam personam voto caſtitatis adſtrictam ad peccandum cum perſona ſoluta.

C. Habuit ne V. P. in ſe ipſa ali- quod obſcenum deſiderium, aut morosam delectationem?

P. Non P. R.

C. In hoc caſu V. P. ſua perſone, & pravo conſilio non ſol- peccavit contra caſtitatem, ve- etiam contra Religionem, pro- votum perſonæ inducťæ ad tun- tudinem, juxta dicta in präceden- caſu, quia ſcandalum generalis- ducitur ad ſpeciem peccati, quam inducťus eſt proximus: hic proximus fuit inducťus ad pe- candum contra caſtitatem, & con- tra votum; ergo has eadem- tias habuit conſiliū V. P. id, de quo dubitari potest, eſt, utrum V. P. contra ſuum proprium votum caſtitatis in hac inductione, aut pravo conſilio peccaverit? quare cundum doctrinam, quam proba- bilem afferui in caſu antecedenti infero negativè, ſic in proprieti- minis cum Caramuele, & Pe- rio Diana part. 9. tract. 9. refol. 6. & part. 6. tract. 11. refol. 27. quia Religiosus per ſuum votum adpro- priam caſtitatem, & non aliena- ſe obligat; ſed ſic eſt, quod in hoc caſu laſerit ſuo malo conſilio vo- tum, & caſtitatem alienam, & no- propriam: ergo in hoc caſu con- proprium votum non peccavit.

52. P. Me accuso pariter P. R. quod in quadam occaſione mi- muraverim de fragilitate unius fo- minæ coram viro habente vo- tum caſtitatis, ex qua murmuration factum fuit, quod is grave in- continentiæ peccatum commiſſerit.

C. In P. verba- tia ad p. hoc enim- tum eſſet rūm etian ſcurſum p. P. No- prolaſa v. ponderat. C. Pra- eam audi- eſſet prov illius ſcen- P. Ita I- hi notum cujus lap- idem pecc. C. Vir- ut ſpontē- terminav- ximus eſt- jam ſit o- dum, non proferre- catum, a- terminaſt ap. 7. de- P. Vir- erat adeo- catum de- meum di- minavit. C. Ce- caſione p- fuſſile; p- ſupradic- prium vo-

C. In discursu immiscuit ne V. P. verba indecentia, & provocantia ad peccatum incontinentiae? hoc enim posito; V. P. non tantum esset rea peccati scandali, verum etiam per hunc profanum discursum proprium votum violasset.

P. Non P. R., verba enim à me prolatæ valde modesta, castigata, & ponderata fuere.

C. Prævidit ne V. P., quod vir eam audiens, ad incontinentiam esset provocandus ex auditu lapsus illius fœminæ?

P. Ita P. R. experientiâ enim mihi notum erat, quod ex auditu alij cūjus lapsus venerei, confessim in idem peccatum laberetur.

C. Vir iste fuit ne ita constitutus ut sponte ad peccatum jam se determinaverit? quia; quando proximus est adeo perversus, ut ex se jam sit determinatus ad peccandum, non est scandalum coram eo proferre verba impellentia ad peccatum, ad quod constat jam se determinasse; ut dixi I. part. tract. 5. cap. 7. de scand. num. 55. pag. 107.

P. Vir, qui fuit Praesens, non erat adeo perversus, ut esset ad peccatum determinatus, sed propter meum discursum ad id se determinavit.

C. Certum est, V. P. in hac occasione peccato scandali obnoxiam fuisse; probabile tamen est juxta supradicta, quod nō violaverit proprium votū, siquidem nec cogita-

tiones, nec opera, nec verba V. P. militarunt contra castitatem: sed ipsius culpa fuit in specie murmuratio[n]is contra octavum præceptum; gravis quidem, si delictum illius fœminæ fuit occultum, levis vero, si fuit notorium: Dubium est, an V. P. per peccatum scandali commiserit sacrilegium ex eo, quod motivum præbuerit viro illi voto obstricto, peccandi contra idem votum: Lugo, Navarrus Suarez, Coninch, Salas, & alij, relati à Moya tom. I. select. tract. 3. disp. 3. quæst. 2. cap. 3. num. 10. censem, quod licet consulens voto castitatis obstricto ejusdem transgressionem peccet contra votum; eum tamen, qui exercet aliquam actionem, ex qua prævidet suum proximum, votum castitatis habentem, idem fore violaturum, non patrare sacrilegium per hanc actionem, seu inductionem, nec teneri in confessione explicare votum, quo persona scandalizata erat obstricta: ex quo infertur secundum hanc opinionem, V. P. non fuisse operatam contra votum personæ audientis ex eo, quod per suam detractiōnem ad voti transgressionem eandem incitaverit: Opposita sententia est vera, quam cum Thoma Sanchez sequuntur Vasquez, Bonacina, Azorius, & alij, Moya ibid. num. 14. & juxta hanc afferendum est, quod V. P. egerit contra votum illius personæ ob causam eidem

eidem præstitam illud violandi: & ratio est evidens, ex dictis; quia scandalum generale (quale est hujusmodi) reducitur ad speciem peccati, cuius patrandi data fuit occasio proximo: sed sic est, quod proximo fuerit data causa peccandi contra votum, & castitatem: ergo ad hoc idem peccatum, & circumstantiam reducitur scandalum activum V. P.; unde colligitur, non satisfieri in hoc casu confessio- ni manifestando simpliciter scandalum passivum datum, sed debet fieri specifica, individua, seu expressa mentio peccati, in quod ratione scandali activi proximus lapsus fuit, & voti, quo talis proximus obstrictus erat.

53. P. P. R. accuso me, proprijs tactibus fuisse causam, quod sæcularis aliquis effuderit semen.

C. V. P. effudit ne & ipsa semen?

P. Non P. R.

C. Delectationem ne aliquam venereum habuit?

P. P. R. videtur mihi, quod non.

C. Fuit opinio Nicolai Moscinensis, Gesualdi, & Graffii, quos citat, non tamen sequitur N. P. Leander à Murcia in *disq. Moral. tom. 2. lib. 4. disq. 10. resol. 7. num. 9.* quod Religiosus, qui proprijs tactibus sæcularem polluit, non committat sacrilegium contra proprium votum, nec in confessione tenetur id explicare: sed quod satisfaciat dicendo, proprijs tactibus

votum non sit initiatu- lari, quod dicere in enis vol- nem; si tactus cris con- simplici- tem dic- sum tacti- tatis hab- votum si- tis inter- n. 47. in- C De al- ribu- 14 P. sione, & do ad per- C. H. dendi ad transgre- gulae suæ P. I. gressius, fui. C. C. multum Religiosa- tempru f. P. P.

pollui sæcularem: qui pariter ma- obligetur aperire alterius votum sed satisfaciat, si dicat, tactibus ab enis pollutionem passus sum: Per hac eadem opinione Caramuelas citat Diana part. 7. tract. II. n. 27. §. Non deseram; & Llamas part. 1. tract. 9. resol. 53. Grafis. & Taborinum part. 9. resol. 65. sed ha- opinio est improbabilis minimè quenda; unde sanctum fuit in ex- purgatorio Inquisitionis Hispanie, ut deleretur ex operibus Llamas, prout fatetur idem Diana part. 9. cit. & Murcia loco supr. cit. quam- brem tanquam certum habendum est, quod Religiosus vel ligatus vo- to castitatis, proprijs tactibus sæ- lalem polluens, committat sacrile- gium; primò propter periculum pro- ximi incidenti in aliquam delecta- tionē venerā, secundò quia similes tactus sunt contra castitatem: at- qui quandocunque Religiosus vio- lat castitatem, committit sacrile- gium contra suum votū: ergo &c ac demum quia Religiosus totum suum corpus D E O consecravit ergo sacrilegium est tangere impo- dicè alios, quod est occasio pollu- tionis.

Hinc est, non satisfacere confes- sioni Religiosum dicentem: tacti- bus pollui sæcularem; sed debet sui voti circumstantiam explicare: & si quis sit constitutus in *sacris*, il- cet non sit Religiosus, debet pariter hoc explicare; ita etiam si haberet

votum simplex castitatis, quamvis non sit Religiosus, nec ordine sacro initiatus: idem dicendum de fæculari, quod non sufficiat in hoc casu dicere in confessione; tactibus alienis voluntariè passus sum pollutio-  
nem; sed debet explicare, utrum si tacitus fuerint Religiosi, aut in sacris constituti, aut personæ voto simplici castitatis obstrictæ, vel saltem dicere: pollutionem passus sum tactibus personæ votum castitatis habentis; probabile est enim, votum simplex, & solemne castitatis inter se specie non differre; ut n. 47. in hoc eodem cap. dictū est.

## C A P U T VII.

*De alijs rebus particula-  
ribus ad statum Religiosum  
pertinentibus.*

14 P. P. R. dico meam culpam de mea tepiditate, omissione, & negligentia, in attendendo ad perfectionem.

C. Hujusmodi negligentia tendendi ad perfectionem, fuit ne cum transgressione votorum, aut Regula suæ Religionis?

P. P. R. quandoque eas fui transgressus, prout iam ante confessus fui.

C. Consilia Euangelica, quæ multum juvant ad perfectionem Religiosam acquirendam, ex contemptu forte non adimplevit?

P. P. R. Multoies quidem ea

violavi, nunquam tamen ex contemptu.

C. Habuit ne nonnunquam internum propositum non tendend ad perfectionem Religiosam?

P. Non P. R.

C. Certum est, quod Religiosus, quamvis non teneatur esse perfectus; ad perfectionem tamen tendere obligetur, ita D. Thom.

2. 2. quæst. 186. art. 1. ad 3. his verbis; unde non oportet, quod qui-  
cumque est in Religione, iam sit per-  
fectus, sed quod ad perfectionem ten-  
dat. Nec tenetur Religiosus ten-  
dere ad perfectionem per omnia  
opera supererogatoria, sed per  
exercitium eorum, quæ in sua Re-  
gula ei præciuntur; ita Doctor  
Angelicus eadem quæst. art. 2. in  
corp. ubi ait: similiter etiam non  
tenetur ad omnia exercitia, quibus  
ad perfectionem pervenitur, sed ad il-  
la, qua determinatè sunt ei taxata  
secundùm Regulam, quam professus  
est.

Est pariter certum, quod Religiosus ex contemptu prætermittens consilia, quæ ad perfectionem ducunt, graviter peccet, non pec-  
caturus tamen, si ex omissione, aut  
negligentia eadem prætermittat:  
*Unde non peccat, si ea prætermittat,  
sed si ea contemnat,* scribit Angelicus calamus eod. art. 2. quod si ex  
malo habitu, aut malitia præter-  
mittantur, non propter ea dicuntur  
violari ex contemptu, ita N. P.  
Lean-

Leander à Murcia in explic. Reg. Seraph. in cap. 1. q. 4. num. 11. & alij: videantur super hanc materiā dicta in meis Conf. part 1. tract. 2. sect. 4. Conf. 2. §. 2. num. 40. pag. 106. & §. 3. num. 47. pag. 107.

55. Addit Thom. Sanchez in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 10.

Murcia supr. num. 9. graviter peccare Religiosum, qui observando suam Regulam, vota, & Constitutiones, habet intentionem non proficiendi in vita Religiosæ perfectione, ac in fine ab eadem intento: Causa tamen hic mihi videtur metaphysicus, & practicè incompositibilis, nam si obligatio Religiosi tendendi ad perfectionem, est, ex vi observantiae suæ Regulæ, & votorum absque distincto præcepto, eum ad hoc obligante, uti habet Murcia ibi. quæst. 3. num. 7. & Sanchez loco cit. num. 6. ergo videtur moraliter incompossibile, quod Religiosus suam Regulam, & vota observet, quin habeat animū tendendi ad perfectionē, quæ per hæc media acquiritur: Præterea quia hic animus, seu intentio non tendendi ad perfectionem, licet observentur vota, & Regulæ; vel est animus ea in futurum transgrediendi, vel non transgrediendi? si est animus, & intentio ea transgrediendi, constat in hoc casu fore culpam gravem, non habere intentionem tendendi ad perfectionem; si non est animus ea trans-

grediendi, sed ea observandi, ipso tenditur ad perfectionem: ego videtur non posse compone practicè, & moraliter ( licet speculativè, & metaphysicè possit concendi ) observantiam Regulæ, votorum cum animo non tendendi ad perfectionem.

Quamobrem ego dicerem, quod si Religiosus observans Regulam & vota ad culpam gravem obligantia, haberet animum non tendendi ad perfectionem per observantiam legum, & statutorum ad culpam venialem obligantium & non vitandi ullam culpam levem in hoc casu inquam opinor, quod peccaret graviter ob morale peccatum, cui se exponeret violare quoque cætera, ad culpam gravem obligantia; in simili docent Sanchez, & Bonacina à me citati Confer. ubi supr. num. 53. pag. 109. & in terminis nostri causus idem tenet Tho: Sanchez ubi supr. cap. num. 18. Murcia quæst. 4. cit. num. 6.

56. P. P. R. dico meam culpam quod in quadam occasione Religionis habitu me exverim.

C. Fuit ne factum hoc ex aliquo causa necessaria, V. G. ob infinitatem, aut somnum capiendum id licet, & permittitur secundum Regulam, & consuetudinem ( Religions ) quia hoc modo non esset quid singulare; ut nota Palau part. 3. tract. 16. dict. punct. 6. num. 3.

Cap. P. P. cessaria l. C. Su nis majori periculoja in 6. vet. habitus ait Bonifac rum tem excommuni tiam ipso f ditiones 6. sum. ca tur, ut R incurrat professus Monasteri ut habitu nis: tertiat, quar stantijs c eundem c 57. Di ne verè H superposu cularum? intentum ponere h aliam vel chez ibid censeat ea attamen probabile Sayro, & cidere in gen. Relig colarem ponit, lic peccare,

P. P. R. non ex causa adeo necessaria habitum dimisi.

C. Sub pœna excommunicatio-nis majoris, ut habetur *in cap. ut periculoja, ne Clerici, vel Monachi, in 6. vetita est temeraria dimissio habitus Religionis. si quis autem, ait Bonifacius Octauus loc. cit. horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat Sententiam ipso facto: quatuor autem conditiones juxta Tho: Sanchez lib. 6. sum. cap. 8. num. 38. requiruntur, ut Religiosus hanc censuram incurrat: prima est, ut tanquam professus relinquat habitum in Monasterio aut alio loco: secunda, ut habitus dimissus sit suæ Religio-nis: tertio, ut temerè eum dimit-tat, quarta, ut attentis circum-stanis cum periculo divagandi eundem dimittat.*

57. Dicat mihi V. P. deposituit ne verè habitum Religionis, vel superposuit aliquem habitum sœcularem? licet enim ad habendum intentum idem formaliter sit deponere habitum, aut superponere aliam vestem sœcularem, & Sanchez *ibid num. 63.* utroque modo censeat eandem incurri censuram, attamen *num. 62.* oppositum putat probabile cum Suarez, Tabiena, Sayro, & alijs, qui dicunt non in-cidere in hanc excommunicatio-nem Religiosum, qui habitum sœcularem Religionis habitui super-ponit, licet graviter possit in hoc peccare.

P. P. R. Habitum Religionis deposui, & alium sœcularem indui.

C. Mutavit ne V. P. habitum intra, vel extra Monasterium? Quamvis enim cum Sylvestro, Navarro, & Rosella doceat Azorius *tom. 1. instit. Moral. lib. 12. cap. 17. quæst. 15.* quod Religiosus deponens in Monasterio temerè habitum, incurrat excommunicatio-nem, præsertim in conspectu sœcu-larium, quod ego pariter verum puto: contrariam tamen tenet Santarellus, & alij citati à Diana *part. 9. tract. 7. resol. 5. §. Notandum est;* ubi in fine affirmat, quod Pellizzarius probabilem censeat hanc sententiam, & præcipue si fieret ob honestam aliquam re-creationem. V. G. ad repræsen-tandam in Sacra Comædia Christi Jesu infantis nativitatem, ab omni censura, & etiam à peccato gravi excusaretur; quin imò à levi culpa id eximunt Peyrinus, & alij apud Dianam *ibi ab initio:* quamvis magis rigorosè loquantur Lezzana, & alij allegati à Diana, quorum ali-qui arbitrantur peccare graviter, alij leviter, Religiosum induentem habitum sœcularem, præsertim muliebrem, ob aliquam repræ-sentationem, vel saltem esse aliqua-liter periculosum.

P. P. R. Non in, sed extra Mo-nasterium ex vi me habitu Religio-so, & sœcularem indui.

C. Contigit ne id longo tempo-ris

ris intervallo? quia aliqui Doctores assignant in hoc parvitatem materiae: Ita Sà Verb. Excommunicatio nulli reservata, num. 9. in fine, in edit. Pampelon. Toletus in sum. lib. 4. cap. 18. num. 3. Azorius ubi supr. cap. 13. sub quæst. 5. §. His igitur fol. (mibi) 1217. spatium unius horæ breve esse tempus, & consequenter parvitatem materiae censet in hoc casu P. Murcia super 2. Reg. cap. 19. num. 2. dicens, quod ille, qui hoc brevi tempore dimitteret habitum ad currēdū, saltandum, &c. non incurreret excommunicationem, sed solum venialiter peccaret. Contrarium sentit cum Sylvestro, Suarez, & alijs Castro Palaus part. 3. tract. 17. disp. 4. punct. 6. num. 11. ubi ait, quod dimissio habitus per unicam horam animo occultandi statum Religiosum, habeat annexam præfatam excommunicationem, ob morale periculum, cui se exponit divagandi; utraque opinio mihi videtur probabilis.

P. Sciat ergo V. P. per unicam tantum horam, aut parùm plus me dimisisse habitum, & sæcularem assumpsiſſe, non animo apostatandi, aut divagandi; sed ad liberius & facilius aliquid mihi illictum exercendum.

C. Cum hoc factum fuerit ad breve tempus, licet cum hac intentione, probabile est, V. P. non incurrisse in excommunicationem:

sic tradit Tho: Sanchez lib. 6. sva cap. 8. num. 57. & addit Diana part. 4. tract. 14. resol. 72. in fine, quod Religiosus ex causa turpi dimittit habitum, ut gratia fornicandi voluptuosius, aut clam aliquid furandi, vel adeundi lupanar, quam peccet graviter ob hujusmodi actionem, distinctum tamen pecatum non committat propter separationem habitus; nisi fortasse ex speciali aliqua regula talis prohibito cum eo rigore facta sit: Quod Paludanus, S. Antoninus, & Doctores relati à Sanchez ibid. 56. sentiant incurri excommunicationem, & consequenter graviter peccare Religiosum, dimittit proprium habitum per horam spatium, ob aliquam turpem actionem: idcirco ad procedendum majori securitate, consultum erit absolvere in hoc casu ab excommunicatione saltem sub conditione, si forte incurrit; à qua censuram test absolvere quivis Confeſſarius approbatus, cum non sit reterrita, ita Sà ubi supr. & Toletus lib. supr. cit.

58. P. P. R. dico mean cum quod in alia occasione astiterimus taurorum.

C. Forte velut Novitus hoc fecit? nam in censura, de qua infra, lata adversus Regulares non comprehenduntur Novitiij, quae propriè & strictè Regulares non sunt.

P. P. R.  
nem.  
C. Era  
Sacro init  
qui dixit,  
nibus non  
bitio ne  
deripotest  
5. part. 2.  
& à fortio  
ribus, ne  
initiatus e  
part. 6. ti  
punct. 37.  
biuum est:  
net villaldo  
12. de hon  
eos in ho  
cluſo ſcan  
et cum m  
ribus, uni  
comprehend  
lares, ſive  
bus facris  
Constitut  
prohiben  
cationis R  
tationi ta  
de omnib  
quiritur; A  
dicantib  
Ordinii, &  
autem, q  
generalit  
meraliter  
telligenda  
in rem ad  
bot ibid.

P. P. R. post emissam Professio-nem.

C. Erat ne tunc V. P. ordine Sacro initia-ta ? quia non defvit , qui dixit , Religiosos in sacris Ordinibus non constitutos in hac prohibi-tione non comprehendendi ; ut vi-deripotest in Marchado tom. 2. lib. 5. part. 2. tract. 2. docum 9. num. 3. & à fortiori , si Religiosus nec Majoribus , nec Minoribus Ordinibus iniciatus esset ; ita Castro Palaus part. 6. tract. 29. de cens. disp. 3. punct. 37. sub. num. 22. §. sed du-bium est : Et de Religiosis laicis te-net villalobos in sum. tom. 2. tract. 12. de homicidio , diffic. 20. num. 16. eos in hoc non comprehendendi se-cluso scandalo : Mea tamen opinio est cum multis , & gravibus Autho-ribus , universaliter in hoc Decreto comprehendendi quoscumquè Regu-lares , sive sint Clerici , vel Ordini-bus sacris insigniti , sive Laici , quia Constitutio Clementis Octavi , prohibens sub pæna excommuni-cationis Religiosis assistentiam agi-tationi taurorum , indiscriminatim de omnibus , & cum omnibus lo-quitur ; Monachis , & Fratribus Men-dicantibus , cæterisque cujuscumque Ordinis , & Instituti Regularibus ; Lex autem , quæ generaliter loquitur , generaliter est sumenda : Lex ge-neraliter loquens , generaliter est in-telligenda , i. de pretio , ff de public. in rem act. &c. licet cum Villalo-bos ibid. nam. 17. putem sub hoc

decreto non comprehendendi Monia-les , quia Constitutio de ijs non loquitur : Quia lex si aliud volvisset , expressisset l. unie. §. sin autem ad de-ficient. &c.

P. P. R. iam fvi sacris Ordinibus ordinatus , dùm mihi occurrit ca-sus.

C. Dantur aliquæ Constitutio-nes Pontificiæ super has agitatio-nes Taurorum , inter has tamen modò magis viget ea Clementis VIII. emanata 13. Januarij 1596. ad instantiam Philippi II. Catholici Regis Hispaniarum , in qua prohi-betur Regularibus cujuscumquè Ordinis , & Instituti assistentia agi-tationi Taurorum : Et licet aliqui Doctores , quos tacito nomine ci-tat Marchadus supr. num. 2. Thom. Hurtadus , & Remigius citati à Diana part. II. tract. 4. resol. 11. confeant , solum venialiter peccare Regula-res interessentes agitationi Tauro-rum ; opinio tamen communis , & vera , dicit , eos graviter delinque-re : Ita Gallegus cum Lopez , Gut-tierez Palatio , Soria , Suarez , Vas-quez , Salas , Rodriguez ? quos om-nes , & alios citat , & sequitur Dia-na ibid. Castro Palaus part. 3. tract. 29. disp. 3. punct. 37. à num. 22. Trullench in 5. Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 4. num. 3. Villalobos supr. num. 13. plerique alij ; ratio est , quia Clemens Papa Octauus præcepit Regularibus , ne similibus agitationibus assisterent , sub pæna

Excommunicationis Majoris: Atque res præcepta sub hujusmodi poena obligat ad peccatum mortale: ergo graviter peccabunt Regulares cuiuscumque Ordinis, & Instituti, qui in Hispanijs tali agitationi intersunt.

59. P. P. R. Dico meam culpā, quod semel de Baptismo infantem suscepimus.

C. Ex aliqua urgenti necessitate fortè V. P. hoc exercuit?

P. P. R. Solummodo ad preces Genitoris infantis.

C. Vetitum est Abbatibus, & Monachis de Baptismo suscipere Filios, ut constat ex lege Cononica cap. non licet Abbat, vel Monacho de Baptismo suscipere Filios, de consecrat. dist. 4. ita pariter de Confirmatione Monachi sibi compates, Commatese non faciant ead. distint. 4. Motiuum hujus prohibitionis fuit, quia consueverant Patrini osculari Nutrices; ut colligitur ex hoc cap. Monachi, ubi additur ne osculetur fæminas: & quamvis Castro Palauus part. 4. tract. 19. disp. unic. punct. 11. num. 4. Coninch, & alij te-neant, quod hæc prohibitio non se extendat ad Regulares Mendicantes, nec ad Canonicos Regulares; quod pariter affirmat Leander à Sacramento part. 1. tract. 2. disp. 7. quast. 16. quia inquiunt, Decretum loquitur tantum de Monachis, sub quorum nomine non veniunt Regulares Mendicantes,

nec Cononici Regulares: verum tamen est oppositum, ita cum aliis Layman tom. 2. lib. 5. tract. 2. co. 9. num. 3. §. sed contrarium, quod in omnibus Regularibus militare, dem ratio uitandi inconveniens osculi fæminarum ( ubi esset consuetudo ) & cavendi ab earundem familiaritate, quod pariter fuit motiuum hujus prohibitionis.

Et licet Quintanaduenas apud Dianam part. 9. tract. 6. resol. 12. excusat à peccato, saltem gravem, omnes Regulares Mendicantes, & non Mendicantes, & etiam Moniales, fuscipientes absque licentia de Baptismo pueros, & præfertim de Abbatibus, & Monachis, probabile id putat Leander *supr. quast. 17.* Contrarium tamen sequuntur communiter Doctores, teste Diana *ibidem* proindeque dicendum hoc gravem secum ferre culpam: indubium est, id saltem respectu Fratrum Minorum esse vetitum in cap. 11. Reg. Nec fiant compates corporum, vel mulierum, &c.

## C A P U T VIII. De aliquibus rebus specia-

tim Moniales concer-  
nentibus.

**Q**uidquid in hoc tractatu de Regularibus dictum est, tam quod ad electionem Confessarij pro absolutione casuum reservatorum, & non reservatorum, quam quo ad

vota O  
Castritati  
nialibus i  
ordine ac  
tia debe  
ab eoru  
sunt sub  
confiteri  
ligioni, à  
Videatur  
part. 1. t.  
& Torre  
tract. 2.  
niales su  
bus subbjac  
reservant  
Ordinarii  
censuris,  
neraliter  
Diana pa  
§. Verum  
ceptione  
num. 87  
60. P  
quadam  
verim ch  
& postm  
vatim D  
C. Ha  
sam, ob q  
tione D.  
vel aliam  
ab hoc or  
P. P.  
causam.  
C. N  
ter pecc  
Officium

vota Obedientia, Paupertatis, & Castitatis, etiam respectivè de Monialibus intelligendum est, quæ in ordine ad Sacramentum Pænitentia debent se subdere Confessarijs, ab eorum Prælatis assignatis : si sunt subiectæ Episcopo, debent confiteri electo ab Episcopo, si Religioni, à Prælato Regulari electo. Videatur Leander à Sacramento part. I. tract. 5. disp. II. quæst. 46. & Torrecilla in suis consulf. Moral. tract. 2. Cons. 4. per totam. Moniales subditæ Prælatis Regularibus subjacent casibus, quos iij sibi reservant ; & quæ sunt subiectæ Ordinario, subiacent casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro sua Diœcesi. Diana part. 10. tract. 13. resol. 52. §. Verum ; & P. Emanuel à Conceptione de pænit. disp. 6. quæst. 10. num. 873.

60. P. P. R. confiteor, quod in quadam occasione non frequenter verim chorum cum communitate, & postmodù non recitaverim priuatum Divinum Officium.

C. Habuit ne V. D. aliquam causam, ob quam excusaretur à recitatione D. Officij, v. g. infirmitatem, vel aliam ex illis, quæ sufficienter ab hoc onere liberant?

P. P. R. non habui ejusmodi causam.

C. Non putavit V. D. se gravior peccare omittendo Divinum Officium?

P. P. R. Habui in hoc magnum scrupulum, licet audierim Moniales non teneri ad id recitandum extra chorum.

C. Verum est, aliquos Authores in dubium posuisse, an Moniales obstringantur ad persolyendum Divinum Officium extra Chorum ; opinio tamen communis, & vera, est affirmativa, ita cum Maldero, Aragonio Rodriguez, Navarro, Toledo, & pluribus alijs tenet Diana part. 2. tract. 13. resol. 17. & P. Eusebius de Herrera apud Diana part. 10. tract. II. resol. 45. §. sed ego. Oppositam sententiam temeraria appellat, eamque tanquam improbabilem fusè refellit M. Ferdinandus dela Nave teste Diana part. II. tract. 1. resol. 25. §. Quæro tertio ; Idem dicit de Regularibus, nondum in sacris Ordinibus constitutis. videatur etiam idem Diana eadem part. II. tract. 2. resol. 10. §. Ad id vero ; & part. 7. tract. II. resol. 4. Certum est, supposito Regulæ, aut Superioris præcepto, obligante Moniales, aut Religiosos sacris ordinibus minimè initiatos (prout Regula S. P. N. Francisci præcipit cap. 3. Clerici faciant Divinum Officium, secundum Ordinem Sanctæ Romanae Ecclesiæ) quod in hoc casu ad Horas Canonicas persolvendas obstringantur, & etiam præscindendo à tali præcepto, tenendum est, dari hanc obligationem ex generali Ccc 3 con-

consuetudine introducta, non intercisa & tanquam lege acceptata.

61. P.P.R. confiteor, me simulasse, & finxisse deliquum, ob quod in causa fui, quod Medicus ingressus fuerit Clausuram Monasterij.

C. Factum ne fuit hoc ex aliquo malo, & turpi fine?

P. P. R. Non habui perversam aliquam intentionem in hujusmodi cooperatione, sed tantummodo, ut meam fictam infirmitatem celarem?

C. Quale motivum habuit, eandem fingendi?

P. P. R. Fuit mera tentatio inimici.

C. Interdictum est viris, & mulieribus ingredi Monasteria Monialium absque vera, & manifesta necessitate, ut constat ex constitutione Bonifacij Octavi, quae incipit: *Periculoso, in 6. Decretal. lib. 3. titul. 16. de statu Regul. & ex Concilio Tridentino sub pena excommunicationis idem prohibente sess. 25. cap. 5. de Regularibus*, ubi ait: *Ingredi autem intra septa Monasterij nemini licet, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel etatis fuerit sine Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda: Hæc censura est eidens; & solum circa eam notandum se offert, quod quando Concilium dicit, cuiuscumque generis, etatis &c. tantummodo loquatur de illa etate,*

quæ est compositionis; adeoque in ea non comprehenduntur fantas, & pueri, qui nondum annos discretionis pervenerunt, communis cum Barbosa *super hoc locum num. 55.* Nec prohibetur ingressus aliquarum famularum per servitio Monialium, & puellorum ad Bonam educationem ibide commorantium, adhibitis caute in licentia expressis, & ceteris Barbosa adductis *num. 88. & 89.* Et licet per Decretum Concilii Tridentini ad ingrediendum scriptum Monasterij licentia *in scriptis obtentis* requiratur, hoc tamen non intelligitur in casibus ordinariis, puta quo ad Medicos, Chirurgos, Carpenterios, Cæmentarios, alios similes operarios; quorum opera passim indigent Moniales ita Diana *part. 3. tract. 2. refol. 12.*

Notandum est pariter istam excommunicationem jure communis reservatam non esse, juxta Bonacinem *tom. 1. tract. de Claus. quædam punct. 5. sub num. 2. §. Observ.*; hoc tamen intelligendum est, modis non ingrediatur Monasterium Monialium ad malum finem; ratione enim clausuræ Monialium ad malum finem, est casus summi Pontifici reservatus; si tamen unus sit occultus, potest ab eo absolvere Episcopus vigore Concilii Tridentini, quod etiam potest in cere Confessarius vigore Bullæ Cnicatae, ita Diana *part. 2. tract. 11.*

*refol. 35.*  
non incurrites aliquis etiam ad n. ibid. *refol.*  
in eandem operata fu-  
abque ver-  
men incur-  
in sequen-  
tibus.  
62. Dic  
V.D. latan-  
nem contri-  
aliquem in-  
que necessi-  
P. P. R.  
ingredien-  
graviter pe-  
catione affi-  
vi (non ta-  
docta) lati-  
tionem co-  
modi ingre-  
ego pro ce-  
C. Greg-  
creto Mot-  
abi gratia  
Bullario M-  
tuationes bu-  
28. sub po-  
majoris ipse  
Apostolica  
aliquis sub-  
nasteria M-  
mar; nev-  
aut alij Su-  
presumptu-

*refol. 35.* Hanc autem Censuram non incurrint Moniales, admittentes aliquem intra septa Monasterij, etiam ad malum finem; ita Diana ibid. *refol. 32. & 34.* quare nec V. D. in eandem incidit ex eo, quod cooperata fuerit ad ingressum Medici absque vera necessitate, potuit tamen incurrisse aliam censuram, ut in sequenti interrogatione examinabo.

*62.* Dicat mihi, Notum erat ne V.D. latam esse excommunicationem contra Moniales, admittentes aliquem intra septa Monasterij absque necessitate?

P. P.R. Notum mihi fuit, quod ingredientes absque urgente causa graviter peccent, & excommunicatione afficiantur; & etiam audi vi (non tamen à persona multum doda) latam esse excommunicationem contra Moniales ad ejusmodi ingressum cooperantes; licet ego pro certo hoc non scirem.

C. Gregorius Papa XIII. in Decreto *Motu proprio* quod incipit: *ubi gratia & indulta,* & refertur in Bullario Magno tom. 2. inter Confessiones hujus Pontificis pag. 393. num. 28. sub pena excommunicationis majoris *ipso facto incurrenda,* & Sedi Apostolice reservata prohibuit, ne aliquis sub praetextu licentiae Monasteria Monialium ingredi prae sumat, neve Abbatissæ, Abbates, aut alijs Superioris ullo modo cum præsumpta licentia talem admit-

tant &c. Et addit in §. 4. „Quin „etiam sub eisdem poenis ipso facto „incurrentis prohibemus, atque „interdicimus omnibus, & quibus- „cunque Personis Ecclesiasticis, & „secularibus; ac etiam Ordinum „quorumcunque, &c. Ne Mona- „steria ipsa Monialium prohibitu sed „necessitatibus urgentibus dum „taxat ingredi, neve Moniales sub „eisdem poenis illos aliter admit- „tere presumant: Ad hanc autem censuram incurrandam notat cum Suarez Sanchez tom. 2. sum. lib. 6. cap. 16. num. 9.; requiri concursum directum vel indirectum Monialis ad ingressum personæ in Monasterium: & Bonacina *supr. punct.* 6. num. 16. adjungit attento hujus constitutionis verbo *presumant*, ad eandem incurrandam requiri scientiam vel ingentem temeritatem, quæ scientiæ comparatur, & consequenter non sufficere bonam fidem, inadvertitiam, oblivionem, aut etiam ignorantiam vincibilem, crassam, & supinam: ex quo inferatur, quod cum V.D. operata fuerit cum aliqua ignorantia hujus poenæ, licet crassa, siquidem jam aliquid de hoc audierat, in dictam excommunicationem non incidet, peccavit tamen graviter ex eo, quod fuerit causa ingressus Medici in Clausuram absque vera necessitate.

*63.* P. P.R. Confiteor, quod in alia occasione, cum essem janitrix, virum

virum quemdam admiserim intra Clausuram.

C. Qua de causa V.D. eum introduxit?

P. P.R. Ut intrò ferret aliquam suppelle&tilem Sacristiæ, alijs mutuò datam.

C. Non potuisset V.D. eam rem introducere, aut cum alterius Monialis auxilio?

P. P.R. Certum est, quòd si veritatem fateri velim, ego ipsamet potuisset hoc facere.

C. Peccavit ergo graviter V.D. admittendo virum intra Clausuram ob tam levem causam. sic Lumbier tom. I. sum. Aran. n.494. pag. (mibi) 466. & hic, nisi bona fides eum excusat, incurrit excommunicatione Concilij Tridentini.

Et si V.D. eundem introduxisset prætextu licentiarum, incurrisset pariter excommunicationem reservatam à Gregorio XIII. supr. nisi forte excusaret ignorantia, ut supra dixi: sed si V. D. eam personam admississet, (quamvis absque veranecessitate) non prætextu alijcujus licentiae, sed precibus, aut proprio genio mota, licet graviter peccasset; dictam tamen censuram Gregorij XIII. non incurrisset, ita Sanchez lib. 6. sum. cap. 16. num. 78. & 79. quia hæc Bulla motu proprio solùm ad ingredientes, & admittentes prætextu licentiarum exten-ditur.

64. P. P.R. confiteor, quòd in quadam mea infirmitate, sub conditione futuræ mortis personæ mhi amicitia junctæ effigiem, seu imaginem pretiosam reliquerim.

C. Est ne consuetudo introducere quod Moniales possint in morte quid de rebus disponere?

P. P.R. Interdum hoc vidi per eticari, non tamen frequenter.

C. Habuit ne licentiam à fin Superiore relinquendi illi persona dictam effigiem?

P. Non P.R. quia erat absens.

C. Petiit ne licentiam à sua abbatissa?

P. Ita P.R.

C. Obtinuit ne eandem?

P. Ita P.R.

C. Si esset consuetudo jam introducta, quòd Moniales in morte possint disponere de propria suppelle&tili, ac cubiculi ornatis, hujusmodi dispositio non esset cul gravis, obtenta priùs licentia. Superiore, si haberit possit, vel si non possit ab hoc haberit, ab Abbatissâ alias esset contra votum pauperum: ita Lumbier ibid. num. 79. In omni eventu tutius, & melius est, quòd personæ Religiose facient propriam ad manus Priorissâ, Abbatissæ, relinquendo ejusdem dispositioni distributionem recte ad usum proprium concessarunt, & ad summum poterit supplicandi fore gratum, quod hæc, vel aliqua suppellex consignetur tali personæ.

65. I  
Abbas  
male San  
se uni M  
C. In  
ceptum?  
P. V  
aliquam  
C. Ad  
præcepto  
in virtute  
nomine S  
precipio I  
pana Obe  
verba?  
P. P.  
Precipio s  
C. Du  
utrum P  
Monialiur  
virtute Sa  
Faciunt S  
Sanchez li  
negatiuam  
lum quod  
pæna Obe  
aut hujusfr  
dubium, a  
spirituales  
cum dome  
bernum i  
Monasterij  
Marchado  
tred. 4. do  
fenti casu p  
cipere sub  
Moniali, u  
cretum fer

65. P. P. R. confiteor, me, ut  
Abbacissam semel præceptum for-  
male Sanctæ Obedientiæ imposui-  
se uni Moniali.

C. In qua materia fecit hoc præ-  
ceptum?

P. Ut omitteret pænitentiam  
aliquam ejus saluti valde noxiā.

C. Adhibuit ne V. D. in suo  
præcepto hæc verba: *Præcipio tibi  
in virtute Sanctæ Obedientiæ, aut in  
nomine Spiritus Sancti; vel solum  
præcipio per obedientiam, aut sub  
pæna Obedientiæ, aut hujusmodi  
verba?*

P. P. R. verba mea fuerunt,  
*Præcipio sub pæna Obedientiæ.*

C. Dubium est inter Doctores,  
utrum Priorissæ, seu Abbatissæ  
Monialium possint præcipere in  
virtute Sanctæ Obedientiæ, sicut  
Faciunt Superiores Regulares:  
*Sánchez lib. 6. cap. 1. sum. num. 22.  
negatiuam tenet, & bene; sed so-  
lum quod possint præcipere sub  
pæna Obedientiæ mihi promissæ,  
aut hujusmodi verba: Est pariter  
dubium, an possint præcipere res  
spirituales sub obedientia, vel tan-  
tum domesticas, concernentes gu-  
bernium temporale, & pacem  
Monasterij; quod potest videri in  
Marchado tom. 2. lib. 5. part. 3.  
tbl. 4. docum. 5. num. 1. In præ-  
fenti casu potuit licet V. D. præ-  
cipere sub pæna Obedientiæ huic  
Moniali, ut cohiberet suum indis-  
cretum fervorem; quia hoc con-*

ducebat ad bonum gubernium  
temporale, & ejus sanitatis di-  
rectionem.

66. P. P. R. confiteor, me sa-  
tis frequenter colloquia habuisse  
cum sæculari persona.

C. In hac conversatione, com-  
misit ne aliquid contra suum insti-  
tutum?

P. Ita P. R. aliquoties.

C. In qua materia?

P. P. R. in hoc, quod verbis  
nimium affectuosis eandem allo-  
cuta fuerim.

C. Fuit ne admixtus his verbis  
aliquis affectus indecens, & inor-  
dinatus?

P. Semper habui similes cogi-  
tationes.

C. Ad has incautas cogitatio-  
nes accendebarur ne voluntas?

P. Aliqua scintilla ex illis, quas  
per suas ideas phantasia movit,  
ignem excitavit, & succedit in  
voluntate.

C. Succensus est ne taliter ig-  
nis aliquando in voluntate, ut  
plenus ejusdem consensu adfuerit,  
& plena advertentia intellectus?

P. Quandoque hoc contigit.

C. ex hoc consensi prodijt ne  
aliquis exterior affectus?

P. P. R. hunc effectum cau-  
sauit ille consensus, quod inter-  
dum dexteram ad eum extende-  
bam.

C. In quo statu fuit hæc per-  
sona?

P. P. R. emiserat votum Castitatis.

C. Consensit ne identidem in has cogitationes?

P. Plerumque quando me visitavit.

C. Visitavit ne valde frequenter?

P. Ad minus semel in Septimana.

C. Suppono, quod quotiescumque V. D. consensit alicui cogitationi contra castitatem, sive per modum desiderij, sive per modum complacentiae, seu delectationis, Sacrilegium commiserit, juxta supra dicta cap. 6. num. 40. & si consensus fuit per modum desiderij, duplex quoque Sacrilegium fuit, secundum Sententiam relatam eod. cap. 6. num. 47. & 48. suppono pariter V. D. esse in proxima occasione peccandi cum hac persona, siquidem adeò frequenter lapsa fuit, & fermè semper, quando eam visitavit, nam ad occasionem proximam non requiritur, ut persona sit intra fines domus, nec ut peccata sint opere completa; ut infra dicam in tract. 17. super propos. 41. damnatum ob Alexandro VII.

67. Dicat mihi, fvit ne V. D. admonita, ut ob ejusmodi uisitatione, & colloquijs abstineret?

P. Ita P. R. Confessarij hoc mihi iam dixerunt.

C. Quoties?

P. Multoties; quinque, autem vicibus ad minimum.

C. Cur ergo non sibi cavit?

P. P. R. ne aliæ Moniales spicentur aliquid mali de me, hanc familiaritatem avertio.

C. Hoc non sufficit ad hoc. V. D. cum tanto animæ suæ de mento in occasione proxima p seferet, quinimò magis timeret deberet admirationes, & distallatur ex hujusmodi familiaritatibus surgentia, quām quæ dicenda ferent ob separationem, & fugam; etenim anima Religiosa à Mundu voluntariè sciuncta magnam noctam incurrit, noviter contrahendo familiaritatem cum persona seculi.

P. P. R. Hæc persona aliquantum cessaria, quæ à Monasterio habent non possum mihi suppeditat; ideo que non est possibile, ut eam de relinguam.

C. Neque hic titulus efficiens ad continuationem hujus familiaritatis cum tali suæ conscientiæ præjudicio.

P. P. R. Quomodo mihi agendum, ut vitam decenter ducam?

C. Laboret suis manibus, pro aliæ solent facere; sit contentus victu, & vestitu moderato, convenienti personæ, quæ contemptis, & despervit vanitates, & bona terra ad sequendum in nuditate, & paupertate nudum, & pauperem Christum.

P. P. hujs per-

C. Eri-

ego eam

sione pro-

(ut in ca-

absolutio-

eandem v-

riadonna-

XI. in prop-

plicatio v-

praxi tra-

minis exp-

lium, ter-

R. P. M.

sum. Aran-

466. & t-

1247. in i-

nn. 80. f-

mus P. Le-

I. tract. I-

72. cum T-

bier, & L-

P. Emanu-

de panit.

223. & se-

tiam Mon-

poralibus

severet in

DD. citati-

68. P.

ad sacrar-

munitate-

scandalum

C. Nu-

sub aliqui-

communi-

nūmīrum

P. P. R. et

P. P. R. erit mihi impossibilis  
hujus personæ absentia.

C. Erit pariter impossibile, ut  
ego eam absoluam; quia in occa-  
sione proxima peccandi constitutis  
( ut in casu nostro ) nequit dari  
absolutio absque firmo proposito  
eandem vitandi; & opinio contra-  
ria damnata est ab Innocentio Papa  
XI. in propos. 61. & 62. quarum ex-  
pliatio videatur 1. part. Dial. sén-  
praxis tract. 10. & loquendo in ter-  
minis expressis de amicitia Monia-  
lium, tenet nostram Doctrinam  
R. P. M. Lumbier in fine tom. I.  
sum. Aran. num. 489. pag. (mibi)  
466. & tom. 3. num. 2002. pag.  
1247. in impressione Cæsaraugustana  
nn. 80. sic pariter R. & doctissi-  
mus P. Leander à Sacramento part.  
1. tract. 1. de panit. disp. 7. quæst.  
72. cum Thom. Hurtado, Lum-  
bier, & Leandro, idem docet R.  
P. Emanuel à Conceptione tract.  
de panit. disp. 2. quæst. 16. num.  
223. & seq. qui addunt dependen-  
tiam Monialis à suo devoto in tem-  
poralibus non suffragari ei, ut per-  
severet in occasione peccandi; sic  
DD. citati, & optimè sane.

68. P. V. P. reflectat, me mox  
ad sacram Synaxim cum com-  
munitate accessuram esse, alioquin  
scandalum orietur.

C. Nunquid non poterit V. D.  
sub aliquo prætextu intermittere  
communicationem absque scandalo,  
nimirum fingendo aliquod deli-

quium, aut quid simile?

P. Non P. R. quia omnibus nota  
est mea bona valetudo, quinimo  
hoc idem esset majoris notæ mo-  
tiuum.

C. Si V. D. non potest absque  
scandalo intermittere communio-  
nem, eliciat actum contritionis  
veræ, aut existimatæ, & commu-  
nicet velut is, qui non habet co-  
piam Confessarij; ita P. Emanuel  
à Conceptione supr. num. 232. &  
patet ex supradic. tract. 12. cap. 13.  
in simili casu.

P. P. R. Promitto firmiter  
emendationem.

C. Ego censeo, hoc verbum  
non esse serium, et verum, sed  
tantummodo ad extrudendam ab-  
solutionem; quasi vero hac ob-  
tentâ, dimittenda sint ei peccata;  
licet non sit disposita; sciat tamen  
se Sacrilegium patraturam, si facto  
animo absolutionem recipiet.

P. P. R. hoc me non latet, &  
quod non V. P. sed me deciperem;  
fateor tamen sincerè, ne me in his  
angustijs amplius inveniam, non  
solum hoc, sed & rem magis ar-  
duam mundi velle facere, & susti-  
nere: sit ergo certa V. P. de meo  
firmo proposito derelinquendi  
hanc personam, quamvis perire,  
ac mille tribulationes pati debere,  
quia animam meam super cætera  
omnia æstimo.

C. Supposito hoc efficaci suo  
proposito pro hac vice eam ab-  
solvam;

solvam; at sciat hanc esse postremam, nisi se emendet, & ab hujusmodi familiaritate abstineat. ad hoc me resoluo ex consideratione explanationis casus, ac ferendo iudicium, quod ex corde proponat emendationem, quam ita futuram spero: cum his circumstantijs sentit P. Emanuel à Conceptione ubi supra num. 225. & num. 232. posse dari absolutionem, dummodo non sit fundamentum dubitandi de ineffacia propositi.

69. Quod dictum est in resolutione hujus casus, idem dicendum, & practicandum, cum Monialis ejusque devotus ob frequentem mutuam familiaritatem, & conversationem præbent occasionem alijs censurandi, aut suspicandi de aliqua reciproca illicita correspondencia, quantumlibet revera nullum intersit malum; ita egregie P. à Conceptione ibid. num. 226. nam si persona sæcularis habens in domo, vel extra visitans aliquam personam, suspicionem malam de se causat, ac ad tollendam hanc scandali occasionem obligatur, licet re ipsa nihil illicitum contingat; cur idem non est inferendum in nostro casu, in quo eadem ratio, & paritas militat?

70. P. P. R. confiteor etiam, me aliquoties faciem fucasse, poliendo me, ac inaniter compnendo.

C. Fuit ne præceptum Obe-

dientiae à suo Prælato impositum, ne Moniales insumerent tempore hujusmodi profanis ornamenti, quia præcepti hujus transgressus esset grave peccatum. Ita in Aran. tom. I. verb. Vestidos pag. 22 his verbis: si los Religiosos, Religiosas profanan el habito de su orden o el trage, es peccato mortal. (y en especial si el Prelado sella prohibe con precepto, seria error dudarlo) porser cosa tan oportuna, sta à la Regla, y voto di postrero. Y viò Sancta Magdalena de Paredes muchas Religiosas condonaron por profanar el habito de su orden.

P. P. R. Non fvit præceptum super hoc à Prælatis impositum.

C. Fortè V. D. ex sola levitate ac vanitate hoc fecit? nam Monialis, quæ ut decenter comparata ornat se, & componit absque alio malo fine, venialiter tantum peccat, ait Marchadus tom. 10. secundum lib. 5. part. 3. tract. 4. docum. num. 2. quamvis sit res valde aliena à Religiosa, quæ sui sponsorum tantum pulchra apparere, malatenus oculis hominum placuisse fatagere debet.

P. P. R. motiuum etiam aliquo hujusmodi mearum vanitatum in desiderium placendi illi personæ cui fvi amicitia juncta.

C. Advertit ne V. D. exinde quod damnum spirituale illi personæ advenire?

P. Ita P. R.

C. Cor.

C. C.  
nans se a  
cupiscen  
audiamu  
etoris 2.  
ubi post  
viros ha  
eorum n  
Sanctus  
,, que vi  
,, lunt ha  
,, habend  
,, possunt  
,, placere  
,, concup  
,, dare ei  
,, si quid  
,, nent, u  
,, cupilce  
Hec Div  
se ornare  
peccatum  
Monialis  
circumst  
ribus, ac  
ter pecca  
Videatur  
tom. de fr  
(mibi) 4.  
viter pec  
ut hujus  
spectu se  
nis eidem  
offender  
crilegiun  
& ruina  
voto ca  
constat e  
cap. 6. n

## C A P U T I X.

Bulla Clementis Pap. VIII  
interdicens Regularibus largitionem  
Munerum.

C. Certum est, quod mulier ornans se animo provocandi ad concupiscentiam, mortaliter peccet; audiamus doctrinam Angeliei Doctoris 2. 2. quæst. 169. art. 2. in corp. ubi postquam concessit mulieres viros habentes posse se ornare, ut eorum maritis placeant, subjungit Sanctus: „ Illæ autem mulieres, „ que viros non habent, nec volunt habere, & sunt in statu non habendi (ut sunt Moniales) non possunt absque peccato appetere, placere virorum aspectibus ad concupiscentium: quia hoc est dare ei incentivum peccandi: Et si quidem hac intentione se ornent, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Hæc Divus Thomas. Nec tantum se ornare cum hoc pravo fine est peccatum mortale, verum etiam si Monialis diligenter composita, ac circumornata se ostenderet sacerdibus, ac isti hac occasione graviter peccarent: Marchadus ubi supr. Videatur pariter Arana in fin. 1. tom. de fragm. num. 497. & seq. pag. (mibi) 468. ex quo patet V. D. graviter peccasse nimium se ornando, ut hujus personæ obtutui, & conspectu se offerret, conscientia occasio nis eidem præstitæ DEUM graviter offendendi. Num verò fuerit sacrilegium in hoc casu scandalum, & ruina, quam V. D. illi personæ voto castitatis obstrictæ intulit, constat ex supradictis in hoc træg. cap. 6. num. 50. 51. & 52.

**I**N fine hujus tractatus volui ad jungere Bullam Clementis VIII. quæ omnibus Regularibus tam viris, quam foeminis interdictit largitionem munerū sub gravib⁹ poenis privationis activæ, & passivæ vocis, infamiae, & alijs pluribus; cujus tenor, ac ipsamet Bulla habetur in Bullario Magno tom. 2. pag. 39. inter constitutiones hujus Pontificis num. 28. de qua breviter aliqua differam.

71. Certò non constat, quod hæc Bulla recepta fuerit in Regnis Hispaniarum, quinimò aliqui Doctores id expresè negant, ut videtur est in Diana part. 1, træg. 6. resol. 1. & in N. P. Leandro à Murcia super sex. cap. Reg. Seraphic. quæst. 16. num. 1. hæc autem Bulla non imponit novam obligationem præter eam, quam Religiosus vi voti paupertatis habet non largiendi munera, sed solummodo assignat novam formam, & distinctam ab ea, qua approbanda est causa sufficiens ad largienda munera, taxatque poenas dictæ constitutioni contravenientibus: Duplex autem fuit finis hujus Bullæ: primus, ne bona Monasterij dilapidetur, secundus ne præva ambitione compulsi Religiosi

pro consequendis officijs alter alterius gratiam, vel protectoris, seu aliorum benevolentiam auctupentur: & hæc Bulla loquitur generaliter de omnibus Regularibus Prælati, & subditis.

72. Non prohibetur per hanc constitutionem largitio leviorum esculentorum, seu ad devotionem, vel Religionem pertinentium, ut ipsamet exprimit; *præter esculenta leviora, aut poculenta, seu ad Religionem, vel devotionem pertinentia paucuscum*: Et per extensionem inquit N. P. Murcia *supra n. 6.* quod possint dari alia hujusmodi, quamvis sint alterius speciei, supposita tamen in omnibus tanquam necessaria licentia Prælati: & etiam addit Diana *eodem tract. resol. 5.* quod Regularis dans quantitatem duorum aureorum, non incurrat in poenas hujus Bullæ, quamvis possit peccare contra paupertatem, si id sine debita licentia faciat: Neque contra hanc operatur Religiosus pictor, vel alia arte pollens, qui de licentia sui Prælati picturam aliquam, vel rem aliam suæ artis gratis facit amico, vel cognato; Valerus *in dif. atriusque fori, Verb. Munera. n. 66.* Nec prohibentur Regularibus donationes remuneratoriaæ, licet aliquantum excedant obsequia præstata. Diana *resol. 15. & 16.* neque vetita est inter Religiosos, & Moniales reciproca munera largitio, si absit periculum alicujus ambitio-

Æ subornationis; & universiter loquendo, cessante illo duplo fine Bullæ numero antecedenti aducto, cessant quoque ejus precepta & poenæ. ita Murcia *supr. num. 11.* Hæc constitutio pariter non violatur à Religiosis largientibus proprii manuscripta, sermones, lectiones, &c. Qui cupit majorem habere notitiam hujus Bullæ legat Antonium, Dianam part. I. tract. per totum, Valerum *in differ. utriusque fori. Verb. Munera; P. Murcia quæst. 16. super 6. cap. Reg. N.P.S. Francisci.* Omitto hæc, & alias statum Religiosum spectantia, cum ejus professores ea callere non debitem, & ad instructionem Parochorum, aliorumque Confessariorum dicta sufficient; ad hoc si quandocunq; dabitur occasio exaudiendi aliquem Regularem, si obligationis magis essentialis motio tam habeant.

## C A P U T X.

### *Exhortatio ad Personam Religiosas.*

73. **M**Agnam DEIIS ter optimæ exercuit misericordia ergo animam, quando ab innumeris ictu periculis eam eruens, ad locum Religionis statum eandem vocavit. Oh quam decepti vivunt homines in mundo! pulchro veritatis lumine carent, cæci ambulantes per illusionis tenebras, anxijs raptae status quoque eorum peccatum non item ceciderunt.

rum caducarum sollicitudinibus premuntur, humanarum curarum pondere onerantur, sedentes in tenebris, & umbra mortis. Econtra quantum in claro Religionis Hemisphærio veritatis radij emicant! fucidis acquisitarum cognitionum fulgoribus inæstimabilia cœli bona estimantur, vilissima verò terræ emolumenta despiciuntur: singulari pulchritudine splendidiores radij in Religionis firmamento reluent, ubi innotescit, quod præcipitem vitorum semitam sequi, ad profundum abyssi laxis habenis sit tendere; & quod felicem virtutum viam currere, securum sit iter ad amenam gloriæ Patriam capessendam. Mundus denique est turbidum mare, cuius fluctus à furi bundis passionum ventis agitati, ac vanitatum spumâ intumescentes, inter ventosas tempestates, inquietam animæ Navim cum evidenti naufragij periculo deferunt: Religio autem placidum Äquor est, in quo cœlis serenis, tranquillis fluctibus, aquis christallinis, vento puppim impellente, Navis spiritus ad dulcem, ac desiderabilem felicitatis æternæ portum transmigrat.

74. Verum pro ratione eminentie status Religiosi, lacrymabilior quoque erit in eo lapsus. Angelorum peccatum sine remedio fuit, non item illud hominis; e cœlo illi occiderunt, hic in terra decidit: & corum lapsus miserabilior fuit, quia

ex statu sublimiori præcipites se derunt: Ad quod illud dictum Poëtæ alludit.

*Et Celsa gravior casu  
Decidant turres: feriuntque  
summos  
Fulmina montes. (Horatius.)*

*Numeror. cap. 4.* Toleravit Deus quod Philistæ Arcam nudam tangenterent: non verò, quod Israelitæ eandem vel tangerent, vel consiperent, illi erant in statu imperfetto; hī ex Populo D E I electo. Quare si sæculi Filiorum crimina à D E O tolerantur, non sic facile in sublimi Religionis statu commorantium peccata dissimulantur: *Cui plus dignitatis adscribitur* ( dixit S. Cyprianus tract. 3. de simplic. Prælat) *plus ab eo exigitur servitutis.*

75. Religiosus promissa D E O facta fideliter observet; in obediencia exequenda diligens esse fatigat ad imitationem Christi Domini, qui non solum Äterno suo Patri obediens fuit: *Factus obediens usque ad mortem: ad libilip. cap. 2.* Sanctissimæ suæ Matri, ac S. Joseph. & erat subditus illi: *Luca cap. 2.* verum etiam alijs inferioribus; ut notavit S. Bernardus in cura illius cæci Evangelij: „ Quid vis, ait Dominus „ ad cæcum illum, ut faciam tibi? „ Quanta est miseratio tua Domini „ ne? quanta dignatio tua? siccine „ Dominus querit, ut servi faciat „ voluntatem. S. Bernardus serm.

1. de Convers. D. Pauli; Et quod plus est, obedivit iniquis Judicibus, tyrannis, Phariseis, & crudelibus Ministris, qui inhumaniter eum vitâ privarunt: Modò si DEUS est obediens, *Magister discipulū*, DEUS hominibꝫ, S. Bernardus serm. 19. in *Cantic.* quantò major erit obligatio Religiosi obediendi suo Prælato? nec ulla est admittenda excusatio, quod contra proprium genium, vel nimis durum videatur id, quod ex obedientia præcipitur, vel quod Prælatus sit indiscretus, & absque ratione præcepta imponens; Confundat hujusmodi prætextus JESU Christi exemplum, qui in rebus ita arduis obedivit, & viris sine ratione, sine æquitate & justitia operantibus se subjecit. Simpliciter ergo fili obediat, & exequatur præcepta sui Prælati, hæc est enim via tuta ad cœlum; ut notavit Doctor Mellifluus super audi, & vide Psal. 44. „Proin-„de audi, & inclina aurem tuam, „ut per auditus obedientiam ad „gloriam pervenias visionis. S. Bernardus Serm. 41. in *cantic.*

76. Paupertas voluntaria est pretiosissima Margarita, in cuius emptione tota terræ substantia bene impenditur: Pauper spiritu totam spem suam in DEO collocat, & in Divina Majestate pretiosiores thesauros possidet: *tuspes mea*, ait Religiosus DEO, *partio mea in terra vi-ventium*; & addit S. Ambrosius serm. 8. in psal. 118. cui portio Deus

est, *totius possessio est natura*. Alter certi sunt fructus hujus Divinitutis pauperum capitalis, ut ne siccitate sterilescant, nec diluvio inundent, nec imber diffundat, nec calor comburat: à communione denique periculis, quibus bona rena sunt exposita, paupertatis propria sunt exempta. *Portio tua* (di S. Ambrosius supr.) „, non aridat, „te siccatur, non imbre diluit, „non frigore uritur, non tempestat, „te quassatur; ea est portio, „terrena partes æquare non posse, sunt: ad sequendam Evangelium Paupertatis viam Cœlorum Regis Christi Domini sacrum exemplum multum confortat, & roborat, cum omnium bonorum supernaturalium, & naturalium esset aliud Iulus Dominus, strictiorem paupertatem elegit unius Prælepsij a gustis pro sua nativitate contemnens. Ecce Rex tuus (ait Propheta Zacharias cap. 9. venit tibi Justus, & Salvator ipse pauper; Vixit pariter vel pauper, & mendicus: Ego sum mendicus sum, & pauper. Psalmus ac demum super spinarum cervum inclinato capite, in ligno lecto, la nuditate contextus, emisit spiritum: Et si DEUS summe Dilectus pauper factus est; Egenus factus cum esset dives, ad Corinth. 8. quod singulare erit, quod anima Religiosa contemptis omnibus terre vanitatibus, Cœlorum Regis se confidere studeat?

TRACTATUS  
XV.De Statu Ministro-  
rum Justitiae.

## CAPUT I.

## De Statu Judicum.

**D**UAS Propositiones damnavit Innocentius XI. Circa Judices; & unam Alexander VII. Expositio duarum præcedentium potest videri part. 1. mea Fraxis tract. 10. num. 22. & num. 26. tertiae vero habetur in hac 2. part. tract. 17. Pro majori claritate hoc caput in sequentes §. dividam

## §. I.

## De Modo inquirendi

Delicta.

1. **P.** P. R. Ego publico Judicis Officio fungor, & si unquam in hoc delinqusem, me accuso.

C. Habet ne V. D. remorsum conscientiae de re aliqua particuliari suum officium concernente?

P. P. R. non deest aliquis scrupulus me affligens.

C. Dicat ergo in qua materia conscientia eam redarguat.

P. Magnum sentio scrupulam propter causam criminalem, quam agitavi,

Ee

77. Inestimabilis denique est caritatis Margarita, quæ homines in Angelos transmutat, ac suæ puritatis alii animas ad cœlum elevat, & extolit; ut dixit S. Ambrosius lib. 7. in Luc. cap. 12. „ Caro, si consentiens DEI legi, & exuens se lege peccati, in naturam animæ sensum puritate transierit, alis ad cœlum spiritualibus elevatur: Hæc enim virtus in cœlo habitat, inquit Sanctus, lib. 1. de Virg. in cœlo patria est castitatis; hic advenia, ibi incolaeſt: Castitas homines animales in spirituales, brutales in rationales, terrenos in cœlestes, habitatores terræ in cœli incolas invertit. Per hanc gloriosam virtutem Cœlorum Regina, Mater DEI, Angelorum Domina, ac Imperatrix Gloriæ esse promeruit; Hanc si anima Religiosa diligere gloriatur, puritatem quoque summopere diligere debet, quæ est principale ipsi gratum objectum.

78. Ad trium horum votorum suæ Regulæ, ac ei annexarum obligationum exactam observantiam V. D. hortor, & si in his deliquerit, reflectat unde exciderit: *Memor esto unde excideris. Apoc. 2.* A perfidione cecidit in vitium; e cœlo in abyssum; e Paradiſo in Baratum; e Regali Throno ad vilissimam servitatem; Ut Filius factus est mancipium: nunc e mancipio faciat se filium; elevet se à culpa ad gratias; ut cum gratia consequi possit Gloriam, Amen.

## 218 Tractatus XV. De Ministris Justitiae.

agitavi, utrum sufficientibus indicijs, & conjecturis inquisiverim.

C. V. D. *Ex Officio*, vel ad instantiam partis hoc fecit? quia quando fit ad instantiam partis, viâ accusationis; juridicè proceditur, examinando testes ab accusatore nominatos: Bonacina tom. 2. disp. 10. circa 8. præceptum quæst. 2. punct. 6. num. 1.

P. P. R. *Ex Officio* processi.

C. Quando Judex procedit *ex Officio* dicitur procedere viâ inquisitionis, quæ triplex est, nempe generalis, specialis, & mixta. Generalis est, quando de persona in communi, quæritur crimen in communi, an scilicet subditi servent leges, an non committantur crimina, an de nullo sit fama, vel suspicio alicuius criminis: Hac utuntur Prælati, & Superiores in visitationibus suis. Specialis est, quando de certa persona, & de certo crimen quæritur; an scilicet Paulus commiserit homicidium. Mixta est illa, quæ constat *ex generi*, & *speciali*: & potest esse duplex: aut enim de persona in communi quæritur crimen particularē, ut si invento cadavere quæratur, quis illud homicidium commiserit; aut de persona particulari, quæritur crimen generale: ut si quæratur, an Causus homo flagitiosus sit, vel an aliqua delicta commiserit.

2. C. Dicat mihi V. D. quænam harum inquisitionū præcessit causa?

P. P. R. Specialis.

C. Præcessit ne infamia illius personæ contra quam V. D. processus licet enim ad generalem inquisitionem non requiratur prævia infamia; & etiam in inquisitione mixta, quando de certo crimine queritur, & de persona in communi possit procedi absque prævia infamia in inquisitione tamen speciali ha- debet præcedere, sic etiam in mixta, in qua quæritur de persona particuliari, & crimen in communi, v. g. utrum Petrus commiserit aliquid delictum.

P. P. R. Duo, vel tres querelans deposuerunt, quod talis persona delictum, & quidem valde grave petraverit.

C. Ad infamiam judicialem non sufficit denuntiatio, vel accusatio duorum, vel trium, etiam cum Juramento, sed delictum debet esse notorium in majori parte Populi aut Vicinæ; unde ad infamiam judicialem requiritur, ut sit frequenter opinio, & vox bonorum, vox enim dyscolorum, & hominum infirmi fortis non efficit legitimam, & iudicialem infamiam, cum hæc infamia induci possit absque indicijs, conjecturis sufficientibus, *conclu-* *ex cap. Inquisitionis, de accusationibus, ubi ad finem cap. dicitur, propter dicta paucorum eum infamum reputare non debet, cuius ap-* *bonos, & graves lata opinio exsistit;*

Dicat mihi V. D. fuerunt ne aliqui  
quindicia contra hanc personam?

P. Ita P. R.

C. Erant ne indicia manifesta,  
probabilia, vel dubia; indicia ma-  
nifesta sunt, quæ inducunt conje-  
cturam moraliter certam; v. g. si  
penes hominem in via occisum, in-  
veniretur alius cum gladio evagi-  
nato; hoc esset indicium manife-  
stum, eum fuisse homicidam. Indi-  
cium probabile est, quod causat  
conjecturam probabilem; v. g. si  
postquam Petrus minatus esset  
mortem Joanni, hic inventus fuisset  
mortuus nulla prævia contentio-  
ne, aut rixa cum alijs; indicium  
probabile esset, Petrum fuisse occi-  
sorem; Indicium dubium, & leve  
est illud, quod est causa levis, & te-  
nuis conjectura; v. g. si invento  
Joanne imperfecto in aliqua via  
comperiretur in altera Petrus cum  
gladio in vagina, esset indicium leve  
de patrato ab hoc homicidio.

P. P. R. Non fuerunt indicia  
manifesta, neque probabilia.

C. Quamvis plures Doctores  
sentiant, non sufficere indicia ad fa-  
ciendam specialem inquisitionem,  
nisi adsit probata infamia; quod  
pluquam verum tenet Trullench  
Thom. 2. lib. 8. cap. 1. dub. 17. num. 2.  
Alii tamen censent, quod prævijs  
manifestis indicijs possit fieri inqui-  
sitione, ac si adeset infamia; ita D.  
Thom. 2. 2. quest. 69. art. 2. in corp.  
ubi ait: debet requirere Juxdex secun-

dum Ordinem Juris, puta, cum præ-  
cessit infamia super aliquo crimine,  
vel aliqua expressa indicia apparue-  
rint.

3. Ex accusatoribus, vel denun-  
tiatoribus fuit ne aliquis, qui depo-  
suerit, publicam esse infamiam hu-  
jus personæ circa præsentem ca-  
sum? etenim duo testes publica-  
tem infamiam deponentes sufficiunt  
ad probandam dictam infamiam, &  
ad procedendum ad specialem in-  
quisitionem; nec est necessarium,  
ut ipsimet à potiori parte loci hoc  
audierint, sed sufficit, quod jurent  
se id audivisse, tanquam publicum,  
à personis fide dignis, expresse eas  
nominando. Trullench *supr. n. 5.*

P. P. R. Nemo dixit se audivisse  
factum, tanquam publicum.

C. Præcessit ne semiplena pro-  
batio contra delinquentem? quia,  
cum hac potest fieri Processus ad  
specialem inquisitionem; ut colli-  
gitur ex S. Thomas *supra*: & ad hoc  
sufficit testis omni exceptione ma-  
jor, qui deponat querelam contra  
delinquentem, hunc reum esse af-  
firmans. Lessius *lib. 2. de justit. cap.*  
*29. dub. 16. num. 146.* ita opinatur,  
quando delictum est notorium, &  
delinquens ignoratur; in quo ca-  
su inquisitio est mixta juxta supra  
dicta.

P. Nec semiplenam probatio-  
nem habui contra delinquentem.

C. Facta ne fvit inquisitio eo  
fine, ut innotesceret, utrum ac-  
cusá-

## 220 Tractatus XV. De Ministris Justitiae.

cusatus; esset idoneus ad aliquod officium, aut beneficium ab ipso prætensum? nam quando quis prætendit aliquod officium, aut beneficium, potest de ipso fieri specialis inquisitio, an sit idoneus, vel ne ad ejusmodi Officium, vel beneficium prætensum, licet nulla præcedat infamia, vel indicia, aut semiplena probatio: Idem dicendum, quando aliqui intendunt contrahere Matrimonium, aut sacris Ordinibus initiari; tunc enim fit specialis inquisitio, num aliquod impedimentum obstet; ita communis Doctorum.

P. Nihil simile prætendit illa persona.

4. C. Erat ne delictum in detrimentum boni publici, vel privati? quia si hoc esset, & ita expediret ad impediendum malum futurum publicum, aut privatum, potest procedi ad specialem inquisitionem, licet nulla præcedat infamia; ita cum Soto, & alijs Thomas, Sanchez in Cons. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 19. num. 15.

P. Ex relato delicto nullum damnum bono publico, aut privato imminebat.

C. Delictum erat ne Crimen læsa Majestatis, aut homicidium à mancípio commissum contra proprium Herum? nam in istis etiam casibus potest procedi absque ulla prævia, & probata infamia: Sanchez ibid. num. 17. & 20.

P. Nec hujus generis delicta fuere.

C. Quo ergo motivo, aut fundamento V. D. processit ad specialem inquisitionem contra hanc personam?

P. Ex eo, quod illæ duæ, tres personæ mihi dixerint, tales delinquentis delicta non debent relinquiri impunita.

5. C. Quando delictum est occultum, ille, cui est notum, debet facere correctionem fraternalm; & si haec non speratur profutura, potest eam omittere; quia cum finis correctionis sit emendatio delinquentis, ut docet Doctor Angelicus 2. 2. quest. 33. art. 6. in conf.

Correctio fraterna, inquit, cujus finis est emendatio delinquentis? nisi sufficit spes obtinendi hunc finem, et media non sunt adhibenda: & quando desperatur emendatio delinquentis per monita secreta, et autem speratur per delationem occultam paternam, tenetur proximus occulte, & paternè crimine deferre Prælato; ita cum Hurtado tenet R. P. Leander à Sacramentis part. 6. tract. 6. de correct. dig. 1. quest. 11. Diana part. 7. tract. 1. resol. 39. §. & ideo notavit, & resol. 43. Coninch, & alij cum Suarez idem docui cum Bonacina in meo Confer. part. 1. quest. 4. Antilog. num. 22. pag. 6. Et haec denuntiatio debet fieri Judici, non tanquam Judici, sed ut Patri: ut cujus

amen  
procede  
commu  
trat. 6.  
Quarop  
tres Per  
delictum  
fas non  
tionem.  
tra accu  
ratum  
correc  
aliquam  
preserv  
Palau i  
P. P.  
do nostr  
tiatione  
& preser  
lis, proc  
piendas  
banda in  
cialem in  
C. Hi  
ne consu  
dictorum  
P. No  
in ijs, q  
involv  
C. Ta  
tanquam  
ad praxis  
doctis, &  
P. Ita  
C. E  
præcise i  
fariam a  
P. Qu

tamen non potest Judex juridice procedere contra reum; ita cum communis Castro Palauis tom. I. trad. 6. diffic. I. punct. II. num. I. Quapropter cum illæ duæ, aut tres Personæ notificaverint V. D. delictum occultum delinquentis, fas non erat procedere ad inquisitionem specialem, & juridicam contra accusatum: ad summum poterat eum vocare, ac præmissâ bonâ correctione, aut reprehensione, aliquam pænitentiam occultam, præservatiuam eidem imponere: Palauis ibi num. 2.

P. P. R. Communis Confuetudo nostra est, ut posita sola denuntiatione alicujus privatæ personæ, & præsertim si sit publicus Officialis, procedatur immediate ad capiendas informationes, & ad probanda indicia, & his habitis ad specialem inquisitionem.

C. Hic modus procedendi est ne consuetus in omni genere delictorum, vel solùm graviorum?

P. Non in omnibus, sed tantum in ijs, quæ specialem gravitatem involvunt.

C. Talis modus est ne receptus, tanquam legitima consuetudo, & ad praxim deducta ab hominibus doctis, & bonæ conscientiæ?

P. Ita P. R.

C. Et hoc solet ne practicari præcisè in poenam, vel ut necessarium ad bonum commune?

P. Quotiescumque hoc practi-

catur, ideo fit, quia ad bonum commune necessarium esse putatur.

C. Jam video esse Consuetudinem receptam in Tribunalibus sacerdotalibus, quod prævia denuntiatione lictoris, aut alterius privatæ personæ, aut querelâ licet absque obligatione probationis, fiat transitus ad informationem, ad probationem indiciorum, & cum horum probatione formetur specialis inquisitio; hæc tamen praxis, seu consuetudo est contra torrentem Theologorum, & Juristarum doctrinam; hancque cum Glossa affirmat Navarrus cap. inter verba II. quæst. 3. conclus. 6. Corol. 63. num. (mibi) 253. & in hoc nulla est differentia inter Judicem sacerdotalem, & Ecclesiasticum: quare sicut Ecclesiasticus nequit procedere absque prævia infamia ad specialem inquisitionem; ut ex cap. Inquisitionis supra dixi num. 2. ita neque Judex sacerdos.

Lessius tamen de justit. lib. 2. cap. 29. dub. 14. num. 134. censet, non esse reprobandum usum Judicium sacerdotiale, qui in dicto casu procedunt ad inquisitionem absque prævia infamia, quando hoc fit cautè, circumspectè, & secundum leges, & consuetudines in Provincijs receptas, præsertim in causis gravibus, ut sunt furta, homicidia, Sacrilegia, incestus, & alia delicta, quæ Republicam perturbant;

bant; nec procedatur ob meram  
poenam, sed propter bonum Rei-  
publicæ: idem docet cum Bartolo  
Cardinali, & Alciato Villalobos  
tom. 2. tract. 14. diffic. 8. sub num.  
8. §. Hæc secunda. Censentit in hoc  
cum Lessio, Filiucio, & Villalobos  
cum dictis conditionibus Trul-  
lench tom. 2. in Decalog. lib. 8. cap.  
2. dub. 17. num. 23. Sicque pro-  
bari potest; quia cum sit proba-  
bile, quod antecessio infamiae non  
sit de lege naturali, nec Divina,  
sed humana, potest contra eam  
prævalere consuetudo; ut videri  
potest in Sanchez tom. 2. consil. lib.  
6. cap. 3. num. 2. ergo si hæc con-  
suetudo Tribunalium sacerdotalium  
esset iam introducta, tanquam le-  
gitima, posset derogare legi san-  
cienti, ne absque prævia infamia  
ad speciale inquisitionem proce-  
datur.

6. Dicat mihi, securum ne fuit  
aliquid damnum famæ, aut bonis  
hujus delinquentis?

P. Non P. R. quia duo testes,  
quos ego examinavi, sunt viri  
discreti, nemini revelatur delictum;  
& causa est derelicta, nec usque  
modo constat, me ad talem inqui-  
sitionem processisse.

7. C. In Communi Sententia  
affirmante, quod Judex sacerdotalis  
nequeat procedere ad inquisi-  
tionem absque prævia infamia, V. D.  
non tantum graviter peccavit per  
talem inquisitionem, verum etiam

si securum fuisse aliquod damnum,  
hoc resarcire teneretur; ita Lex  
Canonica c. Qualiter, & quando  
de accusationibus, his verbis: „Idem  
„que mandamus quatenus ad con-  
„scientiæ vestræ judicium recor-  
„rentes, si contra præscriptum  
„Ordinem tanquam homine  
„commisisti; non pudeat vos ex-  
„, rorem vestrum corrigere &  
sed cum nullum fuerit securum  
damnum, hæc lex cessat; bonum  
tamen erit, quod V. D. ijs perso-  
nis secretum commendet; & si alii  
quid in scriptis habetur, combi-  
natur, aut laceretur, ut postea  
nullum præjudicium ei euenuatur.  
Modus, quo Judex debet reparare  
errorem commissum in causa  
14. cit. diffic. 16. per totam; & in  
Lessio supr. dub. 18.

8. P. P. R. me accuso, quod  
post factam inquisitionem specialis  
contra Reum, & probata iam in-  
famia, inquisitionem fecerim de  
alio delicto, absque ulla præ-  
passiva informatione.

C. Delictum, de quo erat infor-  
matus reus, fuit ne sufficiens de-  
dicium ad comprobandum alterius  
de quo nulla erat informatio? qui  
hoc posito, possit fieri inquisicio  
v. g. si unus est infamatus, &  
convictus de homicidio, & occi-  
sus invenitur expoliatus, potest  
quiri, utrum homicida ejus vele-  
furatus fuerit: Marchadus tom. 2.  
lib. 6.

ibidem. P. C.  
num. 1. dicimus. P. dicitur. C. I.  
lictum. Etus de-  
seu Sacrum. ibidem. P. C.  
misericordia: cuju-  
eius, fuit de  
homicidio. C. O.  
delicto. rea po-  
tio de  
infamati-  
onis de-  
dictur. „beat. „quibus  
„seru-  
fuerit in-  
tuit fieri  
licet de  
famia, &  
tiens in  
proprijs  
tom. 2. 9. P.  
quid p.  
& prob.  
compli-

lib. 6. part. 2. tract. 3. doc. 5.  
num. 1.

P. Prius delictum non fuit indicium alterius eo modo, quo V. P. dicit.

C. Poterat ne nosci unum delictum absque altero? V. G. convictus de furto in Ecclesia patrato, seu Sacrilegio, potest interrogari, utrum fregerit portas: Marchadus ibidem.

P. Casus fuit, quod vir commiserit adulterium cum coniugata: cuius maritus inventus est mortuus, & quia adulter convictus fuit de adulterio, fuit pariter de homicidio interrogatus.

C. Quamvis aliquis de uno delicto sit infamatus, non propterea potest fieri specialis inquisitio de altero, de quo non est infamatus, constat ex cap. Inquisitionis de accusationibus: supracit. ubi dicitur: „Cum Inquisitio fieri debet solummodo super illis, de quibus clamores aliqui praefserunt: In casu V. D. cum vir fuerit infamatus de adulterio, potuit fieri inquisitio de homicidio, licet de hoc nulla praecesserit infamia, quia adulterium fuit sufficiens indicium homicidij, ita in proprijs terminis docet Villalobos lib. 2. tract. 14. diffic. 9. num. 2.

9. P. P. R. me accuso pariter, quod post examen juridicum Rei, & probationem ejus infamiae, de complicibus in suo delicto eundem

etiam interrogaverim.

C. Culpa hujc reo imputata fuisse talis, ut sine socijs patrari non potuerit v. g. si fuisset deprehensus magnam cistam abstulisse, quam solus exportare non potuisset; &c. aut quando delictum licet ab unicō committi posset, constat tamen à pluribus patratum fuisse.

P. P. R. Notum fuit, habuisse complices in delicto.

C. Hi complices erant ne pariter infamati de tali delicto? in hoc enim casu, poterat V. D. speciali inquisitione procedere contra ipsos modo supradicto.

P. Non P. R.

C. Haec inquisitio fuit ne facta in generali, vel in particulari.

P. P. R. Ad generalem, non verò particularem inquisitionem processi.

C. Est decisio legis Canonicae, cap. cum Monasterium 1. de confessis, quod non ex eo, quod reus sit conuictus de aliquo delicto, possit fieri inquisitio de complicibus non infamatis: „Cum secundum utriusque juris statuta de se confessi, super aliorum conscientijs interrogari non debent &c. Ast quando delictum nequit committi absque complicibus, aut constat, reum illos in eodem habuisse, potest fieri generalis inquisitio ad dictis complicibus, nullâ interrogatione factâ de aliqua determinata persona: v. g. si deprehendiatur

tur persona à tribus, vel quatuor imperfecta; & horum unus conuin-  
citur fuisse aggressor defuncti, po-  
test hic interrogari in genere de  
socijs homicidij, Marchadus *supr.*  
*num. 2.* Villalobos *loc. cit. diffic.*  
*10. num. 2.*

## §. II.

De Jurisdictione, & suffi-  
cientia Judicium.

**10.** P. P. R. accuso me semel,  
ut excommunicatum  
munere Judicis funeratum fuisse.

C. Fuit ne minor excommuni-  
catio? quia hæc non obstat, quo  
minus licet, & validè Judex suo of-  
ficio fungi possit.

P. Erat Excommunicatio major.

C. Erat ne publica, seu notoria?  
nam si fuisset occulta, potuisset pa-  
riter suum officium licet & validè  
exercere. Sylvester *Verb.* *Excom-*  
*municatio 3. num. 3.* & plures alii:  
ratio est, quia lex naturalis conser-  
vandi suam famam prævalet posi-  
tivæ, quæ prohibet Judici excom-  
municato sui officij exercitium,  
ergo ad conservandam indemnitas-  
tem suæ famæ, poterit validè, & li-  
cet suo Officio fungi, si occulta sit  
excommunicatio.

P. P. R. notorium erat, me esse  
excommunicatum.

C. Erat ne excommunicatus  
toleratus, aut vitandus? quia ex-  
communicatus vitandus, & non

toleratus, non tantum peccat gru-  
viter exercendo actus Jurisdictionis  
sui Officij, sed etiam irriti, &  
nulli sunt tales actus, cum sit pri-  
vatus usu jurisdictionis. Sic DD.  
communiter Diana *part. 5. tract. 9.*  
*de excom. resol.* 108.

P. P. R. non eram vitandus, sed  
toleratus.

C. Dicat mihi, exercuit ne V.  
D. spontè actus judiciales, vel po-  
stulatus à parte?

P. P. R. spontè hoc exercuit.

C. Gestæ per Judicem excom-  
municatum toleratum valida sunt  
quia Ecclesia eum tolerando non  
privat jurisdictione: Bonacina *tom.*  
*1. disp. 2. de censur. quaest. 2. par-*

*7. num. 3.* & si est postulatus à pa-  
ribus ad ferendam sententiam, non  
peccat fungendo officio: sed si ip-

semet spontè hoc agit mortaliter  
peccat in communi sententiæ  
quamvis Cajetanus, & Henrique  
censeant solum peccare veniali-  
ter: quod probabile asserit Tru-

lanch *tom. 2. in Decal. lib. 8. cap.*  
*dub. 9. num. 4.* Verius tamen,

tutius est asserere à mortali non  
cussari; eo quod actio judiciale  
quæ prohibetur excommunicato  
per se videatur valde gravis,  
sufficiens ad peccatum mortali-

De excommunicato tolerato,  
vitando videatur prima pars Pro-  
x. *tract. 5. cap. 6. num. 42.* & seq.

**11.** P. P. R. Sic pariter acculo  
Judicis officio functum fuisse in al-

qua cau-  
habuisse

C. E-  
munere  
dictione  
acta inva-  
abest, ve-  
biecta, ve-  
sunt subd-

vel licet  
esse talis  
ri. v. g.  
secularis  
sibus, in c-  
hristianis  
V. D. in  
modis de-

P. P. R.  
sona fueri-

C. His  
lummodo  
incendens  
absque ulli  
quia, si ha-  
priuilegio  
sej. 23, cap.

P. P. R.  
sunt.

C. Fui-  
chio secul-  
casu, Trib-  
judicio ful-  
te leg. C  
datio de pa-

P. Non  
eleasticus

C. For-  
quia hujus

qua causa, in qua dubito, me non  
habuisse Jurisdictionem.

C. Euidens est, Judicem hoc  
munere fungentem absque Juris-  
dictione, graviter peccare, ac ejus  
acta invalida esse; quæ Jurisdictio  
absit, vel quia persona non est su-  
biecta, v. g. Ecclesiastici, qui non  
sunt subditi Judicibus secularibus;  
vel licet persona sit subiecta, cessat  
esse talis in aliqua causa particula-  
ri, v. g. si ab Ecclesia extrahatur  
secularis, qui illuc confugit in ca-  
sibus, in quibus immunitas Eccle-  
siastica viget. Nunc dicat mihi  
V. D. in quonam ex his duobus  
modis desuit ipsi Jurisdictio?

P. P. R. Primo modo, cum per-  
sona fuerit Ecclesiastica.

C. Hic Ecclesiasticus erat ne so-  
lummodo primâ tonsurâ initiatus,  
incendens vestibus secularibus, &  
absque ullo beneficio Ecclesiastico;  
quia, si hoc esset, non gaudebat  
privilegio Fori, ut constat *ex Cone-*  
*cess. 23. cap. 6. de reform.*

P. P. R. Ordine sacro initiatus  
fuit.

C. Fuit ne degradatus, ac bra-  
chio seculari traditus? quia in hoc  
casu, Tribunalis quoque secularis  
judicio subesse posset, ut constat  
ex leg. Canonica *ex cap. degra-*  
*datio de pénis in 6.*

P. Non fuit degradatus talis Ec-  
clesiasticus.

C. Fortè ob delictum assassinij?  
quia hujuscemodi delictis est an-

nexa ipso facto degradatio, *ex cap. pro hum. de homicidio in 6.* verum  
est, quod ad hoc, ut Judex secu-  
laris possit id judicare, requiratur  
sententia saltem declaratoria Ju-  
dicis Ecclesiastici, ut videri potest  
in Diana part. 1. tract. 2. resol. 52.

P. P. R. non commiserat hujus-  
modi delictum ille Clericus.

C. Cur ergo V. D. se intromi-  
sit in causam hujus Ecclesiastici?

P. P. R. ego non me intromisi  
animo eum processandi, ac ferendi  
Sententiam, sed accipiendo judi-  
cialiter secretò informationem, &  
postmodum ad Judicem Ecclesiasti-  
cum eandem remittendi.

C. Neque hoc modo potuit V.  
D. se intromittere, ac proinde non  
tantum graviter peccavit, verum  
etiam in excommunicationem 15.  
Bullæ Cœnæ incidit, ita Bonacina  
tom. 3. disp. 1. quæst. 20. punct. 1.  
num. 7. plerique alij: Quapropter  
non licet Judici Laico (exceptis  
aliquibus casibus à lege permisis.)  
in causis Criminalibus judicialiter  
informationem accipere contra  
personas Ecclesiasticas, quia has  
processare dicitur in iisdem causis;  
& hoc verum est, etiamsi Judex  
Laicus hanc informationem occul-  
te sumat animo præsentandi pro-  
cessum Summo Pontifici, vel Prä-  
lato, adhuc enim contra Bullæ dis-  
positionem delinquit; cum in ea  
simpliciter sua anathematis dist-  
ricione interdicatur, processum  
con-

contra personas Ecclesiasticas in causa criminali instituere. Videatur Leander à Sacram. part. 4. tract. 3. disp. 15. per totam : eamdemque censuram incurront non solum Magistratus, & Judices, verum etiam Notarij, Scribæ, Justitiæ Ministri, aut executores Curiæ secularis quomodolibet se intromittentes; ut constat ex textu ejusdem Bullæ.

12. P. P. R. me accuso, quod delinquentem ad Ecclesiam confugientem per vim extraxerim.

C. Est culpa gravis Sacrilegij de Ecclesia Reum capere, quando prodest ei Immunitas Ecclesiastica: ita D. Tho. 2. 2. quaest. 99. art. 2. ad 3. *Sacrilegium interdum invenitur—puta si quis Index capiat aliquem de loco Sacro, &c & præterea Excommunicatione Bullæ Cænæ afficiuntur ij, qui statuta, & decreta contra Immunitatem Ecclesiasticam faciunt, & ordinant: hæc tamen non incurrit ab eo, qui facto ipso non ratione statutorum per vim aliquem Reum ab Ecclesia extrahit; quia non utitur statutis, vel decretis contra libertatem Ecclesiasticam: ita Bonacina tom. 3. disp. 1. quaest. 16. p. 1. sub num. 10. §. ex dictis. Alia tamen Excommunicatio major contra Immunitatis Ecclesiasticæ violatores lata est à Gregorio XIV. in Constitutione, quæ incipit: *Cum alias non nulli, &c. prima Junij 1591. edita, eam-**

quere fert Bullarium Magnum tom. 2. pag. 707. inter Constitutiones hujus Pontificis num. 7. & licet Barbosa in collect. super cap. 20. §. 25. Conciliij, num. 14. allegando unam decisionem, dicat, hanc Censuram esse reservatam sed Apostolicæ, est tamen probabile posse absolvii ab Episcopo; ut cum Riccio docet idem Barbosa de pot. Episcop. part. 3. alleg. 51. casu 3. 72. idem etiam alij tenent: hanc tamen Bullam Gregorianam in Hispania non esse usum receptam notat Diana part. 1. tract. 1. refol. 33.

13. Dantur aliqui casus, in quibus licet Judicibus laicis de Ecclesia capere delinquentes, hosque breviter per sequentes interrogations resoluam.

Dicat mihi V. D. prædictus delinquens occidit ne proximum per industria, & per insidias? tales enim homines beneficio Immunitatis redduntur indigni. Id probatur ex cap. 21. Exodi. si quis per industria occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari me auelles eum. Cujus rei exemplum habemus in Salomone Reg. 3. 48. gum. 3. qui Joab ad altare confidentem impunem non reliquit quia per insidias Abner occiderat 2. Reg. 3. & Amasam 2. Reg. ad Et simile est, si quis hominem veneno enecet, cum id sit homicidium qualificatum, ac proditione ita Layman cum alijs tom. 2. 4. nro.

4. trab.  
P. I.  
petrav.  
C. I.  
noctur.  
vel affa-  
ratis in  
interfici-  
landos  
asyloge  
11. disp.  
seq. Co-  
Author  
deponu-  
tur; &  
tiuam p.  
P. N.  
commi-  
C. F.  
tractus  
carcere  
equit,  
sugit? i  
immuni-  
quamui-  
tur. I  
Ecel. in  
num. 57  
P. N.  
suit.  
C. C.  
commis-  
P. P.  
vulnus i  
C. E.  
pariter i  
for in Ec  
alliumex

4. tract. 9. cap. 3. sub num. 8.

P. Hujusmodi crimen non pertraverat.

C. Erat ne publicus latro; vel nocturnus depopulator agrorum, vel assassinus, qui vias publicas patatis insidijs obsideret ad homines interficiendos, vel agros depopulandos? quia nec hi immunitatis asylo gaudent. Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. unie. punct. 9. num. 2.* & seq. Controversia autem est inter Authores utrum diurnus agrorū depopulator tali immunitate fruantur; & Palaus *ibi num. 5.* affirmatiū probabilem tenet.

P. Neque hujusmodi delictum commiserat.

C. Fortassis fuit ab Ecclesia extractus, quia dum duceretur ad carcerem e manibus satellitum evadit, ac ad locum Sacrum confugit? in quo casu multi sustinent immunitatem nihil ei prodesse, quamvis alij piē contrarium tueantur. Ita Fagundez *super praecept. Eccl. in 1. praecept. lib. 4. cap. 4. num. 57.*

P. Neque hujusmodi delictum fuit.

C. Cujusmodi ergo delictum commiserat hæc persona?

P. P. R. in ipsam Ecclesiam vulnus infixit personæ.

C. Et persona vulnerata erat ne perire in Ecclesia? quia si aggressor in Ecclesia existens vulnerasset alium extra Ecclesiam existentem,

probabile est, privilegium immunitatis non amississe: ita Bonacina, Diana *part. 1. tract. 3. resol. 9.* quamvis alij in hoc casu immunitatem nihil profuturam sentiant, ille tamen, qui extra Ecclesiam existens, ferit in Ecclesia commorantem, immunitate non gaudet; ita citando Suarez docet Portel. *in dub. regul. verb. Ecclesia immunitas, num. 15.*

P. P. R. tam vulneratus, quam aggressor in Ecclesia erant.

C. Vulnus fuit ne infictum in ipsam Ecclesiam, aut violenter fuit extractus ab aggressore ad eundem vulnerandum? quia tali modo probabile est, pœnam privationis immunitatis non incurri: sic tenet contra alios Bonacina *tom. 2. in 1. praecept. Decalog. disp. 3. quaest. 7. punct. 6. §. 2. num. 4.*

P. P. R. Delictum non fuit taliter patratum.

C. In scalis, atrio, vel porticu, vel tecto Ecclesiae fuit fortè commissum? quia juxta Dianā *part. 6. tract. 1. resol. 7. §. Oritur*, in hoc quoque casu immunitatis privilegium non amittitur.

P. Intra ipsam Ecclesiam casu contigit.

C. Ex vulnere secuta fuit ne mutilatio, vel mors? secus enim non amittitur immunitas, Diana *ibid. §. unde* Nec sufficit quæcumque mutilatio. v. g: abeissio digitii, quia digitus non est membrum, sed

sed pars membra, proindeque debet esse mutilatio pedis, manus &c. est enim mutilatio abscissio alicujus membra, seu partis corporis habentis Officium distinctum à reliquis. Castro Palaus *tom. 2. tract. II. disp. unic. punct. 9. n. 10.*

P. P. R. abscidit manum iectu gladij.

C. Inter vulnerantem, & vulneratum præcessit fortè aliquod iurgium, & dissensio, ita ut exinde percussor provocatus ad iram aliū vulneraverit?

P. Non P. R. sed vulnerans animo feriendi alium, Ecclesiam adiuit.

C. Si casus contigisset ob aliquam rixam ortam per accidens, & percussor fuisset prouocatus, docet Diana *ibid. §. sed quia*, quod Jus immunitatis non amisisset; sed cum casus in dicta forma non successerit, nec aliqua ex dictis circumstantijs, aut alijs allegatis à Doctoribus in locis supracitatis concurrerit, hujusmodi crimen asylum Ecclesiastice immunitatis amisit: hoc constat *ex cap. final. de immunitate Ecclesiarum*, ibi dicitur: *Tales ( idest illi qui occidunt, aut abscindunt membrum in Ecclesia, vel Coemeterio ) non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos : idem habet Bulla Gregorij XIV. supra citata.*

14. P. P. R. me accuso pariter de aliquo remorsu conscientiæ su-

pra meam habilitatem, & sufficietiam.

C. V. D. fortè non habet item requisitam ad Officium Judicis, nempe viginti sex annos, ut in Universitate approbata annorum seriem non transegit? nam juxta legem decem sunt impendendi anni in longo caularum Civilium, & Canonicarum studio Marchadus *tom. 2. lib. 6. part. 1. tract. I. docum. 2. num. 2.*

P. P. R. in hoc non habeo scrupulum, siquidem triginta annos habeo, ac per decem annorum curriculum legis studio incubui; meus remorsus est, quianimia solicitudine huic munere cavi.

C. V. D. Saltem non ignorare necessaria ad executionem sui Officij?

P. P. R. fateor pro certo me in hoc esse aliquantulum imperitum.

C. Erravit ne V. D. in aliquantum detrimento partium?

P. In non nullis paulisper erravi, sed Diuinâ opitulante gratia ab illo secuto damno errorum correxi.

C. Est doctrina Angelici Doctoris ab omnibus recepta, quod fungs Officio, cuius obligationibus satisfacere nequit, sit in malo statu nisi illud deserat. Quapropter V. D. se ad hoc munus exercendum inhabile noscit, graviter pe-

cat id no  
cienda d  
secuta te  
nisi vel c  
necessari  
dus ubi j

*De M*

*15. P.*

rim Sen  
processu

C. Ne  
se in fav  
allegari

P. Ita  
& habili  
in sua p  
tuister.

C. E  
qua fier  
set prob

P. Ne  
sequitur

C. T  
Sanchez  
I. tract.

9. quod  
juxta all  
ro alleg  
Sententi  
est veru  
quid Di

41. & si  
probabi

cat id non deferendo, ac ad resarcienda damna ex sua inhabilitate secuta tenetur; nec potest absolviri nisi vel dimittat Officium, vel scitu necessaria sibi comparet; Marchamus ubi supra.

## §. III.

## De Modo procedendi in ferendis sententijs.

15. P. P. R. dico meam culpam, quod in lite Civili tulexi Sententiam juxta probata in processu, & allegata ab Aduocato.

C. Novit ne V. D. plura potuisse in favorem partis condemnatae allegari?

P. Ita P. R. si Aduocatus doctior, & habilior fuisset, plura quoque in sua partis favorem allegare potuisse.

C. Et per allegationes novas, quae fieri potuerint, effecta ne fuisset probabilior ratio partis laesae?

P. Non fuisset probabilior, sed sequitur probabilis.

C. Tametsi cum Vasquez, & Sanchez doceat Castro Palauis tom. 1. tract. 1. diss. 2. punit. 10. num. 9. quod Judex debeat dumtaxat juxta allegata, & probata, non verbo alleganda, & probanda ferre Sententiam: contrarium tamen est verum, quod docet Dicastillo quod Dianam part. 9. tract. 9. rejol. 4. & si id, quod poterat allegari probabiliorem effecisset rationem

partis, censeo absque dubio Judicem debuisse id respicere in ferenda Sententia, nam oppositum est conforme propositioni damnatae ab Innocentio XI. quae afferebat Judicem posse secundum opinionem minus probabilem ferre Sententiam: sed sic est; quod, quando Judex scit ex allegandis ab una parte probabilius reddi ejus ius, & rationem, noscit pariter hanc partem majori probabilitate fulciri: ergo non solum ad allegata, verum etiam ad alleganda attendere debet.

Et si obicias dicendo, quod Judex teneatur ferre Sententiam juxta opinionem, quae sibi probabilior videtur virtute allegati, & non allegandi: Respondeo hoc esse verum, quando allegatio est sufficiens, non quando est tenuis, & insufficiens; sed valde mihi arridet id, quod ait Diana in fine resol. 41. citatae: Itaque in facti contingentia, ora Deum, ut Judex tibi amicum sit.

16. P. Dico pariter meam culpam, quod in causa Criminali condemnaverim Reum, privatam notitiam mihi notum insontem, ex eo, quod habuerim plenam probationem de ejus delicto.

C. Non adhibuit V. D. aliquam diligentiam ad eum liberandum, & absolvendum? v. g. Suadendo accusatori, vel per se, vel per personas Religiosas, ut desisteret a causa,

causa, aut alia viâ querendo ejus liberationem.

P. Omnem conatum adhibui pro ejus liberatione, sed accusator ita fortiter institit, ut post omnia remedia adhibita eum condemnare debuerim.

C. Gravis controversia est inter Authores super hunc casum, quid nam debeat facere Judex? quando hominem secundum publicas allegationes, & probationes convictum, privatâ tamen notitiâ scit esse innocentem? S. Tho. 2. 2. quast. 67. artic. 2. in corp. plerique alij sentiunt, posse Judicem in hoc casu eum morti adjudicare; quia notitia, quam habet Judex, est privata, Sententiam verò ferre debet, tanquam persona publica secundum allegata, & probata; non nulli Sentient, non posse Judicem in hoc casu innocentem morti adjudicare: ita cum Nicolao de Lyra, Adriano, Angelo, Navarra, & alijs tradit Lessius de justit. & jure lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 18. quia inquit hominem innoxium per se, ac directè occidere ( nisi Deus ita iubeat) per se, & intrinsecè est malum, sicut fornicari: quare sicut Judex Matrimonium, quod secundum publica allegata validum appetit, ipse verò inualidum esse scit, nullo modo suadere potest, ne dicam præcipere homini, ut conjugi putatio carnaliter adhæreat, cum haec sit copula in-

trinsecè mala, cujus potestatem Ecclesia nemini vult, aut potest facere c. inquisitioni de sent. exponita pari ratione Communitas, & gentium jura neque volunt, neque possunt Judici dare potestatem, ut hominem, quem certe innocentem esse scit; morti adjudicet. Verum quidem est, quod Ecclesia, & quævis Communitas velit Judicem in publicis Judicis etiam gravioribus, seu, Criminalibus procedere secundum publicas allegationes, sed ex præsumptione, quod ea veræ sint, si autem contrarium Judici manifestum est, non potest esse locus præsumptioni: utramque opinionem probabilem putat Marchadus tom. 2. lib. 16. part. 2. tract. 1. docum. 4. in fin. Id, quod Judex in hoc casu tentur facere, est, omnia possibilia media adhibere pro liberatione innocentis, avertendo actorem ab accusatione, quod si non obtinet, sedulam operam det, ut actor item cæptam non prosequatur, curetque sive ipsum, sive telum secreto admoneri per doctos, & prudentes de sua falsitate, vereaturque Dei judicium. Si nihil minus nolint desistere, licet prætrahat, testes bis, ter, quater seorsim per interualla diligenter examinet super circumstantijs factis, per earum species, partes, & accidentia ad deprehendendam variationem eorum, sive à se ipsius,

ive inter se , nec facilè permittat,  
ut quæ variatio fortasse deprehen-  
ditur, censetur esse dumtaxat de  
impertinentibus : sicut Daniel non  
censuit esse impertinentem cir-  
cumstantiam in facto Susannæ ,  
quod testium unus diceret conti-  
gisse sub Ichino , alter sub Pino .  
Quod si hac via non proficit , si  
commodè , & absque scandalo  
queat ; carcerem curet manere  
apertum , ut reus fugiat , si ne hoc  
quidem succedit , ad Superiorum  
judicem remittat , vel Principes in  
Paschate visitantes carceres , de  
hominis innocentia certiores red-  
dat supplicationibus non intermis-  
sis : Verum si postquam omnes  
vias tentaverit ad innocentem li-  
berandum , nihil profecerit , depo-  
nat Officium potius , quam eum  
condemnet , etiam cum periculo  
vitæ . Ita Doctores citati secun-  
dæ Sententiæ ; vide Dianam part.  
5. tract. 4. de homicidio , resol. 22.  
In causis Ciuilibus , ac minoribus  
criminalibus , quibus de pecunia-  
rum mulcta agitur , vel de exilio ,  
privatione Officij , aut Beneficij ,  
dicer Lessius supra num. 84. quod  
Judex debeat Sententiam ferre , &  
secundum publica allegata , & pro-  
bata condemnare accusatum , quæ  
ipse privatim scit innocentem esse ,  
si ejus innocentiam demonstrare  
non possit ; quandoquidem pluri-  
mum Reipublicæ interest , ut se-  
cundum publicas allegationes ju-

dicia terrentur . Quod proba-  
bile censet Marchadus ubi supra ,  
idque cum eodem Lessio , & Ga-  
sparo , Hurtado sequitur Diana  
part. 10. tract. 15. resol. 16.

17. P. P. R. dico meam cul-  
pam , quod in causa , cui præfuit tan-  
quam Judex ; uni parti informatione-  
nem alterius ostenderim .

C. Ostendit ne utrique parti in-  
formationes contrarias ?

P. Non P. R. tantummodo uni  
mihi amicitia junctæ , hanc gratia  
præstisti .

C. Cardinalis de Lugo tom. 2.  
de Justit. & iure disp. 37. sect. 15.  
num. 183. dicit , quod per se loquen-  
do , non sit illicitum Judici ex ami-  
citia uni parti informationes alte-  
rius ostendere ; quia hoc , inquit ,  
prodest Judici pro majori dominio  
causæ sibi comparande , ex notitia  
solutionis allegationum utrjusque  
partis ; addit tamen hoc utrique  
parti esse præstandum ; alias incur-  
ret acceptationem personarum op-  
positam æquitati requisitæ in Ju-  
dice : Ego puto , hoc esse semper  
periculoseum , tanquam expositum  
multis fraudibus , & deceptioni-  
bus , quas possunt adhibere litigan-  
tes habita notitia informationum ,  
ac probationum partis contrariæ .

Et advertit Sanchez in Consil.  
tom. 1. lib. 3. cap. unic. Dub. 44.  
& ult. non licere parti alterius in-  
formationes sibi usurpare , aut eas  
petere à famulo Judicis , aut Advo-  
cato ,

cato, aut Typographo, nec his eas dare, aut scribæ transumptum; nisi forte una pars collegerit & haberit informationes contrarias, tunc enim posset hæc in compensationem colligere adversas, supposita certitudine, quod altera pars suas haberit, non verò in casu dubio.

18. P. P. R. dico meam culpā, quod reo multam irrogaverim, ac mihi ipsi pecuniam applicverim.

C. Est ne V. D. Judex perpetvus, seu supremus, prout sunt Daces, Marchiones, Comites in suis dominijs? quia hi post latam Sententiam, possunt sibi applicare pænam pecuniariam: sic Sanchez ubi supra dub. 8. num. 4.

P. Non fuit, nec modo est hujusmodi meum Officium.

C. Applicuit ne sibi pænam pecuniariam ante, vel post latam Sententiam?

P. Postquam tuli Sententiam.

C. Reus interposuit ne appellationem?

P. Minimè.

C. Est ne lex aut statutum Civitatis, quod Judex sibi ipsi multa applicare possit?

P. Non P. R.

C. Nequeunt Judices temporanei sibi ipsis applicare nec totam, nec partem multæ præterquam si hoc leges, aut statuta Civitatis concedant, in quo casu possent id

facere post latam Sententiam, & suspensionem appellationis, ac re completè judicatam. Sanchez, num. 1. 2. & 3. Trullench tom. 2 in Decal. lib. 7. cap. 1. dub. 12. 4. Quare cum V. D. hanc pecuniam illicite acceperit, teneture restituere Fisco, aut persona, iuxta leges est applicanda.

19. P. P. R. dico pariter meam culpam, quod in decisione validi dubia unius litis cum aliquo scupulo remanferim, utrum ritè sententiam pronuntiaverim.

C. Fuit ne dubium juris, vel facti; vel posituum, aut negativum? Quia in dubio positivo; nimis quando sunt opiniones probabiles tam circa factum, quam circa jus debet Judex ferre Sententiam secundum opinionem probabiliorē, cuius oppositum damnatum est, ut in principio hujus Capitis adnotavi: In varietate opinionum eque utrinque probabilium jam dixi. Judicem posse judicare secundum quam malverit sententiam, vel affirmatiā, vel negatiā scelus, scandalō; ita cum Nauarro, Dicio, & alijs Joannes Valerus infer. utrūque fori, verb. opinio, 3. num. 1.

P. P. R. adeo dubia fuit materia, ut nec de facto, nec de jure probabile judicium ferre quirerim.

C. Fuit ne in possessione aliquorum litigantium? quia existente paride

bio juris  
Judex sit  
tur possi  
melior est  
P. Ne  
sessione.  
C. Re  
codem er  
det, ten  
que divid  
riusque J  
3. ref. 4.  
P. Nor  
dividua.  
C. Qu  
hoc casu  
P. Pra  
rent forte  
caderet,  
C. Ber  
bio, si res  
da est for  
fors, maje  
debet: Di  
20. P.  
quod aliq  
expediend  
C. Dist  
gitimum i  
cujus imp  
dire?  
P. Fui  
in applicat  
C. Me  
contra pro  
rum expedi  
ferendo;  
damna, &

bio juris utrjusque partis, ita ut  
Judex sit omnino pendulus, tene-  
tur possidenti favere: *Quia in dubio*  
*melior est conditio possidentis.*

P. Neutra partium fuit in pos-  
sessione.

C. Res illa erat ne divisibilis? in  
eodem enim dubio si neuter possi-  
det, tenetur Judex inter utrum-  
que dividere, quia æquum est ut  
riusque Jus. Diana *part. 4. tract.*  
*3. resol. 40.*

P. Non erat res divisibilis, sed in-  
dividua.

C. Quomodo se gesit V. D. in  
hoc casu?

P. Præcepi, ut litigantes pone-  
rent sortem, & is super quem sors  
caderet, rem possideret.

C. Bene fecit: nam in casu du-  
bio, si res est individua, consignan-  
da est sorti, & is super quem cadit  
sors, majus jus in effectum habere  
debet: Diana *bidem.*

20. P. P. R. dico meam culpā,  
quod aliquantūm piger fuerim in  
expediendis celeriter causis.

C. Distulit ne hoc V. D. ob le-  
gitimum impedimentum, ratione  
cujus impossibile fuerit eas expe-  
dire?

P. Fui valde negligens, & piger  
in applicatione.

C. Mortaliter peccat Judex  
contra proprium Officium causa-  
rum expeditionem notabiliter dif-  
fendendo; imò tenetur parti læsæ  
damna, & expensas, quarum cau-

sa est, restituere, quia causa injusta  
damni ad illius restitutionem obliga-  
tatur. Bonacina *tom. 2. disp. 10.*  
*in Decalog. quest. 2. punct. 3. n. 4.*  
Res hæc valde ponderanda est à  
Judicibus cæterisque Ministeris Ju-  
stitiae pro solicita causarum expe-  
ditione! quandoquidem ex earum  
dilatione gravibus damnis, ac  
sumptibus miseri litigantes sunt  
obnoxij; cum pro litium prosecu-  
tione proprias domus, familias, &  
bona deserant, ac proinde si Judi-  
ces diuturna spe eos detinent,  
maxima incommoda ijs inferunt.

Utrum Judex poenam reo de-  
bitam remittere, & condonare  
possit, dictum est *i. part. Confer.*  
*tract. 3. Confer. 6. §. 3. cas. 5. num.*  
22. ubi resolutum fuit, Judicem  
inferiorem hoc non posse, bene  
verò Superiorem. Prolixum esset  
hic agere de omnibus ad Judicis  
Ministerium pertinentibus, integer  
enim tractatus ad hoc requiri-  
rebat, hæc magis ad praxim necessa-  
ria sufficiat exarrasse pro instructio-  
ne Confessarij.

## C A P U T II.

### De statu, & Officio Advocatorum.

21. P. P. R. confiteor me habe-  
re remorsum conscientiæ  
super causam perditam, cuius pa-  
trocinium suscepit, nec scio utrum  
mea culpa id advenerit.

G g

C. Fuit

C. Fuit ne lis in causa civili, vel criminali?

P. In causa Civili.

C. Judicavit ne V. D. quod fuerit justa causa partis, cuius suscepit Patrocinium?

P. Judicium certum non tuli, sed probabile.

C. Existimavit fortè probabilitatem esse opinionem contrariæ partis?

P. Ita P. R. oppositam majori probabilitate fulciri mihi usum fuit.

C. Probabilitas rationum partis, quam V. D. defendit, fuit ne ita modica, ut raro Judices eam sequi solerent?

P. Non fuit ita modica, quin multoties eam Judices secuti fuerint.

C. Advocatus cause injustæ patrocinari nequit, secus enim non tantum violat juramentum emissum de non patrocinandis causis contra justitiæ; ut inquit Marchad. tom. 2. lib. 6. part. 3. tract. 1. docum. 2. n. 5. sed etiam peccat contra justitiæ cum onere restitutionis damnum. Attamen si Causidicus censet suæ partis rationem esse probabilem, potest ei patrocinari; & etiam licet judicet esse minus probabilem opposita, ita Caspensis tom. 1. tract. 11. de conscient. disp. 3. sect. 8. num. 61. & ipsemet dico cum Lumbier, & Torrecilla 1. part. Praxis tract. 10. super propos. 2. damn. ab

Innoc. XI. num. 25. In hoc tamen casu ait Diana part. 2. tract. 13. de opin. prob. resol. 4. tenetur mandare parti minorem probabilitatem suæ causæ, ut hujus conscientia, consentiat vel ne in initium litis, quod si non adimpleat, tenetur reficere damna, & expensas, in verò opinio suæ partis esset talis ut raro, aut nunquam Judices eam inclinarent, non potest ei patrocinium suscipere, quia evanescit se manifesto periculo perderi causam; & si hanc suscipit, persertim non manifestando Clientem, quod Judices raro, aut nunquam soleant juxta tales opiniones indicare, ad restitutionem tenetur. Trullench in Decalog tom. 2. lib. 8. cap. 5. dub. 4. n. 4.

Si probabilitas esset modica, aut tenuis, sive intrinseca, sive extrinseca, neutiquam erit sequenda; cum hoc sit damnatum ab Innocentio XI. in 3. propos: cuius explicatio videatur in mea Praxi ubi supr. num. 26. Multo minus Causidicus seu Advocatus potest suscipere causam, quando est merè dubium Jus sue partis. Quidquid in contrarium senserit Lorca apud Caspensem ubi supra.

### Advertentia.

22. Admoneo hic speciali attentione P. P. Confessarios, ut quando ad eorum pedes procumbet aliquis Advocatus eidem ob-

objiciatur quæ secundum sarum iuris auaritiam libitibus & levitas, & conscientiam cause montes quod est verum p. stitiam p. ridet, velut iustum ex do. Ad Advocatus peccato verum litem si tatem v. tuenda ab ijsder quod questionem plerumque non iudiciorum certiore Christiani hortari compone. 23. me alias fendiſſe babilis. C. V. vel Re-

obijciant gravia inconvenientia, quæ sequuntur ex patrocinio cau-  
farum injustarum, cupiditate, &  
avaritiâ duicti, nihil ponderantes ex  
libtus oriri odia, aversiones, ma-  
levolentias, amaritudines, expen-  
tas, & quamplurima alia inconve-  
nientia, Nonnulli enim cujusvis  
causæ defensionem suscipiunt,  
montes valde asperos explanando,  
quod est valde dubium, tanquam  
verum pingendo, promittendo ju-  
stitiam propitiam, cui injustitia ar-  
ridet, injustissimas prætensiones  
velut justas laudando; bonum exi-  
tum ex pessimis principijs pollicen-  
do. Admoneant ergo hujusmodi  
Advocatos non tantum de gravi  
peccato cum onere restitutionis,  
verum etiam, quod post cæptam  
item si in progressu causæ iniqui-  
tatem videant, teneantur ab ea  
tuenda desistere juxta juramentum  
ab iisdem emissum; & si noverint,  
quod quantumvis pars habeat ra-  
tionem probabilem, Judices tamen  
plerumque juxatalem opinionem  
non judicent, litigantes de hoc  
certiores reddere debeant, ac  
Christianâ Charitate eos ad pacem  
hortari meliorique modo eos  
componere; alias *V& illis!*

23. P. P. R. Confiteor pariter,  
me aliam causam Criminalem de-  
fendisse cum opinione minùs pro-  
babili.

C. V. D. Defendit ne Actorem,  
vel Reum? quia in Rei defensio-

nem bene potest Advocatus cum  
opinione minùs probabili ejusdem  
patrocinium suscipere: Lessius  
lib. 2. de Justit. cap. 32. num. 52.  
cum Soto ab eo citato.

P. P. R. Actorem defendi.

C. Quando Justitia Actoris seu  
Accusatoris est minùs probabilis,  
quam ea Rei, docent Jo: de la  
Cruz, Martinez, & alij, apud Dia-  
nam *supra*, Valentia, & Sylvester  
apud Palaum part. 1. tract. 1. de  
conscient. disp. 2. punct. 11. num. 1.  
Salon; & Sotus apud Trullench,  
loco citato num. 3. quod nequeat  
Advocatus defendere Actorem;  
quia cum sunt partium jura obscura,  
reο favendum est potius, quam actori  
de reg. jur. in 6. regul. 11. Verum  
communis Sententia est, posse  
Advocatum causam sibi probabi-  
lem, etiam relictâ probabiliori  
patrocinari tam attento jure cano-  
nico: ita Lessius *supra*, Bonacina  
tom. 2. disp. 10. in Decalog. quæst.  
3. p. 4. num. 8. Trullench *supra*,  
Salas, uterque Sanchez, Villalobos,  
& alij, quos citatos sequitur  
Palaus *supra* num. 2. munus enim  
Advocati est, veritatem partis,  
quam defendit, elucidare, & ra-  
tionibus, ac allegationibus judicē  
ad Sententiam in favorem sui  
Clientis inflectere, quod ubi est  
causa probabilis, fieri pro libito  
potest; nam licet sibi jus contrariae  
partis probabilius appareat, forte  
judici non apparebit; quare Advo-

catus non petit à Judice Sententiā infavorem Actoris contra reum; casū quo Judex illam dare non possit, sed repræsentat Judici jūs actoris, ut ipse examinet, & videat, an possit pro illo Sententiam ferre, ipseque Advocatus existimat posse, eo quod pars, quam defendit, habeat probabile jūs, & fortè alijs probabilius; unde regula juris allegata intelligenda est de Judicibus, non de Advocatis, qui Sententiam in causa non ferunt; hanc secundam Sententiam valde probabilem censeo, licet prima magis pia, & benigna sit, tanquam misero reo fauorabilis.

24. P. P. R. confiteor, quod in nonnullis causis aliqua astutia usus fuerim, ad euincendum meum Adversarium.

C. Lis, quam defendebat V. D. erat ne injusta? quia si hoc esset, non potuit uti his artibus, & dama illata reficere teneretur.

P. P. R. Non erat injusta lis, quam defendebam, sed valde probabilis.

C. Hujusmodi astutiae, & solertiae fuerunt ne cum falsitate, & mendacio? Etenim cum mendacium sit intrinsecè malum, non potest adhiberi ut medium, ad vincendam partem.

P. P. R. nulla falsitas intervenit, sed solummodo petij dilatōnes, & interposui suspensiones, ac similia, ut hoc modo vīctor euaderem.

C. Nefas est Advocatum allegare instrumenta falsa, dolosostites, hosque subornare, superflue dilationes introducere in parti adversae detrimentum; ita Sylvester verb. *Advocatus*, num. 4. Navarus, Filiucius, & alij, citati à Gundez tom. 2. in præcept. Decalib. 8. cap. 38. num. 18. verum ei Advocatum cum justo dictamine defendantem suum clientem posse licet uti aliqua arte, aut solertia occultando aliqua, quibus posset ejusdem processus, & emolumenatum impediri, ita D. Tho, 2. quæst. 71. art. 3. in fine, his verbis: „Unde, & Advocato defendant, „causam justam, licet prudenter, „occultare ea, quibus posset impedi processus ejus: non autem „licet ei aliqua falsitate uti: videatur Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 3. tract. 1. docum. 7. num. 2.

25. P. Sic pariter confiteor P. R. quod in quadam occasione duos collitigantes adversarios defendorim.

C. In eadem, vel in diversis causis hoc factum est? quia bene potest in una causa defendi litigans, eisque adversarius in altera, modi ex hinc nullum sequatur scandulum.

P. In una eademque causa.

C. Manifestavit ne V. D. parti adversae fundamenta, & rationes, quibus suam partem justè tuebatur? hoc enim culpam gravem contraria

contra  
Soto, 1.  
tom. 2.  
Quin fin  
restitue  
Rodrig  
præcept.  
num. 12.  
P. M  
versa fu  
fauoren  
C. D  
dem ins  
ambas 1.  
P. I  
meam p  
stantia,  
pellation  
C. S  
quod se  
P. M  
C. S  
licitum  
diversis  
duobus  
pro uno  
aliò in  
Thom.  
lib. 6. 5.  
Secundus  
quia po  
nicipali  
Advoca  
tia dese  
altera e  
idem c  
tit. 16. 1  
26. 1

contra iustitiam redolet; ut cum Soto, Navarro, & alijs tenet Lugo tom. 2. de iustit. disp. 41. sect. 1. n. 6. in fine, proindeque cum onere restituendi damna fecuta; ita cum Rodriguez, & alijs Fagundez in 8. precept. Decalog. lib. 8. cap. 47. num. 13.

P. Non manifestavi parti adversæ fundamenta, & rationes in fauorem meæ partis militantes.

C. Defendit ne V. D. in una eadem instantia, aut in differentibus ambas partes?

P. In diversis instantijs; nam meam partem defendi in prima instantia, & contrariam in causa appellationis.

C. Secutum ne fuit exinde aliquod scandalum?

P. Minime.

C. Secluso scando, non est illicitum, secundum se, Advocato in diversis instantijs advocate pro duobus colligantibus, videlicet pro uno in causa principali, & pro alio in causa appellationis, sic Thom. Sanchez in Consil. tom. 2. lib. 6. cap. 7. dub. 7. num. 3. Dixi, secundum se, hoc non esse illicitum, quia posset esse vigore legum Municipium interdicentium, ne Advocatus in una causa, & instantia defendat unam partem, & in altera contrariam; idem Sanchez ibidem citando lib. 2. de las Ordenes in 16. lib. 31.

26. P. P. R. confiteor, me in

alia causa, in qua functus fui Officio Advocati, postmodum tanquam Judicem tulisse Sententiam.

C. Tulit ne V. D. Sententiam juxta leges, & Iustitiam?

P. Ita P. R.

C. Ducta ne fuit V. D. ab aliquo inordinato affectu, dependencia, aut respectu humano?

P. Non P. R. cum omni libertate, & æquitate possibili Sententia ferre nixus fui.

C. Tametsi secundum dispositionem Juris videatur, quod Advocatus in eadem causa nequeat esse Judex; attamen cum hæc lex fundetur in præsumptione alicujus inordinati affectus, hoc cessante, & Sententiam ferendo juxta leges, ait cum Corduba Diana part. 3. tract. 5. resol. 56. quod in foro conscientiae possit esse Judex in causa is, qui fuit in eadem Advocatus.

27. P. Confiteor etiam P. R. quod defectu debitæ, & possibilis applicationis, pro qua advocavi, perdita fuerit.

C. Non adhibuit V. D. diligentiam circa punctum, & materiam litis?

P. Aliquam diligentiam adhibui, majorem tamen adhibere potuisse.

C. Pro resolutione hujus casus supponendum est, triplicem esse culpam Juridicam: latam, levem, & levissimam: culpalata, est omissionis

sio diligentia, quam passim Advocati mediocriter incumbentes liti-  
bus adhibere solent: culpa levis, est  
omissio diligentiae, quam ordinariè  
solent impendere Advocati solliciti,  
diligentes, & docti, ac timoratae  
conscientiae: culpa levissima, est  
omissio diligentiae, quam solent  
præstare doctissimi, & diligentissimi  
Advocati in similibus causis.

Si omissio Advocati est culpa la-  
ta, & propterea amittitur causa,  
certū est, teneri ad restitutionem  
damnorum ex sua omissione con-  
sequantium: si ex culpa levissima,  
certum quoque est, non teneri ad  
restitutionem, licet causa perda-  
tur: Controversia verò est inter  
Authores, utrum Advocatus ob-  
noxius sit restitutioni, quando per-  
ditur lis ex culpa ejus levi (dicitur  
levis, non quia dumtaxat sit pec-  
catum veniale, sed comparativè ad  
culpam latam) nonnulli sustinent,  
teneri ad restitutionem, alij con-  
trarium sentiunt, ut videre est in  
*Diana part. 2. tract. 15. resol. 59. &*  
*in Marchado tom. 2. lib. 6. part. 3.  
tract. 1. docum. 3. num. 3.*

Ego verò existimo, si contingat  
causam amitti ob culpam levem  
Advocati, non adhibentis eam di-  
ligentiam, quam passim solent ad-  
hibere cæteri boni Advocati, eun-  
dem teneri ad compensationē da-  
mnorum exinde parti consequen-  
tium; ratio est, quia inter Advo-  
catum, & clientem est contractus

ius 3. pa  
est solu  
casum sc  
catus lab  
riter acci  
verius est  
Salarium  
temporis,  
in quo ca  
quod par  
Advocat  
mentum  
& in hoc  
totum Sa  
tum part  
quo labo  
ut patet,  
su propo  
ponit tot  
sam; Sen  
tur vera,  
terat vac  
vere obli  
justum, q  
ctus integ  
Revert  
valde pro  
tiam Gut  
nempe q  
occurrat  
accipere  
gnatum;  
cta conv  
plures ca  
respeciu  
larium, n  
caus ma  
go ut aq

onerosus, in quo uterque habeat  
Jus, cliens quidem ad sui defensio-  
nem, & Advocatus ad stipendum  
pro labore: sed sic est, quod in qua  
tractibus onerosis, in quibus uti-  
que pars habet jus, adsit obligatio  
restitutionis, quando res amittit  
ob culpam levem, ut tenet co-  
munis sententia Theologorum,  
Juristarum, & docui *I. part. pa  
tract. 7. cap. 5. part. I. num. 97.*  
ego si Advocatus ob levem culpan  
amittat causam, ad restitutionem  
in integrum obligabitur.

28. P. P. R. Confiteor me-  
nuatim percipere ab aliquibus pe-  
sonis certum stipendum pro de-  
fendendis causis, eo anno ipsius  
currentibus; & subinde accidit  
quod per totum annum nulla ca-  
sa fuerit patrocinanda, quo non  
obstante salarium percepi.

C. Contigit ne, quod alijs an-  
nis fuerint plures cause, excede-  
tes pretium ordinarij salarii?

P. Ita P.R. multoties.

C. Accepit ne V. D. tunc  
etius salarium?

P. Non P.R.

C. In hoc casu vult Diana  
*supra resol. 42.* Azorium, quem  
tat, opinari, quod Advocatus  
queat accipere stipendum, quan-  
eo anno non occurunt cause  
Azorius tamen non docet ha-  
opinionem in terminis, à Diana  
fitis, sed in casu valde diverso  
quandoquidem, quod dicit An-

nus 3. part. lib. 13. cap. 29. dubio 10.  
 est solummodo, quod si ob aliquem  
 casum fortuitum non potuit Advocatus  
 laborare in lite, nequeat pariter accipere totum salarium: sed  
 verius est (inquit Azorius) nimirus  
*Salarium tantum deberi, pro rata  
 temporis, quo laboratum est in lite;*  
 in quo casu supponit hic Author,  
 quod pars habuerit litem, & quod  
 Advocatus ob aliquod impedimentum  
 ei incumbere nequiverit;  
 & in hoc casu inquit, quod nequeat  
 totum Salarium recipere, sed tan-  
 tum partem, pro rata temporis,  
 quo laboratum est in lite: quod  
 ut patet, est valde diversum à ca-  
 su proposito à Diana, in quo sup-  
 ponit toto anno nullam fuisse cau-  
 sam: Sententia Azorij mihi vide-  
 tur vera, quia si Advocatus non po-  
 terat vacare liti, pars alium sol-  
 vere obligabatur, ergo non erat  
 iustum, quod Advocatus con-  
 ductus integrum Salarium acciperet.

Revertendo ad nostrum casum,  
 valde probabilem censeo senten-  
 tiam Gutierrez apud Dianam *ibid.*  
 nempe quod licet toto anno nulla  
 occurrat causa, possit Advocatus  
 accipere à parte salarium sibi assi-  
 gnatum; ratio est, quia stante di-  
 cta conventione, etiamsi cliens  
 plures causas eo anno haberet, &  
 respectu eorum exiguum esset Sa-  
 larium, non posset hoc casu Advocatus  
 majus Salarium petere: er-  
 go ut æqualitas in contractu serve-

tur, æquitas dictat, posse eum ac-  
 cipere taxatum salarium, seclusis  
 etiam litibus: Secundò probatur  
 ratione vinculi obligationis, quo  
 ipse Advocatus adstrictus erat ad  
 advocandum pro suo Clienti; quæ  
 quidem obligatio in habitu, licet  
 ad actum non sit reducta propter  
 defectum causarum, tamen pecu-  
 niæ est æstimabilis, maximè cum  
 talis Advocatus propter hanc obli-  
 gationem non possit pro alijs con-  
 tra suum Clientem advocate; sic  
 que privatur sua libertate, spéque  
 lucrandi ab alijs. Potuit enim ve-  
 risimiliter contingere, ut auctius  
 salarium sibi ab adversis partibus  
 offerretur, si pro suo cliente non  
 teneretur: quæ omnia considera-  
 bilia sunt, atque pecunia æstimanda.  
 confirmatur à paritate Medicorum,  
 qui postea contractu de Sa-  
 lariorum ipsis tribuendo, licet pauci, aut  
 nullus sit infirmus, id tamen reci-  
 pere possunt. ergo idem dicendum  
 de Advocatis.

29. P. P. R. confiteor, me angi  
 aliquo scrupulo, utrum interdum  
 perceperim stipendium, excedens  
 meritum mei laboris.

C. Licet Advocato accipere ju-  
 stam mercedem sui laboris, ita D.  
 Thom. 2. 2. quæst. 7. art. 4. in corp.  
 his verbis: „Manifestum est au-  
 tem, quod Advocatus non sem-  
 per tenetur patrocinium præsta-  
 re, aut consilium dare causis ali-  
 orum; & ideo si vendat suum

## 240 Tractatus XV. De Ministris Justitiae.

», patrocinium, non agit contra iuris statiam: Attamen dicat mihi V. D. est ne taxatum à lege salario dandum Advocatis pro eorum labore?

P. Ita P.R.

C. Excessit ne V. D. taxam assignatam à legibus?

P. Aliquoties excessi.

C. Hujusmodi leges, quæ taxarunt stipendia, sunt ne in vigore, aut per usum contrarium sicut ijs derogatum?

P. P.R. communiter videtur neminem eas observare.

C. Tolerant ne hoc Principes, consciij, quod taxa à lege assignata non observetur?

P. Ita P.R. etenim nunquam vidi, propter hoc eos aliquem punivisse.

C. Quando stipendium est taxatum à lege, nihil plus potest accipi, nisi forte consuetudo in contrariū prævaleret eidem legi; ut colligitur ex S. Thom. in contextu art. cit. Moderate accipient considerata conditione personarum, & negotiorum, & laboris, & consuetudine Patriæ: idem habet Trullench in 8. Decalog. lib. 8. cap. 5. dub. 5. num. 2. Marchadus ubi supra docum. 6. n. 2. Verum ut consuetudo deroget taxæ legis, requiritur consensus saltem tacitus Principis, & aliaæ conditiones, quas refero in meis Conferent. tract. 3. Confer. 7. §. 3. n. 17. Villalobos tamen in sum. tom. 2. tract.

18. diffic. 4. num. 2. exagerat & merito hanc materiam his verbis. „Mas quanto al precio, que han „de lleuar, obliga en conciencia „porque esta tassa es justa como „la tassa del trigo, y otras. Vi „dizen, que non se pueden sustentar, se responde, que si pueda, sustentandosi moderatamente. „mas, que aora sera esto, porque son muchos los Abogados, y „cunas veces son mas, que los pleytos, y essa multiplicacion „no ha de ser causa para encarecer el precio, sino antes para bajarlo, que quando ay mucha frutta, vale mas barata. Ulque huc Villalobos; consulat hunc Confessarius, & meo judicio non pœnititbit.

Et addit num. 3. quod neque Advocatus pacisci cum cliente aliquota parte litis, puta si vincatur pro pretio det dimidiam, tertianam, vel quartam partem illius quia hujusmodi pactum vetitum est L. Si qui C. de postulando, & sumptu ff. de pactis, ne via, & actione, advocationis aperiatur vincendi non per fraudes, ut parte promisfruantur: licet tamen pacisci ab solutè de tanto pretio solvendo, ve causa obtineatur, sive non, tunc Advocatus ex vi prædicta pecuniæ promissæ tenetur pro causa prosequenda. ita Trullench supra num. 5. Navarrus, Reginaldus, Azorius, & alij communititer.

30. P.R.

30. P. rum fuiss pauperum C. Nec alicui in e stituto? in trocinium ma nec pauper sic tamen ha milibus de morte ple lacunque flandus, a redigendum

P. Non casu adeo

C. For nium alicu sitate positio quando ni perdet, ra bonorum ad trireme demnabitu culosum in sub morta catus ei pa Verb. Adv lib. 5. de J sed alterum ratio est, c non adjuv cessitate la habet subs lum potest vilcera sua

30. P. P. R. confiteor, me pa-  
rūm fuisse pium, & addictum causis  
pauperum tuendis.

C. Negavit ne V. D. patrocinū  
alicui in extrema necessitate con-  
stituto? in hoc enim casu *gratis* pa-  
trociniū præstare debuit: Extre-  
ma necessitas tunc est, quando  
pauper sic eget patrocinio, ad quod  
tamen habendum, pecuniā, & si-  
milibus destituitur, ut nisi adjuve-  
tur, causā sit casurus, & vel injusta  
morte plectendus, vel suis quantu-  
m cuncte sint, rebus omnibus spo-  
liandus, ac in extremam inopiam  
redigendus.

P. Non fui ita tyrannus, ut in  
casu adeo urgenti deliquerim.

C. Fortassis denegavit patroci-  
nium alicui pauperi, in gravi nec-  
cessitate posito? gravis necessitas est,  
quando nisi *gratis* juvetur, litem  
perdet, ratione cuius aut gravem  
bonorum jacturam patietur, aut  
ad tritemes, dirumve carcerē con-  
demnabitur, aut in morbum peri-  
golosum incidet; Et in hoc casu  
sub mortali tenetur *gratis* Advo-  
catus ei patrocinari: Ita Sylvester  
*Verb.* *Advocatus num.* 11. *Sotus*  
*lib.* 5. *de Justit. quest.* 8. *art.* 1. *§.*  
*sed alterum, propè medium;* & alij;  
ratio est, quia si *Advocatus gratis*  
non adjuvet pauperem, gravi nec-  
cessitate laborantem, cum possit,  
habet substantiam, quā juvare il-  
lum potest, ac nihilominus claudit  
viscera sua ab eo; igitur mortaliti-

ter peccat. *juxta illud i. Jo. 3. qui*  
*babuerit substantiam hujus mundi,*  
*& viderit fratrem suum necessitatē*  
*babere, & clauserit viscera sua ab eo,*  
*quomodo charitas DEI manet in eo!*  
*nihilominus certum est, in nulla*  
*necessitate teneri Advocatum fer-  
re patrocinium cum gravissimo*  
*suo incommmodo; quia opera chari-  
titatis non obligant cum tanto*  
*damno: ita Villalobos *supra* diffic. 1.*  
*num. 4. quod damnum raro aut*  
*nunquam accidet.*

P. Neque pauperes, quos de-  
fendi, fuerunt in gravi necessitate.

C. Ergo horum pauperum ne-  
cessitates fuerunt comunes? com-  
munis necessitas est, quando nisi  
juvetur pauper litigans, is jactu-  
ram aliquam patietur; quamvis  
non adeo gravem: ut notabiliter  
statum ejus imminuat.

P. Erant hujusmodi necessitates  
pauperum, quos tueri neglexi.

C. Jure communi sanctum est,  
ut *Advocati absque mercede ali-*  
*qua defendant pauperes, ubi nul-*  
*lus aliis Advocatus conductus pa-*  
*trocinium præstitus est, quinimo*  
*antequam huic muneri dent ope-*  
*ram, jurant se eosdem gratis de-*  
*fensuros.* ita Marchadus *supr. doc-*  
*um.* 5. *num. 1. & num. 4.* qui citat  
nonnullos afferentes, in commu-  
nibus necessitatibus pauperum non  
teneri præcisè eos defendere: at  
Villalobos *ibid. num. 5.* sentit ades-  
se talem obligationem in ijsdem

necessitatibus; licet affirmet, non peccari graviter unum, vel alterum pauperem non defendendo, modo Advocatus nullum absolute defendere intendat; Verum D. Thom. 2. 2. quæst. 41. art. 1 ait Advocatum cum levi suo detimento teneri patrocinari etiam in communibus pauperum necessitatibus; nam ex superfluis tenentur homines facere eleemosynas in communibus necessitatibus; patrocinium autem eleemosyna quedam est, & hoc ipso, quod levi cum detimento fieri potest, habet rationem superflui.

Ego verò sequor Doctrinam Lessij lib. 2. de justit. cap. 31. dub. 7. sub num. 6. in fine, ubi ait; in hac materia vix posse dari in pauperibus necessitatem, quæ sit merè communis. Communis necessitas vix locum habet in ista materia; quia causæ Judiciales sunt ordinariè magni momenti respectu pauperum. vel certè pauperes non sunt. Sic Lessius, cui relatis ijsdem verbis consentit Trullench loc. cit. dub. 2. num. 2. quia, et si causæ pauperum (præfertim Civiles) sint parvi momenti respectu personæ divitis, respectu tamen pauperis multum interfunt: ergo &c.

31. P. P. R. confiteor, me semel ut excommunicatum functū fuisse Officio Advocati.

C. Tametsi dixerim supra cap. 1. §. 2. quod actus Judicis excom-

municati non tolerati sint nulli, & invalidi; ij tamen Advocati non sunt hujusmodi, licet si esset vitandus, peccaret exercendo suum Officium, vel venialiter ut vul Villalobos tom. 1. sum. tract. 17. dif. 14. num. 8. aut mortaliter, u sentit Marchadus tom. 2. lib. 5. part. 3. tract. 1. docum. 8. num. 1. verum est, quod Judex possit, & etiam debeat reiçere dictum Advocatum excommunicatum vitandum, ut constat ex cap. Dur nimus d. sent. excommunic. in 6. Et si de facto Judex eum reiçiat, nulli sunt actus à tali Advocato rejecto facti: sed si est toleratus, non solum sunt validi ejus actus, sed nec peccat exercendo suum Officium postulatus à parte; si vero ex se hoc agit, peccat, communicando in hac occasione cum fidelibus. Aliqui casus sunt, in quibus Judex, Advocatus, & alij excommunicati, quantumlibet vitandi, & non tolerati, possunt communicare cum fidelibus, & Fideles cum ipsis, & solent comprehendendi illis verbis: Utile, lex, humile, Regniorata, necesse, quorum explicatio videri potest 1. part. præx. tract. 5. cap. 6. num. 47. pag. 104.

32. P. P. R. confiteor, quod post aliquot annos in Advocando impensos, sacrum Presbyteratus Ordinem suscepimus; & hoc non obstante primum officium exercere non intermissi.

C. Hoc

Juridico? q  
bus et  
cationi  
sudere,  
nes in  
II. res  
P. F  
doque  
C. I  
crimina  
quia si  
Senten  
sicut i  
fas nor  
hujusm  
P. N  
sed civi  
C. I  
Chri  
sive mi  
dinibus  
culare  
in subd  
cit. &  
12. sub  
guoque  
elijustic  
lari Jud  
laribus  
ut nota  
Minoris  
clesiaſt  
hic ei v  
exerce  
33.  
Pria ca

C. Hoc contigit ne in forma Juridica; vel dumtaxat consulendo? quia clericis in casibus, in quibus etiam interdictum est, Advocationis officium, fas est domi confidere, & confiscere juris allegationes in scriptis: Diana part. 10. tract. 11. refol. 69. §. Nota tamen.

P. P. R. Informa Juridica quandoque advocavi.

C. Factum est ne hoc in causa criminali contra aliquem reum? quia si hoc esset, & sequeretur Sententia mortis, aut mutilatio, sicut incurritur irregularitas, ita fas non esset Clerico advocare in hujusmodi causis.

P. Non fuit in causa criminali, sed civili.

C. Decisio Canonica est in cap. Clerici, de postulando; ne Clerici sive minoribus, sive majoribus Ordinibus initiati ante Judicem saecularem advocare queant: Clerici in subdiaconatu & supra ( ait cap. cit. & Concilium Lateranense cap. 12. sub Alex. III. ) & in Ordinibus quoque minoribus, si stipendijs Ecclesiasticis sustententur, coram saculari Judice Advocati in negotijs sacularibus fieri non presumant: verum ut notat idem textus, si clericus in Minoribus Ordinibus stipendio Ecclesiastico non sustentetur, non est hic ei vetitum Officium Advocati exercere.

33. Sed dicat mihi V. D. in propria causa forte advocavit? hoc

enim non prohibetur, sed ipsamet lex hoc permittit cap. cit. Nisi propriam causam, aut Ecclesiae suae fuerint prosecuti.

P. P. R. non fuit in propria causa.

C. Forsitan pro miserabilibus personis, non habentibus media prosequendi suas causas, ut sunt pupilli, viduae &c. quia in similibus etiam casibus permittunt Canones, ut Clericus advocare possit. „ Aut „ pro miserabilibus forte personis, „ quæ proprias causas administrare „ non possunt. eod. cap.

P. Non fuerunt hujusmodi conditionis personæ.

C. Forte ad administrandam causam alicujus personæ conjunctæ? quia etiam hoc concedunt Canones cap. cum. Sacerdotis, final. de postulando, si talis persona indiget: vel ( si necessitas immineat ) pro personis conjunctis: quod Barbosa, & alij, citati à Marchado tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. docum. 4. num. 4. dicit, posse extendi ad amicos, qui in illis verbis personis conjunctis comprehenduntur.

P. Nec Conjuncti, nec Amici fuerunt ij, pro quibus advocavi.

C. Defendit ne V. D. plures causas simul, & semel?

P. Non P. R. unicam tantum, qua finita, alias tuendam suscipiebam.

C. Non obstante hac prohibitione Canonica, docent Garzia,

& F. Martinus à S. Joseph apud Dianam ubi supra & teste Marchando loc. cit. est communis; quod possit Clericus munus Advocati exercere coram Judice sæculari pro uno tantum negotio, & hoc finito, pro alio, & sic de singulis: quod puto probabile, quia cap. Clerici cit. dicit in negotijs in plurali, nempe quod nō administret plures causas uno eodemq; tempore, quia hoc esset impeditivum quietis, requisitæ ad Divinum servitium: ergo non prohibebitur ipsi, quin possit suscipere patrocinium unius causæ, postmodum alterius, & sic consequenter.

34. P. P. R. confiteor, me aliquoties non jejunasse tempore præcepto, ob labores mei Officij.

C. Laborabat ne V. D. tota die in suo Officio?

P. Ita P. R.

C. Leander à Sacramento part. 3. tract. 5. disp. 8. quest. 122. cum Pasqualigo, & alijs, probabile censet, quod Advocati, Judices, & Procuratores, laborantes tota die in suo munere ( secūs non ) non obligentur ad jejunium; eò quod labor eorum sit valde ingens, & notabilis, spectata diurna continuatione: quamvis contrarium teneant Azorius, Ledesma, & alij, quos refert Leander ibi; quia modicum esse eorum laborem existimant, Et R. P. Torrecilla super propos. 30. damnatam ab Alexandro

VII. num. 11. sentit, non damnat hanc opinionem Leandri.

### C A P U T III. De Officio, & statu Procuratorum.

35. Officium Procuratorum non multum differt ab Officium Advocatorum, & fermè totum quod dictum est in præcedentia pite de Advocatis, convenit & applicari potest Procuratoribus, qui graviter peccant, procurando in causis injustis, aut modice probabilitatis, aut in ijs, quibus raro, aut nunquam solent favere Judices inferendis sententijs, nec debent assumere tot causas, quas celeriter expedire non possint, multò minus querere, aut dilations superflues aut falsitatibus, & fraudibus parti adversam defatigare; & si lis perdatur ex eorum culpa lata, aut levi, ad restitutionem tenentur. Quapropter ingenuè & simpliciter debent manifestare parti qualitate causæ, quam administrant, an cum fundamento sit spes, vel ne eam vincendi; neutiquā verò explamre difficultates, aut pontem vitri velut aureum repræsentare; Cum Excommunicatione sunt irretiti, ut Officium exercere nequeunt, nisi cum limitationibus supradictis de Advocatis; & si essent Clerici Beneficiati, aut Ordine sacro iniciati, eodem fungi non possunt coram

Tribu  
quam  
lupra  
pariter  
nentur  
ita Villa  
diffic. I  
et tuer  
vias juf  
gendo  
dilatior  
lege Re  
legatio  
nec tali  
que præ  
& juran  
& sincer  
sum. 2. h  
per totum  
36. I  
quo ser  
mei lab  
ceperimus  
C. A  
quod co  
similibus  
P. Su  
tis Proc  
C. N  
pere exc  
fieus ver  
juxta ex  
vel leve  
erit culp  
ejusdem  
re comm  
curatori  
conform

Tribunalibus secularibus, præterquam cum conditionibus, quæ ut supra Advocatis suffragantur: & pariter sicut hi in jisdem casibus tenentur gratis defendere pauperes; ita Villalobos *tom. 2. sume. tract. 18. diff. 1. num. 6.* Eorum Officium est tueri suam partem per omnes vias justas, ipsis possibles, porrigendo supplices libellos, petendo dilationes &c. jisdem cautum est lege Recompilationis confidere allegationes more Advocatorum; nec tali munere fungi possunt absque prævio examine de habilitate, & juramento præstito fidelitatis, & sinceritatis: vide Marchadum *tom. 2. lib. 6. part. 3. tract. 1. doc. 13. per totum.*

36. P. P. R accuso me angi aliquo scrupulo, utrum stipendium mei laboris meritum excedens acceperim.

C. Accepit ne V. D. ultra id, quod communiter solent cæteri in similibus causis accipere?

P. Suadeo mihi nihil plus cæteris Procuratoribus accepisse.

C. Non licet Procuratori accipere excedens stipendium, ita Basilius *verb. Procurator, num. 7.* & iuxta excessum stipendiij fravem, vel levem, gravis quoque vel levis erit culpa cum onere restitutionis ejusdem excessus: cùm autem à jure communi non sit taxatum Procuratorum stipendium, debent se conformare legibus Regni, vel

consuetudini legitime introducere, vel determinationi justæ prudenti, attento labore, diligentia, & peritia Procuratoris. Marchadus *ubi supra docum. 1. num. 2.*

37. P. P. R accuso me pariter in aliqua causa accepisse stipendium, etiam si Notarius, & Advocatus nihil acceperint.

C. Solvit ne pars V. D. id, quod pro suo labore debebatur? secus enim potuit sibi retinere, quod pro Advocato, & Notario acceperat: modò nihil ultra sibi debitum retinuerit.

P. P. R. Pars in integrum mihi satisfecit.

C. Concesserunt ne gratis acta Advocatus, & Notarius intuitu, & in gratiam V. D. solummodo? quia in hoc casu probabile est, quod potuerit eorum stipendia sibi retinere; ita Bonacina *tom. 2. circa 8. præcept. diff. 10. quæst. 3. punct. 4. num. 13.*

P. Verè nescio, an mei intuitu hoc fecerint.

C. Fortassis intuitu partis consanguinitate, aut amicitia junctæ hæc cessio stipendiij ab Advocato, & Notario facta fuit? si enim cessissent intuitu partis, non poterat V. D. eorum stipendium sibi retinere, sed teneretur eidem parti restituere: idem dicendum, si indistincte acta gratis concedunt, vide licet nec intuitu Procuratoris, nec intuitu partis.

P. Nec scio, an intuitu partis, vel in gratiam mei acta gratis concesserint; quia utrique eramus Advocato, & Notario amicitia juncti.

C. In dubio non potuit V. D. stipendum Advocato, & Notario alias debitum, vel dari consuetum recipere, vel retinere, ac proinde parti id restituere debet: sic Bonacina supra §. *Quando autem Basaeus verb. Procurator, in suppl. num. I.* quia in dubio est melior conditio Clientis, suam pecuniam possidentis: atqui Cliens est in possessione juris ad suam pecuniam: ergo in dubio utrum Advocatus, & Notarius acta gratis concederint intuitu V. D. Clienti eadem pecunia applicanda est.

38. P. P. R. me accuso, quod cum pro salario ad tuendam litem percepissem viginti coronatos, mediante alio Procuratore, cui duodecim coronatos largitus sum, hoc impleverim.

C. Procurator substitutus fuit ne æquè idoneus, peritus, & apertus?

P. Ita P. R.

C. Duodecim coronati eidem traditi, fuerunt ne sufficiens stipendum pro labore illius causæ:

P. Maximè.

C. Si ergo duodecim fuerunt sufficienes, cur V. D. viginti percepit?

P. Quia cum non detur taxa

limitans stipendia causarum, consuetudo introducta est, quod in causis alicujus momenti haec conventio cum parte de salario & hoc accipimus.

C. Labori hujus causæ vel debebatur stipendum viginti, vel duodecim tantum coronatorum si viginti, Quomodo V. D. potuissent afferere, quod dando substituto dimidium, justum stipendum ei præberet? si dimidium dumtaxa promerebatur, qua conscientia V. D. de viginti coronatis accipienda pacisci voluit?

P. P. R. mox ei dicam: ab initio causa videbatur valde ardua, ejusque apparatus diutinam litera prædicebat; ac proinde attentus ejus arduitate; viginti coronatus nunc stipendium erant pro Solvitur laboris, qui exinde prodenter timebatur: Placuit tamen Deo, quod diligentia quæ à me adhibita, via plana referat fuerit, cum qua litis materia faciliter tractabilis devenerit, ita ut duodecim coronati residui labores congrua, & bona merces fuerint.

C. Est opinio probabilis, quod Procurator, vel negotiorum gestor, qui stipendio v.g. quinginta aureorum conductus fuisse singulos annos, vel pro solida, possit integrum sibi stipendum retinere, si alium Procuratorem vel Advocatum idoneum substituat; assignata illi dimidia solida

vel tertibibi rete consensu eorum, pit; ratiōnā, et cōfidenti, cōquantū, cōsequē idōnūstituto; cōtrādā, ut cōsupra numerū quod V. I. gōtij, se denti stipendū, suā verit talitā labor duos mātos probabilitate accipere, hujus stipendū 39. P. I. stō unius cōdīcē Judicij C. Luc D. hoc egi P. Ne oī regales pē C. Inte hibitas, dī Textu Cātum, cap. Omnes dies vesp̄erām, cōvenimus oī cōspēre a tūm minimū

vel tertia stipendij parte , reliquā  
sibi retentā ; modò hoc faciat de  
consensu saltē tacito , & sine damno  
eorum , quorū patrocinium suscep-  
pit ; ratio est , quia nulli facit injur-  
iam , non enim facit injuriam  
clienti , cum tantum illi rependat ,  
quantum promisit , & per alium  
aequidoneum suppleat ; non sub-  
stituto ; cum illi justum stipendum  
tradat , ut supponitur . ita Bonacina  
*supra num. 12.* quare supposito ,  
quod V. D. videns arduitatem ne-  
gotii , se exposuerit labori exce-  
denti stipendum viginti coronato-  
rum , suāque diligentia explana-  
verit taliter materiam , ut residuus  
labor duodecim solummodo coro-  
natos promereretur , sufficienti pro-  
babilitate potuit ab initio viginti  
accipere , & dimidiam solum partē  
huius stipendij substituto assignare .

39. P. P. R. accuso me in die fe-  
sti unius causæ informationem de-  
dice Judici .

C. Lucri , vel pietatis gratiâ V.  
D. hoc egit ?

P. Ne occasionem lucrandi duos  
regales perderem .

C. Inter alias res die festo pro-  
hibitas , dantur Judiciales , quæ à  
Textu Canonico vocantur Placi-  
tum , cap. omnes 1. de ferijs , ubi ait :  
Omnis dies Dominicos , à vespere in  
vesperam , cum omni veneratione de-  
terminus observari , & ab omni illi-  
rito opere abstinere ; ut in eis merea-  
tia soldia

Prohibetur pariter in his diebus ci-  
tare partem , formare processum ,  
recognoscere causam , ac ferre sen-  
tentiam : Sylvester quoque *Verb.*  
*Dominica* , *quaest. 5. sub num. 7.* dicit  
non licere Advocato , aut Procura-  
tori ( quem nomine Doctoris ap-  
pellat ) consulere ob finem princi-  
palem lucri , hoc tamen exercere  
posse non inficiatur ad expedien-  
dum e regione longinqua venien-  
tem , secuto etiam lucro : Leander  
tamen à Sacram . *part. 3. tract. 1.*  
*diff. 5. quaest. 43.* cum Suarez , Ca-  
jetano , & alijs probabilius esse cen-  
set , quod Advocatus , & Procura-  
tor possint informare Judicem ore-  
tenus , aut scriptotenus in die festo ,  
etiam lucri causâ : idem afferui in  
simili casu *1. part. prae. tract. 3. cap.*  
*2. num. 13. pag. 66.* quia cum non  
sit vetitus labor informandi Judi-  
cem in scriptis , nec erit illicitum id  
facere ob finem lucri . Qui fuisus  
desiderat videre hanc materiam , &  
ea , quæ sunt licita , & valida , & quæ  
non in diebus festivis circa lites , &  
causas , consulat Leandrum à Sa-  
cram . *diff. 5. cit. quaest. 15. usque ad*  
*quaest. 46. inclusivè .*

40. P. P. R. me accuso , quod  
post suscepturn patrocinium causæ  
unius litigantis , absque præcedenti  
conventione de stipendio , peractâ  
causâ acceperim à litigante stipen-  
dium ab eo dandum Procuratori ,  
quem conduxisset .

C. Advenit ne V.D. aliquod damnum, vel cessavit aliquod lucrum ex prædicto patrocinio? quia ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, posset sibi compensare tantundem, nisi forte expressam intentionem habuisset nihil accipendi, superveniente etiam damno, aut lucro cessante. Trullench. tom. 2. lib. 8. cap. 6. dub. 1. num. 4.

P. Ex hoc patrocinio nullum mihi damnum emersit, vel lucrum cessavit.

C. Habuit ne V.D. animum accipiendo stipendium ab hoc litigante pro dicto patrocinio? quia si non gratis, nec liberaliter suscepit munus, sed animo mercedis, potest mercedem, quæ Ordinario Procuratori tradita fuisset, prætendere, dignus est enim operarius mercede sua; & quoties alia subest causa, quam donationis, non præsumitur donatio; Bassæus *Verb.* *Procurator in supplemento num. 3.*

P. Nihil de mercede ab initio cogitavi.

C. Erat ne litigans consanguineus, aut sibi addic tus?

P. Nihil horum.

C. Si V.D. habuisset animū gratis suscipiendo tale munus, non poterat peractā causā sibi retinere stipendium sui laboris, bene verò cum intentione recipiendi justum stipendium: in nostro autem casu cum nihil cogitaverit de mercede, dicunt Trullench, & Bassæus *loc. cit.*

quod sit attendenda conditio Procuratoris; si enim nobilis sit, amicus, vel consanguineus principaliter litigantis, censetur gratis munus, officium suscepisse; si autem mercenarius, qui locare solet id operas suas, & sit peritus in arte, poterit sibi retinere, si eandem operam præstet, quam Procurator præstisset. Videatur etiam Bonacina tom. 2. circa 8. præcepit 10. q. 3. p. 4. n. 14.

41. P. Sic pariter me accuso. R., quod cum aliqua Personam præceperit, ut consulerem Advocatum circa aliquod negotium, apud ipsemet proprio marte consilium confecerim, quod ab eodem Advocato firmari, & approbari curavit medietatem autem pecunie ad hunc finem mihi traditam reservavi, & aliam Advocato confignavi.

C. Fuit ne conscientius Advocatus totius casus, & detentionis pecuniae?

P. Ita P.R., quinimò libenter accepit, quidquid ipsi traxi, tum quia alium laborem non habuit, quām firmare consilium, tum, quia cum in meo arbitrio esset eum, alium consulere, sicut contentus olla mercede.

C. Consilium factum à V.D. fuit ne eruditum, & bonum in causa?

P. Ita P.R. quia causa non erat ardua, ego verò fui valde satisfatus in ejus Theoristica, & Prædictio-

C. C.  
tionibus  
Bonacina  
*loc. cit.* nu-  
dentes,  
ris, & nu-  
que jus  
totum stip-  
iisque  
sit, quem  
gere, nec  
tum volun-  
curatores  
menta co-  
nei, ac ip-  
tarij, ut su-  
viv mihi  
nalis Tole-  
5. cap. 61  
non esse E-  
catorum  
sibi parte f-  
cato pro si-  
mō, quia e-  
perfecit,  
casum, se-  
luctante ra-  
vellet con-  
Advocatu-  
verum eti-  
fici, nec ta-  
si sciret pe-  
confici.  
42. Et i-  
rimus, que-  
conductus  
idoneum  
dio, & re-

C. Concurrentibus his conditionibus, casum licitum asserunt Bonacina *supra num. 15.* Trullench *loc. cit. num. 5.* Bassaeus *ibid. num. 4.* dicentes, id videri lucrum industrie, & nulli fieri injuriam: nulliusque jus violari; cum subscriptio totum stipendium non mereatur, ipsique Procuratoribus liberum sit, quem velint Advocatum eligere, nec quicquam contra clientum voluntatem faciant; dum Procuratores ad consilia, vel instrumenta conficienda æquè sunt idonei, ac ipsimet Advocati, vel Notarii, ut suppono: Nihilominus verior mihi videtur doctrina Cardinalis Toleti in *instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 61. num. 5.* affirmantis fas non esse Procuratori more Advocatorum consilia conficeret retenta sibi parte stipendiij, & altera Advocato pro subscriptione tradita; primò, quia difficulter Procurator ita perfectè, ac Advocatus attinget casum, secundò, quia hoc fit reluctante rationabiliter cliente, qui vellet consilium per instruccionem Advocatum non solum subscribi, verum etiam proprio marte confici, nec tantum stipendium daret, si sciret per Procuratorem consiliū confici.

42. Et licet *supra num. 37.* diximus, quod Procurator stipendio conductus possit substituere æquè idoneum collato illi minori stipendio, & retenta sibi alia parte; dif-

paritas tamen est, quia ibi fit transitus à Procuratore ad Procuratorem, hic autem à Procuratore ad Advocatum; minusque discrimen est inter illos, quam inter hos, & facilius præsumitur de consensu implicito Clientis, quod Procurator substituatur alteri Procuratori, quam quod Procurator fungatur Officio Advocati.

## C A P U T IV. De Officio, & statu Notariorum, secretariorum, & Scribarum.

### §. I.

#### De Publicis Notarijs, seu Tabellionibus.

43. **P.** P. R. dico meam cul-  
pam, de aliquibus defec-  
tibus probabiliter commissis in  
meo Officio.

C. Quinque conditiones requiri-  
runtur in publico Notario, nempe Scientia, Obligatio, Veritas, Fi-  
delitas, & Justitia; quamnam ha-  
rum V.D. violavit?

P. In Publico Instrumento ne-  
cessariam clausulam prætermisi.

C. Clausula fuit ne talis, ut ejus defectu nullum, & irritum esset in-  
strumentum?

P. Ita P. R. fuit quid essen-  
tiale.

C. Prætermisit ne eam V. D. ex malitia, oblivione, aut ignoran-  
tia? **I i** **P. Pro-**

## 250 Tractatus XV. De Ministris Justitiae.

P. Pro tunc ejusmodi Clausulā, essentialē esse ignoravi.

C. Ex illius clausulæ omissione securum ne fuit aliquod damnum tertio?

P. Non P. R. quia Advocatus advertens diminutum esse instrumentum, præcepit mihi, ut aliud cum omnibus requisitis conficeret, quod & factum est.

C. Nequit licet fungi Officio Notarii, qui ignorat, quæ ad hoc Officium pertinent; ut sunt clausulæ, quæ in contractibus opponi consueverunt, aliaeque solemnitates, quæ servari, & adhiberi solent; quilibet enim ea scire tenetur, quæ ad proprium Officium pertinent, solemnitates autem, quæ ad validum, & authenticum instrumentum requiruntur, sunt Invocatio Divini Nominis, Annus ejusdem, Indictio, dies Mensis, in quo celebratur contractus, locus, in quo legitur instrumentum, testes, Nomen, & signum Tabellionis. Quamobrem si ob Notarii negligentiam, vel ignorantiam prætermissa est aliqua solemnitas, ex cuius omissione pars aliquod damnum patiatur, Notarius tenetur ad illius restitutionem; cum verò in casu V. D. nullum fuerit securum damnum, cessat ejusmodi obligatio; non fuit tamen à gravi culpa immunis, exercendo tale Officium cum annexæ obligationis

ignorantia, nili forte bona fides eam excusat.

In Concilio Tridentino *sess. 2a cap. 10. de reform.* sanctum est, ut Episcopi valeant Notariorum sufficientiam scrutari, Quamvis facta creati à sede Apostolica aut ab Imperatoribus, & Regibus, & mindidoneos e negotijs Ecclesiasticis resellere.

44. P. P. R. dico meam culpam, quod vocatus ad conficiendum instrumentum, & testificandum, quamdam personam solvisse quantitatem pecuniae, id testificato fuerim licet revera coram melia pecunia exbursata non fuerit.

C. Creditor dixit ne coram V. D. quod illam quantitatem perciperit?

P. Ita P. R.

C. Posuit ne V. D. in suo instrumento, quod coram se exbursata, & consignata fuerit ea pecunia?

P. Non P. R. sed dumtaxat, quod ea quantitas soluta fuerit.

C. Non habet ergo V. D. unde scrupulo aliquo angatur; quia Notarius non peccat, si dum paratentur se pecuniam recepisse, rebat pecuniam acceptam fuisse, quamvis re ipsa accepta non fuerit, nam perinde est, ac si pecunia accepta fuerit, cum pars juri suo credit, & Notarius non propriè allarat pecuniam realiter acceptam fuisse, sed potius referat confessio

nem pa  
niam co  
cum re  
non fue  
in quo a  
lls soluti  
cina tom  
apt. qua  
Basseus

45. P  
culpam,  
mento c  
tiam falsa

C. Ex  
malitia h  
P. P.  
C. Ad  
damnum

P. Ma  
C. Da  
ma, aut

P. In  
C. Fu  
P. Da  
ginta du

C. Di  
distincta  
occasion  
virtutem  
nem jura  
citat, q  
& Scriba  
contra ju  
sit causa  
re restit  
ducatos  
nam ille  
eiusda

## Caput IV. De Notarijs, sive Tabellionibus. 251

nem partium, secus si dicat pecuniam coram se exbursatam fuisse, cum revera coram se exbursata non fuerit; ut in contractu census, in quo ad ipsius validitatem actua-  
lis solutio prescribitur. Sic Bona-  
cina tom. 2. disp. 10. circa 8. pra-  
apt. quas. 3. punct. ult. num. 2.  
Bassus Verb. Notarium num. 3.

45. P. P. R. dico etiam meam culpam, quod in quodam Instrumento clausulam, & circumstantiam falsam apposuerim.

C. Ex inadvertentia ne, aut ex malitia hoc factum fuit?

P. P. R. Advertenter hoc feci.

C. Advenit ne exinde aliquod damnum proximo?

P. Maximè P. R.

C. Damnum fuit ne in vita, fama, aut facultatibus?

P. In facultatibus solummodo.

C. Fuit ne in re gravi?

P. Damnum fuit, quantitas trin-  
ginta ducatorum.

C. Duo peccata mortalia specie  
distincta commisit V. D. in hac  
occasione; unum nimirum contra  
virutem Religionis, ob violatio-  
nem juramenti, fidelitatis, & vera-  
citatris, quod Notarij, Secretarij,  
& Scribae emittere solent; alterum  
contra justitiam, ex eo, quod fue-  
rit causa damni proximi, cum one-  
re restituendi triginta predictos  
ducatos personæ damnificatæ:  
nam ille, qui est causa efficax ali-  
cujus damni, obligatur ad restitu-

tionem: at V. D. fuit causa effi-  
cax hujus damni: ergo ad ejusdem  
restitutionem obligatur.

P. P. R. pro nunc non habeo  
commoditatem solvendi hanc pecu-  
niam.

C. In cujus utilitatem redun-  
darunt triginta predicti Ducati?

P. In utilitatem Personæ colliti-  
gantis.

C. Hæc ergo Persona primariò  
tenetur ad restitutionem, & in  
hujus defectu V. D. tanquam cau-  
sa secundaria: proindeque eidem  
suadeat eorumdem restitutionem;  
quod si adimplebit, V. D. libera-  
bitur ab onere restitutionis; secus,  
de proprijs supplere tenetur: & in  
casu, quo superveniret V. D. mors,  
aut periculosa ægritudo, debet ad-  
monere hanc Personam ( si prius  
facere nequeat ) quod injustè ac-  
ceperit, & detineat triginta illos  
ducatos; adeoque ut eos restituat,  
sub secreto naturali illius clausulæ  
falsitatem manifestando; & si V. D.  
dictam personam ad se vocare ne-  
queat, schedulam suo Confessario  
relinquat cum revelatione facti, ac  
in suo testamento remittat hære-  
des ad dictam schedulam, præci-  
piendo, ut de suis bonis, si adsint,  
fiat restitutio. Sic Cardinalis de  
Lugo tom. 2. de just. disp. 41. sect.  
2. num. 17.

46. P. P. R: dico meam culpam,  
quod in alia occasione confecerim  
instrumentum, in quo quædam

persona se obligabat ad solvendam cum usura pecuniam , mutuo acceptam.

C. Instrumentum fuit ne taliter confectum , ut euidenter patret contractum esse usurarium?

P. Non P. R. usura fuit palliata titulo colorato alterius contractus.

C. Non tantum peccat Notarius hujusmodi instrumenta conficiens , ut bene dixit Navarrus cap. 25. n.

4. verum etiam in Excommunicationem incurrit , ex Clementina unica de usuris ; immo cum onere restitutionis , ita Castro Palaus part. 7. tract. 32. de justit. commut. diff. 4. punct. 26. num. 7. si verò in instrumento contineatur expressè usura , etiamsi peccet Notarius in eo confiendo , nulli tamen restitutioni est obnoxius ; ita Sà Verb. Usura num. 12. quia cum hujusmodi instrumento tanquam manifestè irrito , & nullo , nequit exigi usura ; quando autem in instrumento adinuenitur usura palliata , dissimulata , & colorata , Notarius obligatur solummodo ad restitutionem , si Usurarius tale lucrum percipiens , eandem non adimpleat.

47. P. Dico pariter meam culpam , quod litiganti causam ante Judicem , & Referentem &c. deferre volenti suaserim , ut eandem ante alios deferret , prout re ipsa meo consilio annuit.

C. Secundum Ordinem Tribunalis , erat ne causa deferenda ante illos , ad quos ex intentione litigantis eadem ventura erat?

P. Ita P. R.

C. Ministri , ad quos V. I. eum remisit , erant ne alijs æquidonei?

P. Omnes sunt examinati , & probati , & funguntur hoc munus sicut cæteri.

C. Tametsi aliqui doctores , quos omisso nomine citat Cardinalis de Lugo ubi supra num. 16. dicant , in hoc casu nullam habent injuriam litiganti , siquidem omnes Judices sunt approbati , & quos sicut pars ex aliquo fine potest recusare talem Ministrum , ita etiam Notarius possit eidem suadere , ut hos , & non alios Ministros eligat grauamen verò , seu damnum latum Ministro , ad quem pertinebat causa , inquiunt , posse reluciri , apponendo ei alias causas , per quas lucrum ex prima lite obtinetur recuperare valeat ; Oppositum tamen est verum , quod docent cum alijs ibid. idem Lugo dicens graviter peccare cum onere restitutionis Notarium , aut Secretarium qui causas ex lege , aut consuetudine ad aliquos Ministros pertinentes , ad alios defert ; in quo non tantum fit injuria Ministris suo iure privatis , sed etiam litiganti cuius plurimum interest , ut ejus causa ad hunc , & non alium Jus

cem , v.  
Postrem  
retariu  
vertend  
Verum  
retur c  
rationa  
causa a  
deferat  
tateme  
ibi.

48. I  
eulpam  
me con  
pretio e

C. F  
diuum ju

P. P  
ta , & s

C. S  
midium

80. &  
quam 4  
neretur  
externa  
obligati

D. tanq  
ram co  
empta  
pretij ,

80. &  
aliqui r

cap. 5. A  
docueri  
fraude .

restitue  
scientia

teriori

qua 1

cem, vel Referentem deferatur; Postremò nec Notarius, nec Secretarius habent potestatem pervertendi Ordinem Tribunalium; Verum est, quod litigans non operetur contra justitiam, discretè & rationabiliter solicitando, ut ipsius causa ad tales, vel tales Ministros deferatur, & ut ab habente facultatem eadem tractetur. Sic Lugo ibi.

48. P. P. R. dico etiam meam culpam, venditionis contractum me confecisse, ui cuius res modico pretio empta fuit.

C. Fuit ne res empta infra dimidium justi pretij?

P. P. R. res constabat octoginta, & 50. empta fuit.

C. Si res empta fuisset infra dimidium justi pretij, v. g. si valeret 80. & emeretur minori pretio quam 40. in hoc casu emptor teneretur tam in foro interno, quam externo ad restitutionem; quam obligationem pariter haberet V. D. tanquam cooperans per scripturam contractus: cum autem res empta fuerit ultra dimidium justi pretij, v. g. justum pretium fuit 80. & 50. empta fuit, in hoc casu aliqui relati 1. part. prax. tract. 7. sup. 5. part. 3. num. 115. pag. 252. docuerunt, secluso dolo, aut fraude, non adesse obligationem restituendi residuum in foro conscientiae, sicut nec est in foro exteriori: Et consequenter adhæ-

rendo huic opinioni; nec V. D. hujusmodi obligatione uinciretur, quia in hoc casu principalis, & primaria causa est emptor, & Notarius secundaria & accessoria: adhærendo ergo opinioni eximenti à restitutione illius, quod ultra dimidium justi pretij emptum fuit, ad hanc V. D. non obligatur.

Hoc non obstante sententia opposita astrictuens obligationem restitutionis, licet res ematur ultra dimidium justi pretij, si præcisè justum pretium non solvatur, est communior, & vera; Et quamvis loco citato Praxis, seu Dialogi adduxerim hanc opinionem, non tamen dixi, eam me sequi, sed solum eam allegavi ad aliud probandum: modò verò expressè communem sequor, ad quam sequendam sufficit mihi auctoritas Angelici Doctoris 2. 2. quæst. 77 art. 1. ad 1. eam docentis; etenim quamquam in foro exteriori ad uitandas lites non puniatur is, qui emit, aut vendit, ultra, vel infra dimidium justi pretij, non propterea id admittitur ut licitum in foro interiori: Sic leges Civiles non puniunt maritum, interficientem uxorem inventam in actuali adulterio, & nihilominus nefas est marito in foro interiori uxoricidium in hoc casu, ut declaravit Alexander Papa VII. in propositione 19. damnata, cuius explicatio patebit infra in tract. 17.

Hinc infertur juxta hanc communem sententiam, obligari ad restitutionem etiam Notarium, ob scripturam venditionis, in qua res empta fuit infra justum pretium, et si non sit infra dimidium; præterquam si scriptura non esset vera, sed facta, in qua manifestè appareat injustitia facta emptori: sic Emanuel, Sanchez *Verb. venditio*, num. 28. vide Palaum part. 7. tract. 3. L. diss. 5. punct. 117. §. 12. num. 3. C. 5.

49. P.P.R. dico meam culpam, me confecisse testamentum moribundi ratione destituti.

C. Erat ne adeo rationis impos, ut à se disponenda non nosceret?

P. Ita P. R. usu rationis prorsus destitutus fuit.

C. Noverat ne hoc tunc V.D.

P. Ita P.R.

C. Quem instituit hæredem?

P. Cum non haberet alios hæredes necessarios, ne ab intestato moreretur, animam suam hæredem instituit.

C. Audivit ne fortassis, antequam usum rationis amitteret, ultimam suam voluntatem fore animam suam hæredem instituendi?

P. Multoties P.R. hoc mihi dixit.

C. Scivit ne eum hujusmodi voluntatem retractasse?

P.P.R. pro certo habeo, eandem non retractasse?

C. Notarius, Secretarius, aut Scriba, conficiens testamentum

nuncupativum alicujus non sane mentis peccat, & tenetur restituere legitimis hæredibus, qui ab intestato successissent, si hoc scinter faciat. ita Navarrus cap. 25 Bassæus *Verb. Notarius*, num. 4. cum autem hæc persona non habuerit hæredes, & V.D. sciverit ultiman ejus voluntatem fore, animam suam hæredem instituendi, licet peccaverit, conficiendo testamentum invalidum, & in foro extemo pecunæ obnoxius fuerit; probable tamen censeo, in foro conscientiæ ad nullam obligari restituiri, cum nulli injuria facta sit, & voluntas antecedens infirmi, non quam retractata, adimpta fuerit.

50. P.P.R. dico meam culpam, quod multo tempore non manifestaverim legatum, à Testatore factum.

C. Quamdiù V. D. hoc neglexit?

P. Per integrum annum.

C. Detrimentum aliquod me passus est exinde Legatarius?

P. Absque dubio, quia eo anno non potuit frui suo legato.

C. Quænam quantitas fuit relictæ?

P. Decem Ducati.

C. Quisnam hoc tempore ijspositus fuit?

P. Ego P. R., & ut exinde aliquam utilitatem haberem, legatum manifestare intermis.

C. R.  
ducatos  
P. U.  
C. N.  
festare q  
tim si fin  
nacinaato  
quaf. 3.  
non imp  
mnum,  
adeoque  
mum so  
gatario;  
per duas  
fessiones  
gationis

51. P.  
me habe  
licet co  
rum tra  
penes me  
cincte adr  
meas occ

C. Hæ  
ut possin

P. No  
aliqua ac  
titia esser

C. Ca  
lib. 5. cap  
viter pec  
ejusmodi  
bene, su  
formaler  
plurima  
sunt. Ca  
de justit.  
mitius si

## Caput IV. De Notarijs, seu Tabellionibus. 255

C. Restituit ne V. D. hos decem ducatos legatario?

P. Usque modò eos non restitui.  
C. Notarij obligatio est manifesterare quantocuyus legata, præser-  
tim si sint ad pias causas facta: Bo-  
nacina tom. 2. in p̄cept. 8. disp. 10.  
quæst. 3. punct. ult. num. 5. quòd si  
non impleat, tenetur resarcire da-  
mnum, quod sequitur, ut patet.  
ad eoque V. D. satagat quam pri-  
mum solvere decem ducatos le-  
gatario; alioquin hoc negligendo  
per duas, tres, aut quatuor Con-  
fessiones exponit se periculo ne-  
gationis absolutionis.

51. P. P. R. dico meam culpam,  
me habere aliqua protocolla, &  
licet consignaverim partibus eo-  
rum transumpta extensa; attamen  
penes me habeo ea breviter, & suc-  
cincte adnotata ob varias, & multas  
meas occupationes.

C. Hæc protocolla sunt ne talia,  
ut possint fidem facere in judicio?

P. Non P. R., sunt dumtaxat  
aliqua adnotata pro habenda no-  
titia essentiae rei.

C. Cardinalis Toletus in sum.  
lib. 5. cap. 61. sub. n. 3. censet, gra-  
viter peccare Notarios, servantes  
eiusmodi protocolla, quia inquit &  
bene, superveniente morte ante  
formalem eorum extensionem,  
plurima absurdia exinde oriri pos-  
sunt. Cardinalis de Lugo tom. 1.  
de iustit. disp. 41. sect. 2. num. 15.  
mitius sic arguit, aut protocolla

sunt talia, ut possint fidem facere  
in judicio vel non? si hoc secun-  
dum, dictamen Toleti sectatur, ac  
peccati gravis damnat; si primum,  
dicit, Confessarium posse cum No-  
tarijs benignius se gerere, hortan-  
do eos, ut successivè ejusmodi pro-  
tocolla extendant, & componant:  
Certum est, in hoc quam plurimā  
adinneniri negligentiam, quapropter  
ponderandum est damnum,  
ex hinc partibus resultans, si No-  
tarius e vita decedat, ut potest, &  
solet interdum contingere, relin-  
quendo instrumenta diminuta,  
etenim data occasione extrahendi  
transumptum, quomodo poterit  
fieri absque vero, & formalī Ori-  
ginali?

52. P. P. R. dico meam culpam,  
quòd denegaverim litiganti, pe-  
tentī transumptum Originalis in-  
strumenti.

C. Denegavit ne V. D. ex eo,  
quod strenam aliquam, seu munus  
ab Adversario collitigante perce-  
perit?

P. Non ob aliquod munus, be-  
ne verò quia Adversarius erat  
meus consanguineus.

C. Accidit ne aliquod damnum  
parti, cui V. D. denegavit tran-  
sumptum?

P. Ita P. R., ad viginti ducato-  
rum mulctam damnatus fuit.

C. Multatus ne fuisset, si osten-  
disset transumptum à V. D. occul-  
tatum?

P. Non

P. Non P. R. quia ex hoc instrumento constabat non fuisse debitorem.

C. Graviter peccavit V. D. cum onere restitutionis, occultando prædictum instrumentum, ac denegando transumptum parti: Totius *ubi supra num. 4.* Trullench *tom. 2. in Decalog. lib. 8. cap. 7. dub. unic. num. 4.* Bonacina *supra n. 3.* quia Notarius est persona publica, & ad obsequium omnium ex Officio deputata, & consequenter tenetur ad restitutionem damni, quod pars ex denegato sibi instrumento, seu transumpto Originalis instrumenti patitur; cum faciat contra proprium Officium cum damno aliorum: Porrò licet teneatur dare transumpta existentia in suis manibus, debet tamen retinere Originalia adhuc, ut quando opus fuerit, possit ex eis transumptum transcribere, & petentiibus dare: Bassus *Verb. Notarius, num. 3.* ideoque tenetur Notarius quamprimum commodè poterit dicta instrumenta extendere, & redigere in completam, & perfectam formam, prout habetur *ex leg. si quis ff. de edendis instrumentis.*

## §. II.

### De Secretarijs.

**A**Edem fermè obligationes, quas diximus pertinere ad Notarios, convenient pariter Secretarijs; adeoque scientiâ, obli-

gatione, fidelitate, veritate, & iustitiâ pollere debent, graviter aut leviter juxta qualitatem excessu peccaturi, si aliquam ex prædictis conditionibus violaverint: & culpa omissionis, aut commissionis secum ferret detrimentum proximi, restitutioni sunt obnoxij.

53. P. P. R. confiteor, meum litiganti manifestasse statum causa adjudicandæ.

C. Quo motivo hoc egit?

P. Quia bonam quantitatem pecuniae mihi obtulit.

C. Agitabatur ne hæc causam Secretaria V. D.?

P. Ita P. R., Ego fui Secretarius in hoc negotio.

C. Ex prædicta manifestatione advenit ne aliquod damnum partii adversæ?

P. P. R. Expostui rem periculis plurium absurdorum, quandoquidem per eam revelationem præbui occasionem litiganti utendi fraudibus, interponendi difficultates, culationes ad rem non facientes obtinendi, ac hoc modo causam fabricandi; iustitia tamen Adversari erat ita evidens, ut absque ullo delimento, aut dilatione litem vicerit.

C. Duo in hoc sunt notanda: primum perceptio pecuniae pro revelatione secreti, de quo loquar in sequenti casu; secundum revelatio secreti, quod tanquam publicum Minister custodire debuisset: suppono autem in quolibet Chirillo

no unive  
de Jure I  
no servan  
sum; &  
tum incu  
di damnu  
Hujus in  
Ministr  
que ab ip  
gia nomin  
tim à sec  
liter, ut si  
valde gra  
de aliquo  
aliquo titu  
aut de re  
Secretariu  
etiam cum  
ita cum  
Opus. tom  
num 4. (i  
cibus) hoc  
sum, Hisp.  
cens, quo  
velatione  
mutilatio  
lícitè possi  
se, etiam c  
vero tantu  
cunaria,  
obligatio i  
tanto peri  
hæc danni  
pensari pe  
quod V. D.  
cum absqu  
lo vitæ, se  
revelav

no universalem dari obligationem de Jure Divino, naturali, & humano servandi secretum sibi commissum; & ex ejus violatione peccatum incurri cum onere resarcendi damnum inde obventurum.

Hujusmodi obligatio est strictior in Ministeris publicis, & Secretarijs; que ab ipsam etiam Ethymologia nominis desumitur, *Secretarius enim à secreto servando dicitur*; taliter, ut si causa, de qua agitur, sit valde gravis, v.g. de vita hominis, de aliquo statu, aut Majoratu, de aliquo titulo, Duce, aut Comite; aut de re magni honoris, nequeat Secretarius revelare statum cause, etiam cum periculo propriæ vitae; ita cum Soto sentit Sanchez in Opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 6. dub. 2. num 4. (idem dicendum de Judicibus) hoc limitat D. Navarrus in sum. Hisp. cap. 18. n. 32. in fine, dicens, quod quando ex ejusmodi revelatione secura esset mors, aut mutilatio membrorum, nunquam licet possit manifestari status causa, etiam cum eodem periculo; si vero tantum sequeretur pena pecunaria, aut exilium, non adgit obligatio servandi secretum cum tanto periculo proprio, siquidem hec damna, inquit, possunt compensari per pecuniam. Certum est, quod V.D. gravissime peccaverit, cum absque tormentis, aut periculo vitae, sed solius avaritiae impulsu revelaverit, quod sub tam rigo-

rolo sigillo silentio praeterire debuisset; & si aliquod damnum contra Justitiam ex V. D. infidelitate obvenisset, ad restitutionem teneatur: quod in hoc casu dictum est de Secretarijs, intelligendum est pariter de Scribis, & Notarijs; vide Trullench tom. 2. in Decalog. lib. 7. cap. 10. dub. 32. num. 9. prope medium.

54. P. Confiteor pariter P. R. quod præter mercedem mihi debitam, aliqua munera à litigantibus perceperim.

C. Restituit ne ea V.D.?

P. Non P. R., quia sponte ea mihi data fuere.

C. Per legem recompilationis, quam refert Thom. Sanchez in Opusc. tom. 1. lib. 3. cap. unic. dub. 1. num. 4. prohibetur strictissime Secretarijs, ne dona, & munera à litigantibus accipient, licet sint esculenta, aut poculenta, nec titulo gratitudinis, nec per se, nec per alios sub pena quatuor numerorum aureorum pro prima vice, & pro secunda, sub pena suspensionis ab Officio, & addit lex: „Y que „juren de assi lo guardar, y pa- „gar las penas, en las cuales los „condenamos desde aora, por „manera que sean obligados a las „pagas (*in foro conscientia*) sin que „mas sean condenados en ellas: Juxta quæ verba obligantur Secretarij in foro conscientiae ad solutionem poenæ, ad quam hic damnatur.

tur ob munerum perceptionem; absque alia sententia declaratoria. ita cum communi tenet Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 3. tract. 2. docum. I. num. 4. Quapropter secundum hanc doctrinam valde timendum est de damnatione aliquorum Secretariorum, qui sine ullo respectu, & indifferenter dona, & munera accipiunt, cum paucis restitutio*n*i succumbant, prout hic declaratur: Oh periculum Officium!

### S. III. De Scribis.

55. **T**AMETSI Scribæ multoties sint secretarij, distinguntur tamen aliqualiter ab his, & à Notarijs, Secretarij enim sunt, & vocantur scribæ cubicularij, sūntque deputati pro consilijs, Cancellarijs, & Rebus publicis: Notarij regulariter sunt ij, qui deputantur ad causas Ecclesiasticas, nullatenus ad profanas, & sacerulares: scribis incumbit confidere scripturas, actus judiciales, & extrajudiciales, quibus integra fides præstatur; quorum aliqui vocantur scribæ publici, seu de Numero, & alij Scribæ Regij: videatur Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 3. tract. 2. docum. I. & 2. & utrique tenentur ad veritatem, Scientiam, Fidelitatem, Obligationem, & Justitiam, sicut Notarij, & Secretarij; peccantque graviter scribæ gene-

rales clausulas scripturarum ignorantibus: Res falsas sub pena restitutio*n*i damnorum sequentur scribere nequeunt, nec confidere usurarias scripturas, aut testamenta eorum, qui rationis usu destituti videntur: Legata à Testatore nō licita manifestare debent; protocolla extendere instrumentorum quae in scriptorio habentur, transumpta præbere Originali detento, eorumque adnotationem facere.

56. P. P. R. accuso me, confisse instrumentum immunitati Ecclesiastice contrarium.

C. Qui statuta immunitati Ecclesiastice contraria conficiunt, non tantum graviter peccant, verum etiam in Excommunicationem 15. Bullæ Cœnæ incident: & quamvis Marchadus ubi sup. docum. 4. num. 4. dicat, in eandem non incidere ipso facto scribam, ejusmodi instrumentum contraria sicut confidem, verius tamen est oppositum; quod si quis dicit, non incurrere hanc Bullam Cœnam in aliam tamen à Textu Canonice editam incurret. cap. Gravem sent. Excommunicie. & clariss. Noverit eod. tit. ubi dicitur: *I*esu excommunicamus Statutariorum, Scriptores Statutorum ipsorum & ita docet Leander à Sacramentis part. 4. tract. 3. diff. 15. quaest. 3. Idem dicendum de Notarijs, & Secretarijs confidientibus instrumen-

ta con  
fliccam,  
ter pec  
commu  
currere  
57.  
excom  
bicum  
C. E  
catus te  
validum  
postulat  
gravite  
tē hoca  
P. P  
vitandu  
C. C  
instrum  
P. M  
C.G  
munic  
fectione  
quam e  
& in fo  
dum fu  
in foro  
ob natu  
tibus ce  
tientib  
nem. si  
diffusat  
num. 6  
commu  
commu  
conditi  
cusent.  
Utile le  
deantur  
Judicib

ta contra immunitatem Ecclesiasticam, némpe non tantum graviter peccare, verùm etiam in excommunicationem majorem incurre.

17. P. P.R. accuso me, majori excommunicatione irretitum, publicum instrumentum confecisse.

C. Erat ne V.D. excommunicatus toleratus? quia in hoc casu validum esset instrumentum; & si pollulatus à parte id fecisset, nec graviter peccasset, quamquā spontē hoc agere nefas fuisset.

P. P.R. Non fui toleratus, sed vitandus.

C. Conficit ne V.D. ejusmodi instrumentū cum consensu partis?

P. Maximè P.R.

C. Graviter peccavit V.D. communicando cum fidelibus in confectione hujus instrumenti, tanquam excommunicatus vitandus; & in foro fori irritum, & inualidum fuit instrumentum; quamvis in foro poli validum esse potuerit, ob naturalem obligationem à partibus contractam mutuo consentientibus in instrumenti confectionem. sic Suarez de censur. tom. 5. disputat. 16. sect. 5. num. 5. & num. 6. Partes quoque peccarunt communicando cum V. D. ut excommunicato vitando, nisi hæc duæ conditiones Neceſſe, & utile, id excusat, juxta ea generalia principia: Utile lex humile, res ignorata &c. Videntur circa hoc supradicta de Judicibus, & Advocatis.

58. P. Me accuso pariter P.R. quod in stipendijs mei laboris taxam solitam, & assignatam prætergressus fuerim.

C. Magna dissensio, & controversia est inter Authores, utrum Taxa à Lege assignata obliget in foro conscientiæ Ministros. Villalobos *tom. 2. tract. 18. diffic. 4. num. 4.* citando Lopez, & Ledesma affirmativè respondet. Idem docet insignis Doctor Navarrus *cap. 25. num 54.* & cum Rodriguez, Reginaldo, Clavi Regia, Fernandez, & alijs: idem sentiunt noster P. Basæus *Verb. Notarius num. 5.* Toleatus *lib. 5. cap. 61. num. 9.* Trullench *tom. 2. lib. 8. circa 8. precept. cap. 7. dub. unic. num. 9.* nec solummodo affirmant peccare Scribam, Notarium, aut Secretarium excedentem taxam, sed etiam restitutio esse obnoxium: Mitior, & Suavior est opinio Marchadi *supr. docum. num. 3.* dicentis, taxam non obligare in foro interno, cum sit lex poenalis, ut habet Fagundez in Decalog. *tom. 2. circa 8. precept. lib. 8. cap. 27. sub num. 8.* §. Primo quia: sed sic est, quod probabiliter leges pœnales non obligent in foro interno; ut dixi in meis Confer. *tract. 3. Confer. 6.* §. 2. num. 6. fol. 160. & licet hæc lex taxæ esset mixta, probabile quoque est, hujusmodi leges non obligare in foro interno: sic cum Villalobos, & alijs Diana *part. I. tr. 10. Kk 2. articulo 1. num. 1. resol.*

*respl. 20.* ergo in hac opinione probabile erit, taxam in foro conscientiae non obligare.

59. Verum, ut prorsus tutè procedamus, dicat mihi: id, quod suprataxam accepit, fuit ne ab aliquo Magnate, v. g. Marchione, Comite, &c. ipsi datum? quia, si aliquid datur ultra taxam non ratione scripturæ, sed ob excellētiam dantis, vel ob consanguinitatem, absque culpa posset accipi; Trullench *supra in fine, num. 9.*

P. Non erant hujusmodi Personæ, quæ stipendium excedens taxam mihi præbuerunt.

C. Fortassis ob laborem, & industriam extraordinariam in his occasionibus percepit majus stipendium? etenim in hoc casu non esset mortale aliquid plus accipere, pro ratione & qualitate majoris laboris: Bassus *ubi supr. eod. num. 5.*

P. P. R. Interdum hoc titulo aliquid plus accepi, & subinde ob ordinarium, & communem laborem.

C. Cæteri Scribæ solent ne ex consuetudine aliquid ultra taxam accipere?

P. Omnes plus accipiunt, absque respectu ad taxam.

C. Quod V.D. percepit, videbatur ne ei meritum sui laboris exceedere?

P. P. R. Secundum rectum dictamen rationis cuiusvis viri timorati, valor accepti non excessit meritum mei laboris.

C. Supposito, quod introduxit consuetudo accipiendi magistrato stipendum, & quod hoc correspondeat merito laboris judiciorum viri timorati; ac tempora ita effutata, ut modò res pluris valent, quam pro priori, taxamq[ue] antiquitù justam, modò talen non videri, probable est non amplius obligare antiquam taxam: *cum Molina, & alijs Diana part. tract. 17. resol. 60.* nec obstat dicere, quod scribæ juramentum emitant observandi statuta, & Pandectas, quia respondetur in desuetudinem ea abiisse ut injusta, & illud juramentum esse de solis statutis servandis, quatenus ea obligant, ergo si ex aliqua causa obligare definiant, cessabit juramenti obligatio, eo quod jam illa non sunt statuta, & juramentum fuit illis auctoritorum, quatenus statuta erant: igitur juramentum aliquod servandi statutum intelligitur, quatenus illud justum est, & obligatorium, non ergo obligabit illud juramentum ad illam taxam, quatenus iusta est. ita Tho. Sanchez *in fac. tom. 1. lib. 3. cap. 14. num. 13. De na ibidem, Marchadus supr. doc. 5. num. 3.* si in aliquo Regno adflet novataxa, haec obligaret, quia supponitur facta spectatis temporibus, pretio rerum victualium, & Ministerorum labore, *vide infr. t. 60.* P. P. R. me accuso, quo assumpto itinere Pampelonem

patrocinanda causa unius personæ, quæ viginti regales stipendij mihi dedit; eodem tempore ad instantiam alterius personæ causæ non ideo urgentis patrocinio suscepto, ab eadē duodecim regales stipendi percepimus.

C. Utrumque stipendum erat ne justum respectu laboris?

P. Ita P. R.

C. pro agitanda secunda causa impediabatur ne V. D. ab adhibenda diligentia pro prima? quandoquidem si una causa impedivit bonam expeditionem alterius, non poterat V. D. eodem tempore ambas tueri, nec duo salario recipere.

P. Absque primæ præjudicio poteram tractare negotium secundæ.

C. Quando quis pluribus obligat operam suam singulis in solidum, & illa æquè commoda fuit singulis, ac si pro illis solis fuisset exhibita, potest à singulis tantum exigere, quantum ab uno posset, si pro eo solo præstitisset; ita Lessius lib. 2. de Justit. cap. 24. dub. 5. sub. num. 28. §. Dico tertio, proindeque V. D. singulis operam suam obligare, ac à singulis stipendum accipere potuit, modò patrocinii unius cause non fuerit impediuim alterius. Contrarium tenet Tannerus, Ortiz, & alij, quos refert Diana part 3. tract. 5. resol.

77. Trullench tamen tom. 2. in

Decal. lib. 8. cap. 7. dub. unic. num. 13. in fine, sentit opinionem Lessij esse veram attento jure naturali; & oppositam esse tenendam spectato jure positivo aliter disponente, modò ei consuetudo legitimè introducta non derogaverit: si nullum esset jus posituum in contrarium, sententiam Lessij, & Trullench valde probabilem censeo, tum quia sicuti Chirurgo aut medico ab una Communitate stipendio conducto non est vetitum, provisis suis, in alio loco alios curare, ac suum stipendum accipere, ita neque Ministro absque damno primæ causæ valenti tractare secundam, hujus negotiorum prohibetur: tum pariter, quia contractus cum primo initus, est solicitandi, & suæ causæ incumbendi; atqui hic contractus non violatur, quando absque ejus detrimento defenditur alia causa ergo &c.

61. P. P. R. accuso me pariter aliquibus diebus festis confecisse instrumenta.

C. Erant ne ex ijs, quæ prohibentur, & annullantur à legibus, si diebus festis conficiantur? vetita enim à legibus non debent fieri diebus festis.

P. P. R. Nulla lege cautum erat prædicta conficere.

C. Extendebat ne formaliter ejusmodi instrumenta, & Scripturas, vel solummodo consensum

partium, quod fit per interrogations? quia hoc tanquam quid leve, ad summum posset esse peccatum veniale.

P. Formaliter, & per extensum ea conficiebam.

C. Sylvester, & alij relati à Sanchez in Cons. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 10. num. 1. sentiunt, non licere Notarijs, Secretarijs, Scribis, aut eorum Ministris conficere instrumenta, & scripturas diebus festivis: Oppositum tenet cum Navorro, & alijs, idem Sanchez num. 2. etiam pro mercede: ratio est, quia in die festo prohibentur tantum opera servilia; atqui scribere non est opus servile; ut cum Soto, & alijs tenet idem Sanchez ibid dub. 8. num. 1. nec intentio faciendi pro mercede pæta mutat naturam operis: ergo nefas non erit in die festo conficere scripturas, & alia instrumenta à lege non prohibita.

Et quamvis idem Sanchez eod. dub. 10. num. 5. putet, quod acta transcribere non liceat in diebus festivis; contrarium tamen docet cum Lopez, Suarez, & Medina, Layman tom. 2. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 3. Diana part. 2. tract. 15. resol. 35. quod rationi magis consonum mihi videtur; quia scribere, & transcribere sunt essentialiter idem: ergo si scribere non est opus servile, neque erit transcribere: Praeterea actio tran-

scribendi de se mentalis, & spiritualis est, & per accidens ad illam est, quod hac, vel illaintentione fiat ab operante; ergo inde non efficitur servilis ex officio, velacro seu mercede. Videatur supra cap. 3. num. 38.

62. P. Sic pariter me accuso! R. quod in aliquibus diebus jejuni de precepto non jejunaverim omnes labores.

C. Tota die ne laboravit in scribendo?

P. Quandocumque non jejunavi, tota die laboravi.

C. Controvertitur inter Autores, utrum Scribæ, Notarij, Secretarij, qui totam diem inscribedo impendunt, teneantur ad junium: Azorius, Reginaldus Vega, Fillicius, & alij, quos fert Leander à Sacram. part. tract. 5. disp. 8. quest. 132. affirmativæ adhærent. Jo. Sanchez in select. disp. 4. num. 16. ait, hoc consulat Scriba suam imbutatem; per quæ verba indicantur excusari præcisè ob suum laborem sed ob debilitatem complexionis ita ut idem labor, qui non imberet alium robustum à jejuniū possit excusare viribus debilitatis sed Leander ibi, cum Angelo, alijs probabilius judicat, scribas non obligari ad jejuniū, quando ne die laborant in scribendo, & trascribendo: quod non damna in propositione 30. Alexandri Vi-

ut infra  
hujus pro-

C

De Off

in dando  
lio refere-

C. Pra-  
stantiale c-  
curiam?

P. P. I-  
non perce-  
rium.

C. Sec-  
quod dan-  
P. Fuit  
etiamsi ea-  
rit subiecta-  
tum fuit,  
referrem,  
mentum p-  
studium id-

C. Offi-  
cites, & c-  
Consilii,  
cedenter i-  
quia si ex si-  
cibus al-  
cum oner-  
non per al-  
ris litigan-  
permittat  
videre, &  
muled gra-

ut infra dicam, tract. 17. in explicat.  
hujus propos. 30.

## C A P U T V.

## De Officio, &amp; statu Referentium.

63. P. P. R. dico meam culpam de negligentia commissa in dando operam litibus in Consilio referendis.

C. Prætermisit ne aliquid substantiale defectu studij, vel per incuriam?

P. P. R. semel defectu studij non percepi aliquid valde necessarium.

C. Secutum ne fuit inde ali- quod damnum Clienti?

P. Fuit manifestum periculum; etiamsi ea die causa votis non fuerit subjecta, adeoque mihi præcep- tum fuit, ut alia vice negotium referrem, & pro tunc in supplementum primi defectus post bonum studium id retuli.

C. Officiū Referentis est referre lites, & causas in Cancellarijs, & Consilijs, quapropter debet antecedenter ijs vacare, & incumbere; quia si ex sua omissione sequitur cli- entibus aliquod damnum, peccat cum onere restitutionis; ac per se, non per alios relationes à scriptu- ris litigantium ervere debet; nec permittat, ut partes possint eas videre, & statum cause adnotare: multo gravius peccabit, si Senten-

tiam alterutri parti manifestet, priusquam euulgetur, unde possint gravia incommoda sequi, v. g. Ju- dex recusari &c.

64. P. P. R. dico meam cul- pam, me pariter aliam causam re- ferentem, magis ad unam, quam ad alteram partem inclinasse.

C. Factum ne fuit hoc unjus clientis justitiam magis, quam al- terius explicando?

P. P. R. Fateor unum intimum, mihi fuisse amicum, & optasse, ut in ejus favorem causæ decisio fie- ret; verumtamen spero me fide- liter, & sincerè gessisse, allegan- do, & referendo utrique parti fa- vorabilia.

C. Referens peccat, si partialis sit, coneturque unius partis justi- tiam magis, quam alterius ob hu- manam dependentiam explicare: ut inquit Bussemb. *in sua sum. lib.*  
4. cap. 3. dub. 4. num. 2. idque ra- tio naturalis suadet; sed fideliter rationes processus juxta statum fa- cti referre tenetur, & jus, quod unicuique juxta allegata, & proba- ta convenit; cum ex opposito multa damna possint partibus ad- venire, ad quorum compensa- tionem Referens partialis tanquam causa obligatur.

65. P. Sic pariter dico meam culpam P. R. quod in stipendijs ob meum laborem perceptis, taxæ non me conformaverim.

C. Cæteri eodem Officio fungentes parent ne taxæ?

P. P. R. nemo illam taxationē observat.

C. Accepit ne sibi illud incrementum usque ad limites justi pretij, & meriti sui laboris?

P. Ita P. R.

C. Circa hoc punctum, quæ de scribis num. 57. & 58. dicta sunt, hic applicanda; & in proprijs terminis de Referentibus dicit Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 3. tract. I. docum. II. num. 2. hanc legem taxæ esse pœnalem, nec obligare in foro interno, præsertim si attenta varietate temporum judicetur veterem taxam de præsenti esse tenuem, & nimium restrictam.

66. P. P. R. dico meam culpam, aliqua quoque munera à litigantibus supra mercedem mihi debitam accepisse.

C. Lex positiva munerum acceptancem Referentibus prohibet, quamvis Marchadus ibid. num. 2. dicat, hujusmodi legem esse pœnalem, proindeque ad pœnam taxatam dumtaxat obligare, idque post declaratoriam Judicis Sententiam.

## C A P U T VI.

### De Obligatione Testium.

67. P. P. R. confiteor, quod in una causa testimonium ferre recusaverim.

C. Erat ne necessarium V. D. testari ad evitandum aliquod grave personæ insontis damnum? in quo casu ex Charitate etiam non citatus à Judice, tenetur quivis offerens ad testandum pro auertendo ejusmodi damno: præterquam si ei testimonio sibi, vel suis imminet notabile damnum; tunc enim testari non tenetur. Est doctrina Thomæ 2. 2. quaest. 70. art. 1. in corp.

P. Erat necessarium meum testimonium, ad prædictum damnum auertendum.

C. Judex, seu Superior habet potestatem, præceperat ne legitimè, ut compareret ad examen?

P. Ita P. R.

C. Innotuit ne ei hoc præceptum?

P. Ita P. R. & hoc non obstante aufugi, & me occultavi.

C. Evidenter constat V. D. graviter peccasse non comparendo ad examen, ad malum proximi auertendum: dubitatio superest, utrum propterea ad restitutionem teneatur. Quocirca si habitatio titiæ præcepti Judicis ad comparendum, V. D. se abscondit, ne idenotum fieret, non tenetur ad restitutionem; ita communis tells Marchado in sum. tom. 2. lib. 6. part. 4. tract. 2. docum. I. n. 2.

Sin vero fuit ipsi citatio notificata juxta Filliucium, Saloniū, Navarri

de Nava  
Decalog.  
24. & ali  
nem dan  
potuisset  
nocentis.  
ter defen  
fit. cap. 3  
Molina,  
in 8. præ  
13. Rati  
stitutionis  
tie comm  
hoc casu  
mutativa  
ergo nec  
utraque c  
ma tamere  
68. P.  
quid in q  
do testem  
de danni  
tumvis mi  
veritatem  
per hoc l  
C. Non  
peccare ,  
dum eand  
tur?  
P. Ita l  
C. Fui  
damni Do  
P. Ita l  
cultè sati  
cultavi ve  
natus ad p  
C. Qu  
duplicem

de Navarra , Fagundez tom. 2 in Decalog. lib. 8. cap. 42. num. 9. & 24. & alios, tenetur ad restitutio- nem damni, quod testificando potuisse auertere in favorem innocentis. Oppositum probabili- ter defendant Lessius lib. 2. de ju- stitia. cap. 30. dub. 8. num. 59. & cum Molina, Bonacina tom. 2. disp. X. in 8. precepto quaest. 3 punct. 3. n. 13. Ratio est, quia obligatio re-stitutionis oritur ex loesione justi- tiae commutativa non legalis ; in hoc casu non laeditur justitia com- mutativa , sed dumtaxat legalis : ergo nec est obligatio restitutionis; utraque opinio est probabilis, pri- ma tamen tutor.

68. P. Confiteor pariter P. R. quod in quadam occasione, agen- do testem contra reum accusatum de damnificatione vineæ, quam- tumvis me juridice interrogaverit, veritatem nolverim aperire, ac per hoc Reus fuerit obsoletus.

C. Noverat V. D. se graviter peccare , occultando veritatem, dum eandem manifestare teneba- tur?

P. Ita P. R.

C. Fuit ne facta compensatio damni Domino Vineæ?

P. Ita P. R. ipsem Reus oc- cultè satisfecit : sed quia ego oc- cultavi veritatem, non fuit dam- natus ad poenam debitam Fisco.

C. Qui falsò jurat in judicio , duplēm gravem specie distinctā

malitiam incurrit : nempe contra virtutem Religionis , & contra justitiam : sic Tho. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. cap. 1. num. 9. in fine: Probabile tamen est, V. D. teneri quidem parti de damno , non ta- men Fisco de mulcta , & poena pecuniaria, quæ inficta fuisset reo, si veritatem aperuisset : Ita Sà Verb. Restitutio num. 44. quia haec poena non debetur ante sententiā Judicis; & siquidem V. D. fatetur, ipsumet Reum satisfecisse parti ob- damnum causatum in vinea, ab hoc onere liberatur.

69. P. Confiteor, me accepisse pecuniam pro subeundo exami- ne in personæ favorem.

C. Contigit ne aliquod damnū V. D. ex hoc examine ? nam ad justam compensationem potest ali- quid accipi: v. g. si mercenarius ad subeundum examen in favorem alicujus extra suum domicilium proficiens , mercedem diurnam perderet, potest curare, ut sibi ab eodem reficiatur damnum emer- gens , & lucrum cessans pro tem- pore , quo se subeundi examinis causa detinet.

P. Nullum exinde damnum per- tuli.

C. Accepit ne V. D. dicta pecunia pro vero testimonio ferendo ? quia Navarrus cap. 25. num. 25. & alij sentiunt , quod testis accipiens pec- cuniam pro vero testimonio ferendō, non solūm peccet, verū etiam

## 266 Tractatus XV. De Ministris Justitiae.

etiam ad restitutionem pecuniae acceptae teneatur? & est communis Doctorum teste Trullench *tom. 2. in Decalog. lib. 8. cap. 3. dub. 8. num. 1.* Quamquam idem Trullench ibi probabile judicet non adesse ejusmodi obligationem. Prima tamen sententia est vera, quia nullo titulo potest testis sibi retinere dictam pecuniam.

P. P.R. non pro vero, sed pro falso testimonio ferendo, pecunia mihi tradita fuit.

C. Et re ipsa emisit ne V. D. juramentum? etenim in hoc casu tenetur ad restitutionem pecuniae acceptae pro falso testimonio. ita communiter Doctores.

P. P. R. Fateor, quod falsum testimonium tulerim.

C. Suppono V. D. duo peccata mortalia commississe per hoc falsum juramentum, videlicet contra Religionem, & Justitiam, & quare, an teneatur ad restitutionem pecuniae acceptae pro falso testimonio ferendo; cuius resolutio pendet ab illa quaestione, utrum promissio facta pro re peccaminosa obliget? in qua duas sunt opiniones, & ambae probabiles, ut videri potest in meo Dialogo *part. I. tract. 2. cap. I. ad finem n. 25. pag. 41.* In sententia afferente, quod promissio rei malae obliget, V. D. non teneatur ad restitutionem: ita Navarrus in proprijs terminis nostri causas loc. cit. Bonacina *ubi supran. 18.*

Trullench *ibid. num. 2.* In opinione affirmante, quod promissio pro re peccaminosa non obliget, consequenter dicendum est, testem obligari ad restitutionem rei acceptae pro falso testimonio ferendo; quod valde probabile censet Marchadur *ubi supr. docum. 3. in fine.* Utraque opinio est valde probabilis

Dices contra hoc: Diximus communem, & veram esse opinionem, quod testis teneatur restituere id, quod accepit pro verotestimonio ferendo: ergo a fortiori tanquam communis, & vera erit doctrina, quod testis obligetur ad restitutionem rei acceptae pro falso testando: Respondeo confessio antecedenti nego consequiam; disparitas patet, quia testis tenetur ex sola charitate testari quando ex hac omissione imminenter proximo; pro eo autem quod tenetur facere, nequit accipere solutionem, aut mercedem, sed cum non teneatur falsò testari cum hoc sit liberum, potest post factum retinere pecuniam acceptam; quemadmodum Assassini qui accepit pecuniam ratione homicidiij patrandi, potest post partum homicidium retinere acceptam, quia exercet actionem ad quam nullatenus obligabatur.

Et si sintes dicendo, quod testis non teneatur comparere ad Subundum examen, & verum erit testimonium ferendum:

*ergo*  
*quand*

quando pecuniam  
quia spou-  
ter eande-  
do, quia  
gatur: Re-  
nitate ob-  
dum, quia  
prodesta-  
ximi, ut  
quando p-  
signum ei-  
testis sit  
quod im-  
dum: er-  
tenetur si-  
in commu-  
poterit p-  
niam.

70. C.  
testimonio  
P. No-  
veritatene-  
dendo.

C. Era-  
vel Civilis

P. In c-  
C. Hab-  
probatio-  
præcessit  
quia si ju-  
xta die-  
V.D. ten-  
P. P.  
quishione  
mplema  
C. Qu-  
bitant, ar-

quando falso jurat, potest detinere pecuniam hac de causa acceptam, quia spontanee hoc facit, ita pariter eandem detinere, verum jurando, quia facit id, ad quod non obligatur: Respondeo testem ex charitate obligari ad examen subeundum, quando ipsius testimonium prodest ad vitandum damnum proximi, ut dictum est *num. 65.*, & quando pars offert ipsi pecuniam, signum est evidens, quod depositio testis sit eidem necessaria ad aliquid imminens damnum avertemendum: ergo jam testis ex charitate tenetur subire examen, ac proinde in communi, & vera opinione non poterit propterea detinere pecuniam.

70. C. Novit ne V. D. se falsum testimonium ferre?

P. Non P.R., quia occultavi veritatem, amphibologicè respondendo.

C. Erat ne in causa Criminali, vel Civili?

P. In causa Criminali.

C. Habuit ne Judex semiplenam probationem contra Reum, vel præcessit infamia publica delicti? quia si juridicè non interrogavit, juxta dicta *cap. 1. hujus tract.*, nec V.D. tenebatur aperire veritatem. P. P.R. anceps eram, utrum inquisitionem Judicis præcesserit semiplena probatio.

C. Quando testis, aut Reus dubitauit, an Judex habeat, vel ne se-

miplemam probationem, nec tenentur manifestare veritatem; ita cum Murcia dixi *1. part. Prax. tract. 2. cap. 1. num. 21. pag. 40.*

Fuit ne adhuc aliquis præter V. D. conscius delicti? nam si sola V. D. id scivit, non tenebatur idem manifestare Judici, sive procedenti *Ex Officio*, sive ad instantiam partis; quod cum Joanne de la Cruz, & alijs probabile putat Diana *part. 3. tract. 5. resol. 100.*

P. P.R. Bene credo adhuc alijs id notum fuisse.

C. Scivit ne hoc V. D. sub sigillo naturali? in hoc enim casu non est obligatio manifestandi Judici crimen, sub secreti naturalis sigillo patefactum; quia lex naturalis servandi sigillum magis obligat: modò tamen testificatio non sit necessaria ad averendum aliquid damnum publicum, vel privatum: *Bassæus verb. Testis num. 7.*

P. P.R. non sub secreti naturalis sigillo res mihi revelata fuit.

C. Timuit ne V.D. ex manifestatione veritatis, sibi, aut suis aliquod notabile damnum obventurum? lex enim charitatis neminem cum tanto incommodo ad manifestandam veritatem obligat, nisi aliter postulet bonum communem: Bonacina *tom. 2. in 8. præcept. diff. 10. quæst. 3. punct. 3. num. 8.*

P. Nullum damnum nec mihi, nec meis, ex vero juramento imminebat.

C. Accusatus fuit ne Reus de violatione alicujus puellæ, ut obligaretur ad contrahendum cum ea sponsalia? quia si hæc nota fuisset Reo imposita, & hic ad id non obligaretur, posset juramentum emitti absque ullo ejusdem gravamine: Sanchez *tom. I. sum. lib. 3. cap. 6. num. 32.*

P. De hoc non fuit accusatus Reus.

C. Fortè de aliquo furto? quod si fuisset factum in occultam compensationem sibi debiti, poterat V. D. jurare, quod rem furto non acceperit. Palaus *part. 3. tract. 14. diff. 1. punct. 7. sub num. 5. §. 3.*

P. Nec hujusmodi delictum fuit ei impositum.

C. Delictum fuit ne notum V. D. ex auditu? quia; quando testis interrogatur, num sciat delictum, potest respondere negativè, si duntaxat ex auditu hoc habet. Sanchez *Verb. Judiciales actus de testibus num. 8.* quod certius est, quando auditur factum à personis modicæ fidei: sed si delictum consistit in verbis, V. G. in aliqua contumelia, aut verbo injurioso, in hujusmodi inquam delictis idem est audire à contumelioso verba offensiva, ac in alijs videre committi delictum.

P. P. R. Ex visu novi delictum.

C. Ob quam causam ergo occultavit veritatem?

P. Casus fuit iste, quod cum quidam vir habuerit obligationem

providendi Republicæ de vino, adeo vili pretio fuit taxata mensura, ut ultra duos regales non potuerit eam vendere, mihi vero constabat virum cariori pretio id empsisse; quamobrem se tali dannno obnoxium cernens, occulte vinum aquâ adulterabat, in me confidens; Judex autem prævia re informatione me obligavit adjuramentum, quod ego emisijurando, nihil injustum eum patrasse.

C. Supposita veritate rei mixta narrata, quod V. D. non confiteat, Judicem habuisse semiplenam probationem, nec præcessisse publicam infamiam, & quod attenuata qualitate casus taxa fuerit injusta, ac vir licet potuerit admiscre vi no tantum de aqua, quantum requirebatur, ut ejus bonitas aqua pararetur pretio taxæ, juxta dictum *I. part. prax. tract. 7. cap. 5. art. 5. num. 120. pag. 253.* V. D. non tenetur in juramento fateri veritatem, ut in simili casu affirmat P. Moya *in suis select. tom. I. diff. 2. quaest. 6. §. 2. num. 6.* quia quicunque Judex legitimè, & jurecè non interrogat, & testis, id Reus justam habent causam occultandi veritatem, non tenentur respondere ad mentem Judicis; sic est, quod in hoc, & in reliquo casibus Judex legitimè, & juridice non interroget, & testis justam habeat causam occultandi veritatem ergo non tenetur respondere a

mentem  
testuti  
sensibili  
ac misera  
71.  
tum In  
ne 26.  
phibole  
doctrin  
les, mo  
sponde  
modo  
præcisè  
verb ex  
*I. part.*  
pos. trai  
ex circu  
ciunt s  
ea est,  
Officio  
gandi;  
dicè no  
Officio  
phibole  
Reus ve  
do caus  
manife  
hibere  
xi loc. c  
Quo  
pruden  
quende  
sum p  
ipsome  
præbet  
amphit  
*P. Tor*

de vino,  
ata mensu-  
es non pa-  
mihi ver-  
i prelio il  
se tali dama-  
occulte vi-  
in me con-  
prævia re-  
avit ad ju-  
emis jura-  
atrasse.  
e rei mili-  
constare,  
enam pro-  
fisse publi-  
d attena-  
rit injur-  
niscere vi-  
antum re-  
itas equi-  
uxta dicti  
s. part. 3.  
D. non te-  
peri verita-  
affirmat P.  
1. dyp. 2.  
a quoque  
& juris  
testis, q  
fam occi-  
mentur re-  
dicis; fe-  
in relati-  
& juridi-  
ustam ha-  
eritatem  
ndere a  
mar-

mentem Judicis; prouindéque po-  
test uti amphibologia externa, seu  
sensibili ad eandem occultandam,  
ac miserum Reum ab injusta con-  
demnatione liberandum.

71. Objicies contra hoc Decre-  
tum Innocentij XI. in proposicio-  
ne 26. & 27. damnans usum am-  
phibologijæ, juxta quod, et si olim  
doctrinæ adductæ essent probabili-  
les, modò tamen non sunt: Re-  
spondeo suam Sanctitatem solum-  
modo damnasse amphibologias  
præcise mentales, & internas, non  
vero externas, & sensibles, ut dixi  
I. part. præx. in explic. harum pro-  
pos. tract. 10. n. 79. & seq. pag. 358.  
ex circumstantijs autem quæ fa-  
ciunt sensibilem amphibologiam,  
ea est, quæ desumitur à tempore,  
Officio, persona & modo interro-  
gandi; quapropter si Judex juri-  
dicè non interrogat, ipsomet suo  
Officio facit, ut sit sensibilis am-  
phibologia, cum qua testis, aut  
Reus veritatem occultat: & quando  
causa urgens subest ad eam non  
manifestandam, potest etiam ad-  
hibere verba metaphorica, ut di-  
xi loc. cit. num. 89.

Quo si intentio Judicis non sit  
prudens, & rationabilis in extor-  
quendo veritatem rei, quæ justi-  
simè potest, & debet ei occultari,  
ipsomet suo modo interrogandi,  
præbet responsioni fundamentum  
amphibologijæ sensibilis videatur  
P. Torrecilla in suis Consult. Moral.

tract. 5. super propos. 26. & 27.  
Papæ Innocentij XI. num. 134. qui  
num. 164. & sequent. tenet, circa  
testes, quod possint absque viola-  
tione dicti Decreti occultare veri-  
tatē, tam quando Judex juridicē  
non interrogat, quam in pluribus  
alijs casibus.

Verùm ad cautè, & subtiliter  
adhibendas amphibologias sensibi-  
les, & absque peccato occultan-  
dam veritatem, videantur dicta  
loc. cit. prax. præsertim num. 210.  
& seq.

72. P. P. R. confiteor, quod  
alio testimonio ferendo occultave-  
rim Judici veritatem.

C. Adfuit ne aliqua ex circum-  
stantijs supradictis, in quibus po-  
test testis respondere Judici utendo  
amphibologia?

P. Non P. R.

C. Falsò ne juravit in detrimen-  
tum proximi?

P. Non P. R. sed solùm inter-  
rogatus utrum nam rem aliquam  
scirem, negativè respondi.

C. Secutum ne fuit exinde da-  
mnum aliquod proximo?

P. Utinam non euenisset.

C. Certum est, quod V. D.  
peccaverit contra Charitatem,  
non auertendo hoc damnum pro-  
ximi per revelationem rei sibi no-  
tæ, & si adhibuit amphibologiam  
absque necessitate occultandi veri-  
tam, si ea fuit interna, periu-  
rium incurrit: Dubium est, an  
pec-

peccaverit contra justitiam cum onere restitutionis? Azorius *Inst. Moral. part. 3. lib. 13. cap. 27. dub.*  
**4.** affirmatiuam docet, quia si testis in judicium vocatus non manifestat veritatem cum damno tertij, peccat contra justitiam commutativam: ergo tenetur ad restitutionem. Negatiuam Sententiam probabilem tuetur Diana *part. 3. tract. 5. resol. 101.* cum Joan. de la Cruz, Sylvio, & alijs dicens, quod licet hujusmodi testis graviter peccet contra Charitatem erga proximum, & contra Obedientiam, & justitiam legalem erga Judicem, non peccat tamen contra justitiam commutatiuam, nam ante mandatum Judicis non tenetur ex justitia commutativa, etiam secundum Authores contrarie Sententiae; sed per mandatum Judicis solum accedit obligatio justitiae legalis; & obedientiae: ergo nullum est vinculum justitiae commutatiue, & consequenter nulli restitutioni est obnoxius. Quamquam tutiorem existimem sententiam Azorij, improbarem tamen non damno contrariam; quia testis antequam in judicium vocaretur, non tenebatur ex justitia, sed ex charitate veritatem dicere, ad sui proximi damnum vitandum, ut dictum est *num. 65.* sed sic est, quod per mandatum Judicis solum supervenerit vinculum juramenti, &

obedientiae Judici praeципienti revelationem veritatis, & Justitiae legalis, bonum publicum respondentis: sed nec virtus Religionis, dictans recte jurandum, nec obedientia, nec Justitia legalis inducunt obligationem restitutionis: ergo &c.

73. P. Sic pariter confiteor P. R. quod in alia occasione falso te status fuerim contra Reum.

C. Ex ignorantia ne, oblivione naturali, aut mala fide V.D. ita se gessit? quia testis cum ignorantia inculpabili falso jurans, nec peccat, nec tenetur reparare lecuta exinde damna; quandoquidem obligatio restitutionis ob iustam damnificationem ortum habere debet à culpa Theologica, atqui non adest culpa Theologica dum res fit cum ignorantia invincibili: ergo si testis falso jurat cum ignorantia invincibili, non obligatur ad restitutionem: Et quamvis ignorantia esset venialiter culpabilis, neque teneretur probabiliter ad restitutionem; quia culpa venialis tantum, non inducit obligationem restitutionis ratione iustae damnificationis; ita Sanchez *in sum. tom. I. lib. 2. cap. 23. num. 160.*

P. Non cum ignorantia, sed mala fide juramentum praestiti.

C. Accidit ne Reo aliquod grave damnum, ob ipsius falsum juramentum?

## Caput VI. De Testibus.

27 I

P. Ita P. R.

C. Erat ne convictus adhuc Reus per alios contestes? nam si Reus hoc modo fuit convictus, tunc testimonium V. D. nihil effecit, eò quod poena propter illud non est addita, nec Judex firmior redditus est ad eam irrogandam; adeoque V. D. non tenetur ad restitutionem, quia etsi injuriam efficeret, non tamen esset causa efficax damni, quod ex prioribus testimonijis jam censetur illatum: Diana part. 3. tract. 5. resol. 105.

P. Non erat convictus per alios contestes Reus, & certum est, quod secluso meo juramento, neutriquam fuisset condemnatus.

C. Est ne jam lata Sententia contra Reum?

P. Necdum P. R.

C. Tenetur ergo reparare damnum imminens Reo, etiam cum retractatione.

P. P. R. Si tanquam falsus testis me retracto, irremissibiliter ad patibulum damnabor.

C. Cujusmodi poena taxata est a lege, pro delicto à V. D. huic Reo imposito?

P. P. R. Poena mortis.

C. Sperat ne V. D. ex sua retractatione liberandum fore miserum Reum?

P. Nullo modo P. R. quia licet sententia nondum sit lata, tamen Judices convenient in prædictam

poenam, adeo ut impossibile sit eos divertere.

74. C. V. D. (& qujuis falsum testimonium dicens) tenetur omnia media possibilia adhibere pro liberatione Rei, etiam suam primam depositionem retractando, & cum pari periculo vitæ; quare si Reus est suspendendus ad patibulum, V. D. tenetur sua dicta retractare, etiam cum periculo similis poenæ incurrendæ; si aliud non subsit medium ad eum liberandum: ratio est, quia in æquali damno habenda est potior ratio innocentis, cuius melior est conditio. Ita docet cum Corduba, Soto, & communi, Petrus de Navarra de refit. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 233. & 234. quod si retractatio nihil sit profutura, testis falsus non tenetur illam facere; idem eod. num. 233. Fagundez in Decalog. tom. 2. lib. 8. cap. 42. n. 4. in fine. Diana part. 4. tract. 4. resol. 99. Bonacina tom. 2. disp. 10. circa 8. præcept. quæst. 3. punct. 3. num. 16. tenetur tamen ad reparationem damnorum, quæ ex morte, mutilatione, aut alia pena Rei consequuntur. Et notandum cum Marchado tom. 2. lib. 6. p. 4. tract. 2. docum. 2. num. 4. quod quando falsus testis dubitat, an ejus revocatio sit profutura, vel non, tenetur sua dicta retractare, licet sibi similis poenæ periculum timeret; sin vero damnum ex retractione

etatione securum esset magis, quam illud innocentis, non tenetur: Matchadus *ibid.* sed alia via restaurare debet damna, expensas, &c. innocentis, aut ejus haeredibus ob suum falsum testimonium secuta; hic pariter notandum, quod in lib. 4. Recompilatio legis Regni Navarræ, titul. 7. lib. I. præcipiatur, ut falsi testes in causis criminalibus suspendantur ad patibulum, & in causis Civilibus abscondatur eorum lingua.

75. P. Confiteor pariter P. R. me duos alios contestes ad falsum testimonium ferendum induxisse.

C. Erat ne in Causa Criminali?

P. Ita P. R.

C. Tenetur ergo ex justitia V. D. suadere prædictis testibus, ut falsum retractent; & ijs recusantibus ipsamet retractare, & si aliud non subsit remedium in favorem Rei, tenetur Judici fraudem aperire, quamvis sibi vitæ periculum manifestum immineat. Ita Lessius lib. 2. de justit. cap. 3. dub. 7. num.

54. Petrus de Navarra *ubisupr. subnum. 235. §. ex quo infero.* Fagundez loc. cit. Sin vero nulla sit spes liberandi Reum, aut pro priori sit iam convictus, nec erit obligatio retractandi, aut manifestandi fraudem, sed damna restaurandi; juxta dicta num. præcedenti.

76. P. Confiteor etiam P. R. me in examine plurium articulo-

rum, super eorum quatuor, falsum testimonium tulisse.

C. Suppono circa obligationem restitutionis, dicta in duobus precedentibus casibus, & pariter dum specie distinctas malitias hic adfuisse; unam contra Religionem & invocationem Divini nominis & testem mendacij, alteram contra justitiam, cum fuerit juramentum legitimum, & juridicum; & hoc fuisse factum ex odio, & vindicta, alia quoque esset malitia contra quintum præceptum, opposita virtuti Charitatis; modo multiplicationem numericam peccatorum in hoc casu inquiramus.

Dicat mihi: quod numero peccata putavit V. D. se committere, falsum jurando super quatuor distinctos articulos?

P. P. R. verè nescio.

C. Sine dubio noverat se magis peccare jurando super quatuor distinctos articulos, quam super unicum?

P. Verum est P. R.

C. Est opinio probabilis, quod falsum jurans in unica depositione super plures articulos, unum datum taxat numero peccatum committat: ita docet P. Henriquez Societatis JESU lib. 5. cap. 5. num. 6. in Glossa Margin littera F. Leader à Sacram. part. I. tract. 5. dig. 8. §. 8. quæst. 6. cum Lugo, Subrez, & addit, sat esse in confusione dicere, me accuso,

falso jure, vel pluperioribus casibus, aperiens, & tractans, pag. quod jure plures articulos, cum circumscribatur, articulos quod jure articulos re in codicendo cum, a ratione in 77. P. majore eius, testari: & quoque lae Maj. Simonia. P. P. I. la ea, in C. For. quia exceptio hac ageretur, lib. 2. de P. Nec

falsò juraverim absque explicatio-  
ne , utrūm hoc fuerit in uno ,  
vel pluribus articulis : quod sic  
probari potest , probabile est cir-  
cumstantias intra eandem specie  
aggravantes non necessariò esse  
aperiendas ; ut docui in meis Con-  
fer. tract. 2. sect. 2. Confr. unic. §.  
3. pag. 26. num. 36. sed sic est ,  
quod juramentum falsum super  
plures articulos , sit solummodo  
circumstantia aggravans respectu  
juramenti falsi emissi super unicū  
articulum ? ergo probabile est ,  
quod jurans falsum super plures  
articulos non teneatur id explicata  
in confessione , sed satisfacere  
dicendo , se falsò jurasse in judicio ,  
cum , aut sine Damno proximi pro  
ratione materie juramenti

77. P. P. R. confiteor , quod  
majori excommunicatione affe-  
dius , testem egerim .

C. Fortè examen fuit de rebus  
fidei ? quia in hujus favorem con-  
cedit lex in cap. fidei , de Hæreticis  
in 6. quodd excommunicati possint  
testari : & addit Glossa ibi hoc  
unque posse extendi ad crimina  
laice Majestatis & etiam ad delicta  
Simoniae .

P. P. R. Non erat ejusmodi cau-  
la ea , in qua sui testis .

C. Fortè in causa Matrimonij ?  
quia excommunicatus potest in  
hac agere testem . Ita Sanchez

lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 5.  
P. Neque in hac materia .

C. Erat ne V. D. excommuni-  
catus , toleratus , aut vitandus ?

P. P. R. Toleratus .

C. Vetitum est majori excom-  
municatione excommunicato te-  
stimonium ferre , non solùm ex  
generali prohibitione in tales lata  
communicandi cum fidelibus , ve-  
rūm etiam ex speciali Decreto  
Textus Canonici , cap. Decerni-  
mus de sent. excommunicat. in 6. ubi  
dicitur : „ Decernimus , ut Judices  
„ saeculares repellere excommuni-  
„ catos ab agendo , patrocinando ,  
„ & testificando in suis Curijs , &  
„ Judicijs , compellantur : tolera-  
tus , si requisitus testetur , non  
solùm validè , sed etiam licet id  
facit ; si verò est vitandus , nul-  
lum erit ejus testimonium , modò  
tempore depositionis ei obiectatur  
exceptio censuræ , fecus verò put-  
tant aliqui validum fore ipsius te-  
stimonium ; oppositum tamen est  
verum , quod docet Diana part. 5.  
tract. 9. resol. 113. quia ei non est  
obligatio credendi , valor autem  
testimonij consistit in eo , quod ei  
debeat credi ; præterea peccat si  
sit testis in judicio , solummodo ta-  
men venialiter ratione excommu-  
nicationis juxta Suarez de Censuris  
disp. 16. sect. 6. num. 10. modò  
nulla injustitia , aut falsitas inter-  
cedat .

## C A P U T VII.

De statu, & obligatione  
Rei.

78 P. P. R. me accuso, quod in examine interrogatus de homicidio mihi imputato, id denegaverim, licet verum fuerit me illud perpetrasse.

C. Interrogabat ne Judex juridice, seu juris ordine servato? quia si is non servatur, ex eo, quod non praecesserit semiplena probatio delicti, nec infamia, nec testis exceptione major, testificans contra Reum, non tenetur hic fateri suum crimen: neque si dubitet de semiplena probatione, quae debet ipsi constare ex depositionibus à Judice ostendendis (absque tamen manifestatione subscriptionis testium) ut veritatem fateatur: Trullench tom. 2. in De analog. lib. 8. cap. 4. dub. 2. num. 2. Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 4. tract. 1. doc. 8. num. 3. & alij.

P. P. R. Judex juridice procedebat, quia constabat mihi, eum semiplenam probationem contra me habere.

C. V. D. commisit ne hoc homicidium in justam defensionem suæ vitæ, famæ, aut substantiæ cum moderamine inculpatæ tutelæ? quia in hoc casu poterat id occultare, cum Judex inquirat de occisione criminosa, qualis non

est hæc, quæ facta est ad sui defensionem absque notabilis excessu. Sic Bassæus Verb. Reus num. 3. Quamobrem Titius qui defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel saltem absque mortalculpa occidit Caium, non tenetur fateri se Caïum occidisse, sed negare potest, etiamsi de homicidio ab ipso commisso praeceserit infamia.

P. Non in meam defensionem, sed ex malitia homicidium perpetravi.

C. Quomodo ergo subiecta veritatem, & occultavit patram homicidium, sciens Judicem habere semiplenam probationem?

P. Quia durum mihi videbarum mei ipsius carnificem agere, ac per ipsammet meam confessionem ad mortem me damnare.

C. Communis sententia dicit, posita semiplena probatione, tenetur Reum aperte veritatem dicere, ac crimen suum Judici manifestare: contrariam tamen constantia tuerit Jo. Sanchez in suis sedis disp. 43. num. 29. & seq. dicentes Reum damnandum ad mortem, triremes, exilium, aut amissionem bonorum, non teneri crimen si Judici exponere, etiam cum semiplena probatione inquirenti, interroganti; ac pro se citat Navarrum, Rodriguez, Reginaldo Filliucium, Malderum, & alios quia nemo tenetur esse ita imm

nis in se ipsum, ut proprio ore sua damnationis ad mortem, trimes, exilium, aut confiscationem honorum auctor efficiatur; qui-  
timo lex naturalis jus, & actione  
alio servandum indemnum ei con-  
cedit; sed sic est, quod si posita semiplena probatione Reus tene-  
retur fateri suum delictum, pro-  
prio ore se damnaret ad prædictas penas, alioquin à Judice ob solam semiplenam probationem non in-  
fingendas: ergo Reus non tenetur Judici, habenti semiplenam pro-  
bationem, vel indicia æquipol-  
lentia aperire suum delictum: Hæc Sententia videtur probabilis Bas-  
sico ubi supra. num. 4. probabilis-  
tiam pariter & in praxi tutam exigit Diana part. 2. tract. 15.  
resol. 27. in fine. & Marchadus ubi  
supra num. 6. modò communio-  
rem esse censet. Et ratio ulterior  
est, quia est quidem hominibus à  
natura inditum, ut se defendant,  
& à mortis faucibus incolumem  
vitam reddant. Hinc leges oriun-  
tur, quibus invasorem cum mo-  
deramine inculpatæ tutelæ occi-  
dere licet, & aliena subripere ex-  
trema famis necessitate ad id im-  
pellente &c. deinde ex leg. 4. ff. de  
testibus, nemo cogi potest ad te-  
stificandum contra parentes san-  
guine junctos, sed nemo cuiquam  
magis est coniunctus sanguine,  
quam sibi ipsi: ergo. Postremò lex  
humana non obligat cum periculo

mortis, nisi magnitudo negotij  
aliud exigat; ergo non obligabit  
præceptum humanum, nam utri-  
usque eadem est ratio cæteris  
paribus.

79. Verùm ego non discederé  
à prima Sententia, cum sit juxta  
mentem expressam Angelici Do-  
ctoris 2. 2. quæst. 69. art. 1. in  
corpore. ubi ait Sanctus: *Et ideo ex  
debito tenetur accusatus Judici veri-  
tatem exponere, quam ab eo secun-  
dum formam juris exigit.* Ex quo  
sic arguitur, accusatus, seu Reus,  
secundum D. Thom. tenetur aperi-  
re veritatem, quando Judex ea  
exigit secundum formam & Or-  
dinem Juris; sed sic est, quod quando Judex habet semiplenam  
probationem, exigit veritatem  
secundum formam, & ordinem ju-  
ris: ergo tunc accusatus, seu Reus  
secundum D. Thom. veritatem  
aperire tenetur.

Et etiam Fautores contrariae  
Sententiae cum limitatione debent  
eam docere, nempe si occultando  
veritatem, sit spes euadendi, si quidem  
hac seposita, aut quia aliâ viâ  
haberi poterit plena probatio, aut  
alia de causa, non poterit veritas  
occultari, etiam stando secundæ  
opinioni, quando Judex habet se-  
miplenam probationem: debet  
etiam intelligi, quod occultatio  
veritatis fiat absque mendacio;  
cum hoc sit intrinsecè malum, &  
nullo jure cohonestari possit: ac  
proin-

proinde est occultanda cum amphibologia non merè mentali, quæ tanquam mendacium damnatur, sed cum amphibologia, seu æquivocatione externa, juxta dicta cap. præced. num. 70. & fusiūs 1. part. Prax. loc. cit. in dīct. num. 70.

80. R. P. R. me accuso, quod non manifestaverim postmodum veritatem, denegatam Judici interroganti cum semiplena probatio[n]e mei delicti.

C. Ledesma, Vega, & alij, quos refert Diana part. 3. tract. 5. resol. 103. Sentiunt, Reum, qui negavit veritatem, post judicium finitum, etiam si contra illum sit lata à Judice Sententia condemnatoria teneri eam manifestare. Contrarium tenet Diana ibi Bassæus supr. num. 5. & cum Rodriguez, & alijs idem docet Villalobos tom 2. tract. 16. diffic. 3. num. 4. A. Diana, & Villalobos citatur pro hac opinione Navarrus, attamen hic eximius Doctor, & illustris calamus nostræ Navarræ hoc non afferit, in Sum. Romane; & in latina, cap. 25. num. 38. qui est locus ab ijs citatus, cum limitatione id affirmat, nisi sequatur inde notabile aliquod damnum: Hæc sunt formalia verba Navarri: „Ad novè autem quæsitus respondeo, eum qui ritè interrogatus, negavit delictum, quod confiteri tenebatur, & nihilominus damnatus ducitur

„ ad supplicium, non teneri ad confitendum illud, nisi notabile aliquod damnum inde alicui probabilius sequeretur.

P. Thomas Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. cap. 7. num. 6. & 8. & 10. docet, Reum, qui negavit veritatem, non obligari postmodum ad eam manifestandam, sive Sententia absolvitoria, sive condemnatoria, sive neutra sit contrarium lata, modò ex hinc notabilem damnum alicui non sequatur; quod ( addit ) moraliter impossibile mihi videtur: Cum limitatione nostri Navarri, & Sanchez huic opinioni adhærerem: nec credo esse moraliter impossibile, quod possit sequi notabilem damnum tertio, ex eo quod Reus postmodum non manifestet veritatem, occultatam Judici legitimè interroganti; quia in hoc casu redundat infamia in Judicem, & testes: comovetur enim populus, & scandalizatur, credens à Judice illum injustè occidi, & testes faltum dixisse.

Addunt Diana, & Bassæus loc. & Marchadus num. 7. quod Confessarius caveat urgere Reum patitentem, qui ducitur ad supplicium, ad manifestandum delictum antea occultatum; cum id occurraverit secundum opinionem probabilem, juxta quam non obligabatur manifestare peccatum, licet Judex haberet semiplenam proba-

tionem  
limitatiō  
damnum

81. I.

quod in  
tus, occ  
gantide  
perpetra

C. In  
timè serv

P. Ita  
C. Era  
tertij?

P. No  
dam Fisc  
mnatus  
sus fuisse  
ab ejusfr

C. Pr  
non ten  
solvere n  
tus eset  
Sic Nava  
num. 49  
part. 1. li  
quia hæc  
Fiscus ha  
tentiam j  
Atqui n  
condemn  
nam; er  
foro con  
viter pec  
tem, du  
gavit; q  
asserens,  
ritatem,  
na proba

tionem: quod approbo cum dicta limitatione, nisi exinde notabile dampnum alicui immineat.

81. P. Me accuso pariter P. R., quod in alia leviori causa accusatus, occultaverim Judici interroganti delictum, cum tamen verè id perpetraverim.

C. Interrogavit ne Judex legitime servato Juris ordine?

P. Ita P. R.

C. Erat ne delictum in damnum tertij?

P. Non P. R. solummodo ad mulctam Fisco Regio applicandam damnatus fuisset, si veritatem falsus fuisset, qua occultata liber fui ab ejusmodi poena.

C. Probabile est, quod V. D. non teneatur in foro conscientiae solvere mulctam, ad quam damnatus esset manifestando veritatem: Sic Navarrus *in sum. lat. cap. 18. num. 49.* Azorius *in inst. moral. part. I. lib. 5. cap. 8. quest. 5.* & alii, quia haec poena non est debita, nec Fiscus habet in eam Jus ante sententiam Judicis condemnatoriam: Atqui non fuit sententia Judicis condemnatoria ad hujusmodi poenam; ergo nec ad eam tenetur in foro conscientiae: verum est, graviter peccasse occultando veritatem, dum Judex juridice interrogavit; quia opinio relata *num. 77.* asserens, Reum posse occultare veritatem, licet Judex cum semiplena probatione interroget; intel-

ligitur, quando poena, quæ timetur est valde gravis: v.g. mortis, tremis, &c. non quando est levis, ut in praesenti casu.

82. P. P. R. accuso me ob delictum falsò mihi imputatum, tormentis expositum fuisse, quæ cum sufferre non possem, falsum crimen mihi imposui, licet scirem capitalem sententiam pro eo esse taxatam.

C. Judex nequit torquere Reum, quando habet plenam probationem, sed quando indicia sunt talia, ut et si non sufficient ad eum plectendum, sufficient tamen ad eum torquendum; qualitas autem tormentorum est arbitraria Judici, juxta qualitates, & complexiones fortes, aut debiles personarum; quo circa quædam personæ torqueri non debent, ut impuberis, quamvis ternerri, & virgis castigari possint; item Senes decrepiti, quamquam etiam hi ternerri possint, ostendendo locum tormentorum. Mulieres prægnantes ob periculum abortus, quorum tortura differenda est, donec vires ex puerperio confirmatae sint, vel ob privilegium, videlicet viri nobiles, seu ordinis equestris, Doctores, & Consiliarij Principum, eorumque liberi, qui omnes ne leviter quide torqueri possunt, præterquam in criminibus exceptis, ut hærelis, proditio, Læsa Majestatis, veneficio-

ficiorum, & alijs quos recenset  
Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 2.  
tract. 3. docum. 6. § 7.

83. Modo dicat mihi V. D. ha-  
buit ne Judex sufficientia indicia ad  
eam torquendam?

P. Ita P. R.

C. Tormentum, cui fuit expo-  
sita, fuit ne valde atrox?

P. Fuit tam horrendum, ut igno-  
miniosiorem mortem ejus suffe-  
rentiae praelegisset.

C. Est communis opinio Docto-  
rum, teste Diana part. 3. tract. 5.  
resol. 7. non peccare mortaliter  
Reum, qui ob vitanda gravia tor-  
menta sibi falsum crimen imponit.  
Et alijs citatis addit Jo. Sanchez in  
select. disp. 46. num. 16. quod ad ea-  
dem vitanda excusabitur quispiam  
etiam à veniali labe, falsum sibi im-  
ponendo, licet ob illius confessio-  
nem esset morte plectendus: *quia*  
*non est digna* (inquit) *tanto dolore*  
*vita*, & mendacium excusatur, re-  
spondendo cum amphibologia, aut  
æquivocatione externa scilicet cri-  
men commisisse non re, sed solùm  
ut fateatur Judici ad evitanda tor-  
menta. Approbat Diana ibi hoc  
dictamen Jo. Sanchez, quod & ego  
valde probabile judico; quia si de-  
beret esse peccatum, aut esset ob  
amissionem famæ, aut vitæ, aut ob  
mendacium, si primum, non esset  
dumtaxat veniale, sed mortale,  
cum sit materia gravis: atqui ju-  
xta communē sententiam non est

mortale, ergo nec erit veniale;  
præterea quia si non est mortale ex  
eo, quod præceptum servandi vi-  
tam, aut famam non obliget cum  
tanto dolore: ergo in hoc casu jam  
cessat præceptum conservandi vi-  
tam; *subsumo*, sed ubi non est præ-  
ceptum nec est mortale, nec venia-  
le: *ubi non est lex, nec prævaricatio:*  
*Ad Rom. 4.* Sed sic est, quod in hoc  
casu cesset præceptum: ergo nec  
erit mortale, nec veniale: *Quod*  
neque sit veniale ratione modi,  
probatur; quia in usū amphibolo-  
giæ externæ non adest mendacium;  
ut dixi 1. part. prax. tract. 10. n. 82.  
& seq. Atqui in hoc casu potest quis  
sibi imponere delictum falsum  
cum æquivocatione, aut amphili-  
bologia externa: ergo nec men-  
tietur, nec venialiter peccabit.

Dubium potest esse, an Reus ob  
grave tormentum vitandum possit  
cum juramento sibi falsum crimen  
imponere. Aliqui Doctores ne-  
gativam tenent; Verum supposi-  
ta probabilitate adductæ senten-  
tiæ, quod Reus ob prædictam ca-  
fam possit absque juramento si  
falsum crimen imponere, non da-  
bito, quin possit etiam cum jura-  
mento: ita Trullench tom. 2. lib.  
7. cap. 10. dub. 7. n. 5. *infine*, & alijs  
Ratio est, quia si quid obstaret,  
quod Reus non posset cum jura-  
mento hoc facere, esset perjurium:  
atqui potest hoc facere absque per-  
jurio: ergo nihil obstabit, quoniam  
dus

ius cum juramento falsum crimen sibi imponere queat: minor probatur, perjurus est ille, qui cum mendacio jurat, & qui taliter non jurat, non est perjurus; sed sic est, quod Reus possit sibi falsum crimen imponere absque mendacio, utendo ut dixi amphibologia extrema: ergo Reus absque perjurio falsum crimen cum juramento sibi imponere poterit.

84. Nunc dicat mihi, post tormentum nonne iteratò interrogatur eam de dato responso? quia ex presumptione de violenta confessione Rei emissâ in tormentis, noviter interrogatur de dicto, ut pateat, an liberè fateatur, quod antea per vim fassus fuerat.

P. Omnino P.R. iteratò fui interrogatus de veritate primæ confessionis.

C. Et V.D. ratificavit secunda vice jam dicta, confirmando impositionem falsi criminis?

P. Ita P.R.

C. Etsi V.D. in hac spontanea confessione denegasset delictum, iterata ne fuisset tortura?

P. Non est dubium P.R., quia leges ita sanciunt.

C. Qui ad evitanda tormenta sibi crimen falso imposuit, non tenetur id retractare, quando prudenter judicat, sibi de novo infligenda esse gravia tormenta, retractando dicta: ratio est, quia non tenetur cum tanto incommodo vi-

tam conservare, & perjurium jam transactum est; ita cum Navarra, & alijs docet Bonacina *tom. 2. disp. 2. de rest. quest. 4. punct. 10. n. 8.* quod ex supradictis valde probabile puto.

85. At dicat mihi; habuit ne V.D. familiam, quæ ob hujusmodi falsam impositionem posset in-honorari?

P. Ita P.R.

C. Quamquam verum sit, quod vita, & fama non sit digna tanto dolore; prout est is, qui suffertur in crudeli tormento; attamen cum Reus non sit Dominus famæ alienæ; si hæc damnificatur per propriam impositionem falsi criminis, dubitari potest, utrum liceat dicta impositio cum dispendio famæ sui stemmatis, & familiae; ad quod respondeo cum Trullench *supr. n.*

6. Bonacina *loc. cit.* & Lessio *lib. 2. de just. cap. 11. dub. 7. num. 10.* si tormenta præponderant alienæ famæ, non teneri pro hujus conservatione ea sufferre; & si infamia inde secura præponderat tormentis, hæc ad eam indemnum Servandam toleranda sunt: *sed quanam, quoq. trutina tormentorum, & infamia pondera affimabit?* satius esset, quod Reus, postquam euasit e tormentis ( si possibile foret ) famam laesam restauraret, manifestando se non patrasse crimen, sed illud patefecisse ad evitanda tormenta, et si neque hoc modo

modo suorum fama illæsa euadet; vel si hoc non profit, adhibeat media efficacia pennes Judicem, ne tormentis eum exponat operâ discreti Confessarij, qui efficaciter de veritate certiorem reddat Judicem; aut aliâ viâ, quæ attentis circumstantijs prudentia suggeret, & Pietas Divina in defensionem innocentiae dictabit.

86. P. Me accuso pariter P. R. quod in alia denuntiatione contra me data, infamaverim testem, obiciendo eidem suum delictum occultum.

C. Erat ne verum ejusmodi delictum?

P. Ita P. R.

C. Objectio hujus delicti fuit ne medium necessarium ad propriâ defensionem?

P. Unicum, & necessarium medium fuit ad meam justam defensionem.

C. Habuit ne V. D. animum infamandi testem, vel solum se defendendi dicto modo?

P. Solummodo me defendere intendebam.

C. Damnum ex hujusmodi revelatione securum Reo, præponderabat ne illi, quod V. D. imminebat, nisi hoc modo se defendisset?

P. Non erat adeo notabile, ut posset damnum mihi obventurum attingere.

C. Non licet Reo ob defensio-

nem sui honoris, & innocentia falsum crimen testi imponere; & contrarium damnatur ab Innocentio XI. in propos. 44. Potestamen Reus obycere testi delictum occultum verum, modò sit præcimum medium ad suam defensionem, & absque animo eundem infamandi, nec damnum inde testi eventurum sit gravius imminente Reo; & quod testis non vi, & coacte, sed voluntariè testimoniū tulerit: ita docui 1. part. prætract. 10. num. 169. & viden potest in Villalobos tom. 2. trad. 16. diffic. 6. per totam.

87. P. Sic pariter me accuso P. R. quod à Judice vocatus ad examen delicti, de quo fui accusatus, dixerim accusatorem mentiri.

C. Erat ne verum, quod V. D. commiserit delictum? nam si erat falsum, licet potuit dicere, quod accusator mentitus fuerit. Sic Fagundez tom. 2. in Decalog. lib. 8 cap. 31. num. 17.

P. Verum erat, me commississe delictum, de quo me accusavit.

C. Erat ne occultum delicti?

P. Ita P. R. erat adeo occultum, ut probari non posset.

C. Ante Decretum Papæ Innoc. XI. satis probabile erat, quid Reus accusatus de aliquo delicto, potuerit mendacem appellare accusatorem: ita docuit Fagundez ibid. Lessius lib. 2. de just. cap. 11. sub. 2.

*dub. 2. num. 6.* plerique alij: Difficilis est, an haec doctrina possit subsistere post dictum decretum: ratio dubitandi est; quia non licet imponere falsum crimen alicui, ut quis suam justitiam, & honorem defendat; sicuti constat ex Propositione 44. damnata: sed sic est, quod accusatorem, qui deposituit delictum verum, licet occultum, appellare mendacem, sit eidem falsum crimen imponere: ergo damnatur assertum, quod Reus possit appellare mendacem accusatorem, denunciantem delictum verum, licet occultum.

88. Non obstante hac ratione dubitandi, probabile puto, Reum posse dicere Judici, quod mentitur, denuncians delictum occultum, quod probari nequit, licet sit verum: Primum probatur auctoritate Glossæ *in cap. cum dilectum, de calumniatoribus*, ubi dicit; *Quod si denuncians non probat, quod intendit, calumniari presumitur*; calumniari autem idem est, ac mentiri; ut habet lex L. 48. ff. *de abolitionib. crim. lib. 1.* his verbis: *calumniari est falsa crimina impone-re*: Et addit Glossa *in cap. Si quem 2. quaest. 3. sic videtur, quod calum-nietur, qui non probaverit*: Modò sic argumentor; is, qui accusat, & non probat, est calumniator: at qui calumniator est ille, qui imponit falsum crimen: ergo is, qui accusat, & non probat, dicitur impo-

nere falsum crimen: *subsumo*; sed eum, qui imponit falsum crimen, potest Reus appellare mendacem, etiam post Decretum Innocentij XI. ut dictum est: ergo accusatori delicti occulti, quod probare nequit, (licet sit verum) potest objici, quod mentiatur, etiam post Decretum Innocentij XI.

Secundum probatur, quia duplex est mendacium; unum speculativum, alterum practicum: speculativum est, quando verba sunt contraria conceptui mentali: practicum est, quando verba sunt contraria voluntati directæ à recta ratione; ita docet Villalobos *tom. 2. tract. 11. diffic. 37. sub num. 5.* Et ego dixi 1. part. prax. tract. 8. cap. 5. num. 33. pag. 311. & in hoc sensu verificatur illud *Omnis homo mendax, Psalmi 115.* non quod omnis homo mentiatur ex eo, quod verba ipsius non sint conformia menti, sed quia omnis homo practice mentitur, quia omnis homo est peccator, & ut talis sua opera, & verba non conformat voluntati directæ à recta ratione: sed sic est, quod accusans Reum de aliquo delicto occulto, licet vero, non conformet sua opera, & verba voluntati directæ à recta ratione: ergo qui accusat Reum de aliquo delicto occulto, licet vero, est practice mendax: Minor probatur; quia recta ratio dictat; neminem accusandum esse ante Judicem de delicto

licto occulto ( licet alias posset ipsi manifestari tanquam Patri; ut occulte eum corrigat; non tanquam Judici, adhoc, ut judicialiter procedat contra Reum ) ergo is, qui accusat Reum ante Judicem de aliquo delicto occulto, non operatur conformiter voluntati directae à recta ratione: ergo practice mentitur; ergo fas erit Reo dicere, quod mentiatur is, qui imposuit ipsi aliquod delictum verum, sed occultum, quod probari non poterat.

89. Unde constat solutio rationis dubitandi suprapositæ; quia Sua Sanctitas solùm damnat assertum, quod possit imponi falso crimen alicui ad propriam justitiam, & famam tuendam: atqui dicendo accusatori imponenti delictum occultum, licet verum, quod mentiatur, non imponitur ipsi delictum falso, sed verum, quia verum est, quod practice mentiatur: ergo haec doctrina non opponitur Decreto condemnatorio Papæ Innocentij XI. in propositione 44. relata.

Neque opponitur Propositionibus 26. & 27. damnatis ab eodem Pontifice circa amphibologias; quia hoc verbum, *mentitur*, quod Reus imponit accusatori in dicto casu, est ex se æquivocum, potens significare, quod mentiatur vel speculatiue, vel practice: ergo non erit amphibologia interna, qualis

est damnata, sed sensibilis, quæ non est talis, juxta dicta in explic. dñi, Propos. part. I. præx. tract. 10. num. 82. pag. 359. quare Reus habens intentionem dicendi, quod denuncians suum delictum occultum verum, practice mentiatur, non contraveniet damnationi earum Propositionum.

Verum est, quod si Reus posse indegnem servare absque impositione mendacij, ad hoc teneatur; & etiam supposita impositio ne, tenetur id facere absque animo eum infamandi, cum limitatio nibus circa testimonium supradictis in casu precedentibus num. 85.

90. P. P. R. me accuso, quod in aliqua occasione post sententiam contra me latam ab inferiori Tribunali, ad superius Tribunal me appellaverim.

C. Jure naturali conceditur Reo appellatio, cum sit ei iustitia: & si credendo bona fide hanc sibi facit, appellat, non peccat, quod si mala fide faciat, cognita iustitia sententiae solummodo ad finem delegationis, graviter peccat, & ad expensas statim damnandus est, un habet Textus Canonicus cap. cap. 6. quia appellatio non fuit introducta in defensionem iniquitatis, sed in refugium innocentie; si Glossa in eo cap. Non enim fuit inventa, ut esset iniquitatis defensor sed innocentia praesidium.

P. Mihi videtur rationi consonam fuisse meam appellationem.

C. Post sententiam supervenirent ne V.D. novae rationes, vel testes, aut instrumenta alleganda ante Judicem Superiorum? quia his supervenientibus cum spe fundata, quod Judex superior ad eorum conspectum esset revocatus primam sententiam, absque ullo dubio licita esset appellatio.

P. Nihil novi mihi supervenit, habuitamen spem fundatam, quod Superior primam sententiam esset revocaturus.

C. In ferendo primam sententiam, secutus ne fuit Judex opinionem minus probabilem? licet enim damnatum sit, quod Judex possit sequi opinionem minus probabilem, si tamen passione ductus, vel errore, aut ignorantia cum hujusmodi probabilitate condemnaret, licita esset appellatio ab ejus sententia.

P. Tametsi mihi faveret opinio probabilis, Judex tamen cum opinione probabiliori, vel ad minus equalis probabilitatis operatus fuit.

C. Quando Judex fert sententiam, sequendo opinionem probabiliorum, vel æquè probabilem, Reum non posse appellare: censet cum Ledesma Villalobos tom. 2. tract. 16. diffic. 8. num. 4. contrarium tenet cum Turriano, & alijs Diana part. 3. tract. 5. resol. 104.

tam in causis criminalibus, quam in civilibus, dicens, quod quamvis Judex tulerit sententiam secundum opinionem probabiliorem possit Reus appellare ad Superiorum, dummodo contraria opinio, pro qua appellatur probabilis sit.

91. Contra hoc dices: in Propositione secunda damnatur ab Innocentio XI. assertio, quod Judex possit judicare secundum opinionem minus probabilem; quod tam de Judice inferiori, quam superiori intelligitur: ergo si Judex Superior, ad quem appellatur, teneatur judicare secundum opinionem probabiliorum, frustranea erit appellatio, facta cum opinione minus probabili; & cum sit frivola, inter damnatas à Lege Canonica computabitur: cap. cum appellationibus frivolis, de appellation. in 6. Respondeo primò, hanc objectionem nullius esse roboris in causis sanguinis, quia in his potest Judex ferrere sententiam in favorem Rei, etiam cum opinione minus probabili, ut dixi in explic. hujus 2. Propos. damn. 1. part. Prax. tract. 10. num. 24. pag. 343. Respondeo secundò, loquendo de omni genere causarum tam criminalium, quam civilium, quod cum judicia hominum adeo discrepent; opinio, quæ Judici inferiori videbatur probabilior, Judici Superiori videbitur minus probabilis: & quam inferior judicavit minus probabilis,

lem, probabiliorem superior exstimabit: ergo non prohibetur Reo, nec ejus appellatio frivola dicetur, si opinione probabili fulta sit; quia licet secundum dictamen Judicis inferioris minori probabilitate fulciri appareret, in judicio tamen Superioris, majori probabilitate pollere potest.

92. P. P. R. accuso me, majori excommunicatione obstrictum, in judicium citatum comparuisse.

C. Fuit ne excommunicatus vitandus, aut toleratus.

P. Vitandus.

C. Potuisset ne per Procuratorem idoneum comparere, & se defendere?

P. Procurator non deerat, ast non potui plenè mihi suadere, eum me pari efficacia defensurum.

C. Euidens est, & decisum per sacros Canones, *cap. intellectimus, de judicijs*, quod Reus possit, & debeat comparere in judicio, etiā ut excommunicatus, non tantum iu causa suæ excommunicationis, verum etiam in quavis alia, sive Criminali: *ne videatur de sua malitia commodum reportare*: inquit Textus, & etiam Glossa ibi, num verò teneatur per se, vel per Procuratorem respondere, controversia est inter D. D. aliqui sentiunt, debere respondere per Procuratorem, & pro hac opinione Diana part. 5. tract. 9, resol. 111. ci-

tat Hurtadum, & Auilam; Auila tamen hoc non asserit absolute, sed conditionatè, ut paulo post patet idem Diana *ibidem*, addit tamen, quod si excommunicatus possit obtinere absolutionem ab excommunicatione, omnino decentius esse, ut ante illam per se non respondeat. Pro sua sententia citat Diana *cap. cum inter, de exceptionibus, & cap. ult. ed. tit. Pace* tamen tanti, & adeo perdocti viri reor, non favere hæc capita suæ opinioni; siquidem *in cap. cum inter*, solum conceditur Reo (qui erat persona nobilis) potestas defendendi in ordine ad reculandum Judicem: *Prædicto nobili legitima defensio in judicio reservatur, & maximè Judicis recusatio, non obstante excommunicatione, qua irretitus erat*. Neque ei favet *cap. ult. venerabilem de exceptionibus*; quia dumtaxat decernebatur appellationem excommunicati esse validam; eamque prosequi posse, *Quia nihil excommunicato apellare prædedit*; si non possit, *appellationem suam prosequi*. Ex quo constat in nemine horum textuum concedi Reo excommunicato, quod possit per se ipsum respondere, sed quod per Procuratorem se defendere valeat.

93. Quapropter primam optionem veram judico, juxta quam Reus majori excommunicatione

94. P. poenam & à me dam, re

irreitus non per se, sed per Procuratorem respondere potest: quod constat ex cap. intelleximus, si iudicij, ubi dicitur: „Qui apostolus stulasti à nobis, utrum excommunicatus in iudicio stare possit? Respondemus, quod conveniens est: & debet per alium in iudicio respondere: Verum est, quod Reus, sive accusatus excommunicatus, si Procuratorem idoneum non haberet, per se ipsum respondere posset; & hic est casus & limitatio, cum qua Auila de iure p. 2. cap. 6. diff. 7. dub. 2. assertit, Reum posse per se ipsum respondere in iudicio; quandoquidem cum defensio jure naturali concedatur, non est verisimile, quod Ecclesia Reo excommunicato eam per se faciendam negare volverit: quando Procuratorem idoneum in sui defensionem non haberet.

Si vero Reus non esset excommunicatus vitandus, sed toleratus, posita citatione, & rogatione Fidelium, posset ad eorum utilitatem comparere, & respondere per se ipsum in iudicio, ex generali concessione Concilij Constantiensis, annuentis communicationi Fidelium cum excommunicato tolerato, ad evitanda pericula animarum, non in hujus favorem, sed in aliorum Fidelium beneficium.

94. P. P. R. me accuso, quod pecuniam mihi à Judice impositam, & à me ipso executioni mandandam, renverim exequi.

C. Erat ne poena gravis, vel mitis, & leuis? quia recte potest Judex imponere Reo, ut se ipsum, poena tamen miti plecat; v. g. in Religionibus præcipiunt in poenam Praelati subditis, ut proprijs manibus se flagellent.

P. P. R. Satis aspera fuit poena taxata à Judice.

C. Erat ne poena positiva, vel privativa?

P. P. R. erat poena positiva.

C. Quando Judex poenam privativam imponit Reo, v. g. suspensionem ab officio, aut honorifica dignitate, ipsem Reus debet esse poenæ executor, privando se officio, aut dignitate; si autem pena esset positiva, & ardua, nequit Judex ad ejus executionem, à Reo immediatè faciendam, eundem compellere: v. g. nequit Judex imponere Reo, ut sibi ipsi membrum absindat, ut se ad patibulum suspendat, se interficiat, aut uenenum bibat; potest tamen ad hujusmodi poenas operâ aliorum subeundas eum cogere; & pro tunc Reus tenetur adhibere media conducentia ad executionem, v. g. si damnatur ad patibulum, debet e carcere egredi, pergere ad supplicium, ascendere scalam &c. & si plectitur exilio, aut poena pecuniaria, debet discedere à Patria, pecuniam taxatam solvere. Sic Villalobos in sum. tom. 2. tract. 16. diff. 10. per totam.

95. Utrumnam Reus ante Sententiam Judicis incurrat poenas taxatas à legibus, dictum est in meis Conf. Moral. part. I. tract. 3. Conf. 6. §. 2. num. 8. & seq. pag. 41. & an liceat Reo fugere e carcere, disrumpere portas, ante, & post Sententiam, & an alij possint in hoc eum adjuuare, dictum est pariter loc. cit. Conf. §. 3. num. 18. & 19. pag. 162.

### C A P U T VIII. De Officio, & statu Accusatoris.

96. P. R. dico meam culpam, in quadam occasione me accusasse personam coram Judge, ob injuriam ab eadem mihi illatam.

C. Ex odio, vel zelo justitiae, aut publicæ vindictæ V. D. id egit?

P. Fuit aliquis zelus justitiae, non nego tamen, quin fuerit admixtus aliquo odio, & malevolentia.

C. Accusatio „ est Delatio Rei „ de crimen ad vindictam publi- „ cam libello facta cum obligatio- „ ne probandi delictum. per quod distinguitur à denunciatione; quia denuncians non obligatur ad probandum delictum; bene verò accusator. Sex conditiones requirit accusatio: prima, ut fiat in scriptis; secunda, ut in accusatione ponatur nomen accusati, & accusa-

toris; Tertia, ut fiat specifica mentio delicti, de quo accusatur Reus. Quarta, ut declaretur locus, in quo delictum commissum est, annus, & mensis: Quinta, ut annus, & mensis, in quo fit accusatio exprimatur: Sexta, ut accusator sigillo seu subscriptione firmet suam accusationem: Excluduntur ab officio accusationis Pupilli, impudores, hostes infensi, & alij; ut vide re est in Villalobos tom. 2. tract. 1. diffic. 4. per totam.

97. Hoc supposito, dico, certum esse, & de fide, quod accusatio si debito modo fiat, nimurum cum veritate, bono zelo, absque mala intentione, non solum licita, sed etiam meritoria; ita Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 4. tract. I. doc. I. num. 4. Est tamen pariter certum, si fiat ex odio, & mala intentione peccatum esse mortiferum contra charitatem, & si falsò fiat, etiam contra justitiam cum onere restitutionis: & quiaregulariter loquendo, solet ex odio & passione fieri: idcirco multum refert, quod Confessarij, & Patres Spirituales animarum suadeant personis injuriatis, ut ab accusationibus desistant; idem faciant Procuratores, & Ministri, non præstando illicè fidem accusatori, qui irâ & indignatione scatens coram eis compareret, sed fatigant eum pacare, propositis ipsi molestis curis, peccatis, expensis, & dannis

damnis  
infamia  
nem no  
quidem  
post mu  
solum  
districtu  
pleatur  
propter  
est, int  
quam p  
inducat  
nem inj  
laſa rei  
gatur, q  
eliminat  
stri Do  
98. I  
pam P.  
tim acc  
abader  
C. D  
tantum  
sic enim  
eam acc  
stiana pa  
do.  
P. N  
offensan  
C. V  
boni p  
Majestat  
contra I  
licitis, q  
cam ter  
factore  
68. art.  
ctor An

## Cap. VIII. De Officio, & Statu Accusatoris. 287

damnis exinde secuturis, & etiam infamia incurrenda per agitationem negotij in Tribunalibus; si quidem id, quod resultat, est quod post multos rancores, & expensas solum habeatur, quod locus, & districtus summo suo dedecore repleatur ejus dictis, & factis. Quapropter Sanctum, & Christianum est, interponere in his casibus aliquam personam auctoritatis, ut inducat offendorem ad satisfactiōnēm injuriæ illatæ, per quod pars laſa reintegretur, offendor corrigitur, diffensiones sopiantur, & eliminentur, sive plures Dei nostri Domini offendæ euitabuntur.

98. P. Dico pariter meam culpam P. R. quod semel intermissem accusare personam de delicto ab eadem commisso.

C. Delictum redundabat ne tantummodo in offendam V. D. sic enim non solùm non tenebatur eam accusare, sed sancte fecit Christiana patientia injuriam remittendo.

P. Non erat delictum in meam offendam.

C. Vergebat ne in damnum boni publici? v. g. crimen laſae Majestatis, vel actio proditoria contra Rempublicam? nam in delictis, quæ sunt contra Rempublicam tenetur homo accusare malefactorem, ita D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 1. in corp. & ideo (ait Doctor Angelicus) si crimen fuerit ta-

le, quod vergat in detrimentum Republicæ, tenetur homo ad accusationem.

P. Non erat hujusmodi delictū commissum.

C. Erat ne tale, ut posset probari? securus enim non erat obligatio accusandi; ita D. Thom. *ibid.* *Dummodo sufficienter possit probari, quod pertinet ad officium accusatoris;* In delicto tamen haeresis est obligatio denunciandi eum, quem evidenter constat esse hereticum, quamvis probari non possit; & contrarium damnatur ab Alessandro VII. in Propos. 5. cuius explicatio videri potest in hoc libro, tract. 17. num. 32.

P. Poterat sufficienter probari delictum, cuius accusationem prætermisi.

C. Erat ne delictum in Damnum alicujus innocentis? quia si esset tale, nec adesset aliud medium defendendi innocentem, nisi accusando delinquentem, tunc esset obligatio hunc denunciandi: sic Trullench *tom. 2. in Decalog. lib. 8. cap. 2. dub. 2. num. 2.*

P. Neque hujusmodi delictum erat.

C. V. D. forte ex officio tenebatur ad accusationem, velut Custos &c. quia, si tales personæ ex Officio obligatae ad accusationem, securus faciant, peccant contra iustitiam; de onere autem restitutioonis locutus fui 1. part. *Frax.* *tract.*

tract. 7. super. 7. præcept. cap. 5.  
part. 9. num. 154. & seq. pag.  
271.

P. Nullum ex his officijs habui.

C. Cujusmodi ergo fuit delictum, cuius accusationem prætermisit?

P. P. R. erat Concubinatus.

C. Erat ne publicus, & scandalosus.

P. Ita P. R.

C. Erat ne edictum, aut præceptum cum censura promulgata ab aliquo Judice, aut Prælato manifestandi peccata publica?

P. Omnino P. R. Episcopus in visitatione Diœcesis, sub poena Excommunicationis majoris præcepit, ut manifestarentur peccata Scandalosa.

C. Tenebatur ergo V. D. in hoc casu manifestare hunc delinquentem Prælato, aut per modum accusationis, vel si ad hoc non inclinabat, ne obligaretur ad probandum delictum, saltem debuit hoc facere per modum denunciationis judicialis, ad hoc, ut Judex procederet ad poenam, & tanti mali remediu: Villalobos ubi supr. diffic. 2. num. 4. & num. 10, quod cum neglexerit, incidit in excommunicationem latam ab Episcopo; quia vero peccatum erat publicum, & scandalosum, non erat facienda fraterna correctio ante ejusdem denunciationem; ita D. Tho: 2.

2. quæst 33. art. 7. in corp., Sigilli dem sint publica (peccata) non est tantum adhibendum remedium ei, qui peccavit, ut melius fiat, sed etiam alijs, in quorum notitiam devenit, ut non scandalizentur; & ideo talia peccata sunt publicè arguenda, &c.

99. Concludo breviter hocce put, animadvertisendo, quod Actor assimiletur Accusatori; Actor autem dicitur ille, qui postulatione ponit in judicio; & postulatus dicitur Reus: actus verò facti ab Actor excommunicato sunt validi, nisi Reus, aut Judex exceptionem excommunicationis ei obijciat: si est vitandus, debet Judex eum recusare, licet Reus excommunicationem non obijciat: Aula Cens. part. 2. cap. 6. diff. 7. dub. Verum si prætenderet esse Actor in causa suæ excommunicationis, vel probando se non esse excommunicatum, vel absolutionem effici iei impatiendam, debet admitti in judicium: videatur Marchanus tom. 2. lib. 6. part. 4. tract. I. doc. 2. per totam.

## C A P U T IX. De Taxa stipendiiorum

pro Ministris Regni Navarra. 100. In decursu hujus Tractatus differvi aliquoties de stipendijs, quæ secundum taxam legum Recompilationis, possunt & de-

& debent  
nalium,  
ijs, quæ  
ses sancti  
hujus R  
jori dir  
excipient  
nes.

101.  
de Judic  
Ministris  
assignatu  
pere Ref  
nalium,  
rius Com  
excedatu  
plicis sol  
fit applic  
ceperunt  
ter Ca  
cianti, n  
tia pars  
5. tit. I.  
pro Not:  
tarijs, Ad  
bus. In  
12. præc  
ut obser  
excedan  
torum a  
Ministro  
lege I. eo  
ut Paro  
taxam se  
102. Pr  
in conf  
nulla ac  
tempora

& debent accipere Ministri Tribunalia; & hoc capite loquar de iis, quæ circa hoc leges Navarræ sanciunt, adhoc ut Confessarij hujus Regni ea calleant pro maiori directione, & securitate in excipiendo eorundem Confessio-nes.

101. In lege 16. lib. 2. tit. 18. de judicibus ponitur taxa facta pro Ministris Justitiæ anno 1679. & assignatur id, quod debent accipere Referentes Regiorum Tribunalia, scribæ Aulici, & Secretarius Consilij; præcipiendo, ne excedatur taxa sub poena quadruplicis solutionis, cuius medietas sit applicanda personæ, à qua acciperunt ultra permisum, & altera Cameræ, Fisco, & Denuncianti, nimirum horum cujus ies teria pars hujus medietatis: In lib. 5. tit. 1. de Obispos, habetur taxa pro Notariis Ecclesiasticis, Secretariis, Aduocatis, & Procuratoribus. In lege 15. ejusdem libri tit. 12. præcipitur Scribis Judicialibus, ut observent taxam, eamque non excedant; sub poena viginti duorum æqualiter distribuendorum Ministro, Fisco, & Denuncianti: in lege 1. eod. lib. tit. 14. præcipitur, ut Parochi, cæterique Officiales taxam servent.

102. Prædicti Ministri Justitiæ taxæ in conscientia servare tenentur nulla admissa excusatione, quod tempora sint mutata, & quod licet

antiquitùs dictæ leges justæ fuerint, modò tamen non sint; quia id neutiquam habet locum in hoc Regno, cum lex sit adeo moderna, tanquam condita anno 1679. à decem autem annis ejus conditionis tempora non sunt taliter mutata, ut propterea reputetur lex injusta, quæ tam rectè ejusmodi stipendia taxavit.

Neque sufficit dicere prædictam legem esse poenalem, ut constat ex num. 100. & à lege 16. lib. 2. tit. 18. ibid citata. quæ ad quadruplū condemnat Ministrum, excedentem taxam: probabile autem est, leges poenales non obligare in foro conscientiæ: Respondeo enim, quod licet hac lex ex ea parte qua est poenalis, possit non obligare in conscientia; obligat tamen ex ea qua taxavit, & limitavit stipendiū debitum labori Ministris; quod ita concludo: Nemo potest in conscientia accipere pretium excedens valorem rei: sed sic est, quod hæc lex moderna condita cum communi consensu tam Venerabilis Senatus, & totum Regnum judicaverit laborem Ministrorum Justitiæ, non promereri stipendum majus ab eadem taxato: ergo nullius Minister Justitiæ potest pro suo labore accipere majus stipendum à legetaxato.

103. Nec valet excusatio, quod litigantes gratvitò dent excessum stipendiij, quia falsum est dicere,

gratuitam esse hujusmodi donationem, sed bene sat coactam: primò; quia Ministri æquo plus solent petere, secundò, quia ad interrogationem partis de pretio debito pro aliqua expeditione, respondent hoc ejus arbitrio remitti; quare miser litigans, vel causa gratificandi Ministrum, vel proprii decoris, vel vitandæ opinionis de propria inopia, & miseria ultra posse offert; proindeque nec à Ministro accipiendo: Postremo; quia videt multoties magis suscipi patrocinium, majorem stipendium dantis, quam majorem rationem habentis, ac citius expediri majori liberalitate pollentem: adeoque avaritia & socordia Ministrorum eos cogente, æquo plus dant, alioquin non daturi, si semitæ justitiae seruarentur.

104. Taxa aliorum Regnorum non est mihi nota, nec antalis lex sit antiqua, & ob variationem temporum aliqua reformatio ne indigeat; idcirco Confessarius à Ministro Poenitente de hoc certior fiat, suppono enim Omnes Curiales debere habere notitiam ordinariæ taxæ, pro accipiendo justo stipendio, tam in foro interno, quam externo; & quod interrogati à Confessario, Christiana ingenuitate hoc, & alia, ad eorum salutem necessaria manifestabunt: siquidem in hoc sacro Tribunalis Confessionis non favet scientia, &

Juris peritia, sed humilitas, devotio, ingenuitas, & contritus: hic nihil profundat cavillationes legales, sed veritas, compunctione, lacryme, propositum verum generalis emanationis.

## C A P U T X.

### De Irregularitate, quam incurruunt cooperantes in causis Sanguinis Criminalibus.

Ut separatis tractarem de hac materia irregularitatis, quam ex defectu lenitatis incurruunt Ministri Justitiae, Testes, & Accusatores in causis sanguinis, in praedictis hujus Tractatus Capitulo de ea non disservi; sed ad hunc locum reservavi, ubi breviter ad ea spectantia sequentibus paragaphis discutiam.

## §. I.

### De Judicibus

105. Judex sive Ecclesiasticus, sive secularis, ferens sententiam in causa sanguinis, plectendo morte, aut mutilatione membrorum est irregularis; constat ex cap. viii Archiepiscopatum de raptoribus, cap. suscepimus, de homicidio; & cap. viii litteris de excessibus Prælatorum: cumdem irregularitatem incurrit. Adfor Judicis, ferens ejusmodi Sententiam: ita cum Soto, Villadiego,

go, &  
part. 7.  
probabilis  
Assessor  
mortis,  
curre  
tur effec  
sic Navar  
alij: Nec  
nantes  
obarum  
der à Sa  
7. §. 1.  
irregulari  
torment  
debilitati  
que ad a  
Panormi  
num. 20  
Judex, c  
mutilatio  
non fit b  
municati  
bus, qui  
dtum à S  
que ad q

L  
106 Ad  
datur m  
cuto effe  
tamen n  
fendens  
tem dan

# Cap. X. de Irregularitate, quam incurruunt &c. 291

as, devi-  
ritio: hic  
es legales,  
lacryma,  
alismen  
X.  
, quam  
in causa  
liber,  
m de hac  
atis, quam  
runt Min-  
Accusatio-  
in prae-  
Capitibus  
ad hunc  
reviter ad  
is paragra-  
us  
sticus, five  
s sententi-  
endo mo-  
mbrorum  
ex cap. 10  
oribus, cap.  
rum: cap.  
rit Attila  
inodi Sen-  
Villadie  
go,

90, & communi, Auila de cens.  
part. 7. disp. 8. sect. 2. dub. 1. valde  
probabile tamen est, Judicem, &  
Affessorem, ferentes Sententiam  
mortis, aut mutilationis, non in-  
curtere irregularitatem, nisi sequar-  
tur effectus, & executio Sententiae:  
sic Navarrus cap. 27. num. 111. &  
ali: Neque irregulares sunt, dam-  
nantes Reum ad triremes, licet  
obrariumnas brevi moriatur: Lean-  
der à Sacram. part. 5. tract. 2. disp.  
7. §. 1. quæst. 18. Non est pariter  
irregularis Judex, qui plectit Reū  
tormento aut aliâ poenâ, per quam  
debilitatur aliquod membrum us-  
que ad amissionem usus, ita cum  
Panormitanus, & alijs Navarrus ibid.  
num. 206. Est tamen irregularis  
Judex, damnans ad mortem, vel  
mutilationem, quamquam Reus  
non sit baptizatus, vel sit excom-  
municatus; & in multis alijs casis  
bus, qui possunt videri apud Lean-  
drum à Sacram. supra quæst. 3. us-  
que ad quæst. 40. inclusive.

## S. II. De Advocato.

106 Advocatus in causa criminali  
contra Reum, si hic ple-  
ctatur morte, aut mutilatione, se-  
cuto effectu, est irregularis; hanc  
tamen non incurrit Advocatus de-  
fendens causam rei, licet ad mor-  
tem damnetur, nisi forte hoc ex

sua negligentia, aut ignorantia se-  
quatur: Villalobos in sum. tom. 2.  
tract. 21. Diffic. 27. num. 6. Et li-  
cet ad tuendam innocentiam Rei;  
sequeretur per accidens, sententia  
mortis in Accusatorem, non prop-  
terea irregularis esset Advocatus,  
Reum defendens, preterquam si  
Accusator, operâ Advocati convi-  
ctus de calunnia; damnaretur ad  
mortem: Sic Palauis part. 6. tract.  
29. disp. 6. puniſt. 15. §. 3. num. 6.  
Irregularis pariter est Advocatus,  
qui injustè defendit Reum, & ob  
injustam ejus defensionem fecuta  
est mors, vel mutilatio Accusato-  
ris, tunc enim actione sua injusta  
censetur causa omnium malorum,  
inde provenientium; conseqüen-  
ter etiam censetur reus irregu-  
laritatis ex delicto, nisi hoc bona fide  
fecerit, credens accusationem  
fuisse injustam; tunc enim ratione  
bonæ fidei, sicut excusatur à deli-  
cto, ita etiam videtur excusandus  
ab irregularitate: ita Bonacina  
tom. 1. disp. 7. de irregul. quæst. 4  
punſt. 3. num. 5.

107. Quod diximus in hoc pa-  
ragrapho de Advocato, dicendū  
est pariter de Procuratore; cum  
de utrisque currat eadem paritas,  
& eadem ratio militet: ita Bona-  
cina supr. num. 7. Incidit pariter  
in irregularitatem consilium dans  
Judici ad ferendam Sententiam  
contra Reum, qui ejus consilio  
poenâ sanguinis, aut mortis plecti-  
tur;

tur: Confessarius tamen eam non incurrit, renvens absolvere Judicem, nisi ferat Sententiam mortis, supposita obligatione eam ferendi; nec quando Reus obligatur ad fatendum delictum, jure naturali revelandum, licet morte dignum sit: videatur Palaus loc. cit. n. 7. 8. & 9.

### §. III. De Accusatore, & De- nunciante.

108. **A**ccusator, aut Denuncians Reum, si ex hinc contra hunc feratur Sententia Sanguinis (nimirum mortis, aut mutilationis alicujus membra) in irregularitatem incidit: *ex cap. Clericis, ne Clerici vel Monachi, & cap. Sententiam, eod. tit.* sin vero ex accusatione, aut denunciatione non sequatur mors, sed ex alia causa v. g. si de aliqua levi culpa accusavit Reum, Judex autem Justitiae terminos pratergrediens, damnet eundem ad mortem, aut mutilationem, non propterea accusator, aut denuncians est irregularis; neque si postquam accusavit Reum de criminе non tam gravi poenam Digno, superveniat alterum, ob quod morte, aut mutilatione plectatur, quia id accusatori imputari non posset, ita Layman tom. I. lib. 3. part. 3. tract. 3. cap. 7. sub num. 6. §. Aliter vero:

Minus incurrit in irregularitatem Accusator, aut Denuncians, qui protestatur expresse, se non intendere poenam sanguinis contra accusatum, quamvis alias de jure poena sanguinis in tali casu sit irroganda: constat *ex cap. Pralatis, de homicidio in 6. ubi habetur: „ Pro-„ testando expresse, quod vindi-„ etam, seu poenam sanguinis non „ intendunt, imputari non deber-„ quamvis alias in tali casu de jure „ debeat poena sanguinis irrogari: „ si Judex mortem illis inferat ju-„ stitia exigente: & addit ibi Glor-„ ia, id neque imputandum accusa-„ tori, aut denuncianti, si Judex propriâ scévitâ, ignorantia, vel ob aliam accidentariam causam mo-“ veretur ad mortem, vel mutilatio-“ nis Sententiam Reo inferendam: Porro non requiritur, ut hec pro-“ testatio fiat simul cum accusatione, sed sufficit, ut fiat, antequam Ju-“ dex Sententiam ferat; & etiam est probabile, non incurrire in ir-“ regularitatem, licet internè habeat animum, quod Reus plectatur poenam sanguinis, si externe prote-“ statur suam intentionem ab hoc esse alienam: ita cum alijs Anula part. 7. docum. 5. sec. 2. sub. 9. Notandum tamen, quod ad hoc ut accusator præmissa protestatione excusatetur ab irregularitate in-“ currenda, debeat esse negotium in propria causa, in qua prætendat satisfactionem ob læsionem factam in pro-*

in prop-  
bonis;  
ob læsi-  
ipſi con-  
pinqui,  
pertine-  
Parente  
Hurtad  
trat. 2.

109. JR

Reum in  
ex ipsius  
mors, a  
si depon-  
vis per a  
culatori-  
cato; ne  
tra Reum  
promere  
etiamli J  
tia, aut  
poenam m  
trag. 21

babile ei  
non incu-  
Judicis c  
vi coact  
causa Sa  
tia capit;  
ita Coni  
96. Et q  
ramenta

in propria persona, aut in proprijs bonis; idem est, quando accusat ob læsionem factam eis, qui sunt ipsi commissi, aut ei suat ita propinquui, ut eorum injuria ad ipsum pertinere censeatur, quales sunt Parentes, Filii, Fratres &c. ita cum Hurtado, & alijs Diana part. 4. tract. 2. de irregul. resol. 33.

3. quæst. 70. cum alijs putet, quod testes (idem esto judicium de Advocato) testificans in causa sanguinis excusetur ab irregularitate, si præmittat protestationem eo modo, quo facit accusator, ego vero non censeo hoc verum; sed bene oppositum, quod est commune inter Doctores; quia textus cap. *Prælati supra citatus*, ideo excusat accusatorem, ut habeat justam defensionem suæ causæ: Petunt (ait Textus) emendam sibi fieri, & provideri, sed sic est, quod testis non possit testificari in propria causa, ob quod lex præmissa protestatione excusat ab irregularitate: ergo non excusabitur testis testificans in causa sanguinis ab irregularitate, etiam præmissa protestatione, ab eadem excusante Accusatorem.

## §. IV. *De Testibus.*

109. IRegularis est Testis, qui teftimonium fert contra Reum in causa criminali, quando ex ipsis testificatione sequitur mors, aut mutilatio; secus autem si deponat in favorem Rei, quamvis per accidens sequatur mors accusatoris, ut dictum est de Advocato; neque quando testatur contra Reum in delicto, quod non promeretur poenam sanguinis; etiamque Judex ex malitia, ignorantia, aut alia causa plecteret Reum poenam mortis: Villalobos tom. 1. tract. 21. diffic. 27. num. 2. Probabile est pariter, irregularitatem non incurrere testem ex præcepto Judicis obligatum, aut metu gravi coactum ad testificandum in causa Sanguinis, quamvis Sententia capitalis contra Reum sequatur: ita Coninch *de irregul. dub.* 10. n. 96. Et quamquam Leander à Sacramento part. 5. tract. 2. diff. 7. §.

## §. V. *De alijs Ministris concur- rentibus ad ferendam, & exequen- dam Sententiam san- guinæ.*

110. IN irregularitatem incurruunt Notarij, Secretarij, aut Scribæ, qui depositionem testimoniū contra Reum ad mortem, aut mutilationem damnatum scribunt; sic pariter ij, qui dictant Sententiam sanguinis, aut hanc scriptam à Substituto conficiunt, & firman: si vero horum scriptura non esset authentica, sed velut pri-

vatae personæ , probabile est , eos non incidere in irregularitatem ; sicut neque Scriba Notarij dictam Sententiam transcribens . Leander à Sacram. *supr. §. 4. quæst.* 86. & 87.

**111.** Irregulares pariter manent  
**1.** Lictores , & alij Ministri comitan-  
 tes Reum ad supplicium ne aufu-  
 giat : **2.** Custos carceris portam  
 Reo aperiens : **3.** Carnifex cruci-  
 ans delinquentem , eum suspen-  
 dens , vel ejus caput absindens :  
**4.** Præco , qui per vias , & plateas  
 publicat causam condemnati : **5.**  
 Accelerantes mortem Rei : v. g. is ,  
 qui dicit Reo , ut supponat caput ad  
 excipendum iustum , & ideo citius  
 supponat ; velut ascendat scalam ,  
 item si quis dicat carnifici , ut se-  
 curim acuat , quo citius is , qui morte  
 plectitur , extinguatur , ij tamen  
 qui comitantur Reum , si inadver-  
 tenter dicerent pro ejusdem con-  
 solatione , ut exultanter pergeret ,  
 aut jumentum , super quod sedet ,  
 casu instigent , non intendentes ,  
 nec cooperantes ad acceleratio-  
 nem mortis , non essent irregula-  
 res . Neque is , qui causa honoris ,  
 vel ad majorem infamiam evitan-  
 dam , vel ad leniendum dolorem  
 consanguineorum , aut Rei vere-  
 cundiam , obtinet à Principe , vel  
 Judice , ne Reus ducatur per tales  
 viam , vel domum , quamvis forte  
 ob id mors citius inferatur , nam  
 mors censetur solum *per accidens*

accelerari ex bono opere , ex quo  
 non intenditur mors , sed evitatio  
 infamiae , vel doloris : Neque et  
 irregularis Confessarius , qui Reum  
 bene dispositum cernens ; dicit car-  
 nifici : nemo te impedit , quin tuo  
 fungaris munere , quia ego functus  
 sum meo in confessione , & exhorta-  
 tione : vide Villalobos *supr. n.*  
**10.** & sequent . Præterea non incur-  
 rit irregularitatem is , qui in gene-  
 re docet carnificem modum con-  
 struendi nodum , præparanditrum-  
 cum eo tempore , quo nullus par-  
 ticularis Reus est plectendus . Item  
 non sunt irregulares , vendentes  
 generē ligna , funes , & alia instru-  
 menta , adhiberi Solita , ad punie-  
 dos malefactores ; erit tamen irre-  
 gularis , fabricans patibulum , cor-  
 dam , laqueum , aut ensem deter-  
 minatè pro aliquo particulari Reo  
 plectendo : Videatur Leander à Sa-  
 cram . ubi *supra quæst.* 94. & 95. &  
 generaliter omnia , quæ pertinent  
 ad irregularitatem incurrendam ,  
*ex defectu lenitatis* , videri possunt in  
 hoc Authore , qui ex proposito ea  
 recenset . loc. cit. *disp. 7. per totam*

## C A P U T XI.

### *Exhortatio à Confessario facienda Ministris Justitiae.*

**112.** Obligatio V.D. humeris im-  
 posita , nonnisi summa , as-  
 strictissima est . Justus *Judex Dei*  
*Tribunalia in terra erexit* , ob *justi-*  
*cies*

tæ ec-  
 defensi-  
 veritat-  
 rum re-  
 Filioru-  
 cia , reb-  
 scandal-  
 stando  
 stum , a-  
 zaniam  
 plantas

Et si i-  
 lidandan-  
 tam ,  
 augenda  
 contra  
 injustas  
 causant-  
 tam pe-  
 lum , me-  
 quuntur  
 loribus p-  
 nis , & v-  
 contegu-  
 turbatio-  
 modi no-  
 gent ? q-  
 quam ele-  
 deravit S-  
 Epis. 2. a-  
 chus ) for-  
 lue aciem  
 quæ deteg-  
 debitur in  
 quo solu-  
 deat , ast-  
 attente ,  
 virtutes  
 flanda vi-

tie conservationem, innocentiae defensionem, vitiorum frænum, veritatis declarationem, peccatorum remedium, quibus effrænis Filiorum perditorum sæculi audacia, rebellem se Creatori ostendit, scandalizando Mundum, molestando Bonum, perturbando Justum, ac infernalem discordia Zi-zaniam inter virentes pacificorum plantas seminando.

Et si illi, qui ex officio ad consolandum pacem, servandam æquitatem, relegandum vitium, ad augendam virtutem obligantur; econtra fovendo lites, & tuendo injustas dissensiones, & rancores caulant, justitiam eliminant, veritatem pervertunt, falsitatem, dolum, mendacium, & fraudem sequuntur, injustitiam æQUITATIS consoribus pingunt, iniquitatem rationis, & veritatis pallio vestiunt, & contegunt; quæ strages! quæ perturbationes? quæ mala ex hujusmodi noxijs excessibus non insurgent? quam egregiè ea intellexit, quam eleganter, & veridicè ea ponderavit Sanctus Cyprianus lib. 2. Epist. 2. ad Dorat. Forum (ait Sanctus) fortasse videatur immune: ille aciem tuam flecte, & plura illic, qua detuleris, invenies. Tribunal videbitur immunitatis Sacrarium, in quo solummodo Sanctitas resplendet, ast si in illud mentis oculos attente, & diligenter flectas, non virtutes amandas, sed virtus detesta videbis, & compieries.

Prosequitur Sanctus: „ Inter Leges ipsas delinquitur, inter iuria peccatur; innocentia, nec illicita, ubi defenditur, reservatur. Sævit invicem discordantium rabiies, & inter togas, pace rupta, forum litibus mugit inlanum! Quæ major miseria, quam quod leges, quæ murus, & antemurale pro tuenda virtute esse deberent, cum peccato scetus ineant! Quod Jus alioquin rectitudinis Ministrorum regula, obliquis, & irrectis suis negotiationibus interturbatum appareat? & quod innocentia fulcimento careat, cuius patrocinio nititi valeat? homines furore amantes litigant, & pacis inter Ministros rupto vinculo, odiorum, & passionum igne Tribunalia ardent? Addit Sanctus Cyprianus: „ Quis inter haec verò subveniat? Patronus? sed prævaricatur, & decipit. Judex? sed sententiam vendit. Qui sedet crimen vindicaturus, admittit, & ut Reus innocens pereat, fit nocens Judex. Flagrant ubique delicta, & passim multiformi genere peccandi per improbas mentes nocens virus operatur: Et quis tot malis obviam ibit? Fortè Advocatus, qui patrocinatur? sed ipsem prævaricatur, & ad diciendum leges adulterat! Foritan Judex, sed quomodo id faciet, si justitiam vendit! neque poterit tot malis mederi, qui assidens Tribunal ad conservandam justi-

justitiam, in foveam impietatis, & injustitiae præceps ruit. Inter rogos vitiorum ardentes tota terra flagrat; bitumen pestiferum per virulentos noxiarum affectionum canales effunditur; & in Ministris saluberrima zeli aqua pro tanto igne temperando, virtutisque opportuna theriaca præq; tanta contagie sananda, penitus deest: „ In-  
 „ micus insimulat, (concludit D.  
 „ Cyprianus) calumniator impu-  
 „ gnat, testis infamat, utrobique  
 „ grassatur, In mendacium crimi-  
 „ num prostituta vocis venalis au-  
 „ dacia; cum interim nocentes,  
 „ nec cum innocentibus pereunt:  
 Hostis infestus simulatione, & rabie  
 affluens accusat, adversarius calu-  
 mnia, & fraude contextus impug-  
 nat, testis absque D E I, Sanctissi-  
 mi Nominis reverentia testimoniū  
 ferens, infamias, & falsitates depo-  
 nit: circumquaque, & undequa-  
 que mendacium, & impietas spar-  
 guntur, audacia elatis, & perversis  
 vocibus intumescit; fontes mul-  
 toties absolvuntur, & infantes  
 plectuntur.

113. Idecirco V.D. munera à li-  
 tigantibus accipere renuat: mer-  
 cede à lege, & ratione taxata sit  
 contenta: quia Minister muneri-  
 bus addictus de sua salute summo-  
 pere periclitatur. *Nec accipias mu-  
 nera* (dicit D E U S, Exodi 23.8.)  
*Quæ etiam excæcant prudentes, &*  
*subvertunt verba Justorum.* Si pru-

dentes, & justi muneribus pver-  
 tuntur, idem timeat V. D. ijsdem  
 etiam qualitatibus prædicta. Der-  
 teram ad munera extendere, idem  
 est, ac eandem ad iniquitatem pro-  
 nam habere, juxta proloquium  
 David Psalm. 25. v. 10. *In quoran  
 manibus iniquitates sunt, dexteru-  
 rum repleta est muneribus.* Laquei  
 non magis volucrem perstringit,  
 quam beneficium, & donum reci-  
 pientem illaqueat: *Ut aves lagae,  
 si homines auro capiuntur ait S. Gre-  
 gorius Nazianzenus in sententia. Ma-  
 gnus ille Orator Demosthenes dum  
 Athenis contra Milesios perorare  
 cogitabat, ab his per Nuntium  
 quantitas non mediocris auri ei-  
 dem missa fuit, ob cujus fulgorem  
 coœcutiens, contra eosdem perorare  
 destitit, ab improviso fauci  
 morbo cruciari insimulans; quod  
 concordat cum dicto S. Petri Da-  
 miani lib. 2. Epist. Acceptu muner-  
 bus, si contra datorem aliquid agn-  
 volumus, mox in ore nostro verba  
 mollescunt, locutionis acumen obtu-  
 ditur, lingua quadam pudoris erub-  
 escentia præpeditur: intellectus mu-  
 neribus excæcatur; voluntas ijde  
 corrumpitur, lingua contra re-  
 munera to loqui tepesteit; a  
 proinde nec Judex suam integritatem  
 tueri; nec Advocatus iusti  
 trutinare; nec Procurator injulta-  
 tie resistere; nec Secretarius Se-  
 vare leges; nec testis verum tel-  
 monium ferre; nec Accusator de-  
 lictum  
 114. Per qua-  
 getur.  
 D. assid-  
 gis seve  
 parere i-  
 pendat,  
 in qua c-  
 & mortu-  
 do judic-  
 tas, & ju-  
 dicabit or-  
 populos i-  
 lbi non p-  
 hilo eru-  
 na præs-  
 faltates  
 non pote-  
 justissimi-  
 cordis ab-  
 tandam  
 fas erit.  
 mana Tr-  
 tierunt,  
 justitiae,  
 cessiones  
 inßectend-  
 inclinand-  
 stabilitur;  
 munerum  
 etuum po-*

115. M-  
 Judicium  
 men; uti-  
 tus Aliaci

litterum manifestare poterunt, si  
cupiditate dueti ad praedicta reci-  
pienda propensi sint.

114. Recogitetur illa Dei verba;  
*Per quia peccat quis, per hæc & tor-  
quetur. Sap. cap. 11. quapropter V.  
D. assidens Tribunalis, ad aliud ma-  
gis severum, & incorruptum com-  
parere se præparet; maturè per-  
pendat, se perventurum ad horam,  
in qua coram Supremo vivorum,  
& mortuorum Judice pro subeun-  
do judicio sistet: Ibi veritas, æqui-  
tas, & justitia adinveniuntur: Ju-  
dicabit orbem terræ in aequitate, &  
populos in veritate sua; psalm. 95.*  
Ibi non proderunt fraudes, pro ni-  
hilo erunt ingeniosi discursus à va-  
na præsumptione excogitati: ibi  
falsitates, crimina, excessus celari  
non poterunt, nec causam coram  
justissimo, ac potentissimo Judice,  
cordis abscondita penetrante, agi-  
tandam cauillationibus invertere  
fas erit. Ibi injustitiae, quæ hu-  
mana Tribunalia impunè præte-  
tierunt, patebunt, ac passionem  
justitiae, cupiditatē veritati, inter-  
cessiones ad Ministri constantiam  
inflectendam, & virgam æquitatis  
inclinandam prævaluisse manife-  
stabitur; Justitiae interim trutina  
munerum, & humanorum respe-  
ctuum pondere dejecta.

115. Magnum verè inter DEI  
Judicium, & humanum erit discri-  
men; uti advertit Cardinalis Pet-  
rus Aliacus in meditationibus su-

per *psalm. 42. Judica me DEUS*  
&c. dicens: „Nam propter tria,  
„quæ his notantur verbis huma-  
„num habeo suspectum judicium,  
„ideoque ad divinum recurrere  
„cumpulsus sum. Propter testimoniū  
„falsitatem, quia sæpè gens non  
„sancta testis est, propter Judicium  
„iniquitatem, quia sæpè homo ini-  
„quus Judex est; propter Advo-  
„catorum, & Procuratorum do-  
„lositatem, quia sæpè homo dolo-  
„sus Advocatus, vel Procurator  
„est. Econtra verò in Divino Ju-  
„dicio testis erit tua infallibilis ve-  
„ritas, Judex erit tua inobliquabilis  
„æquitas. Advocatus, & Pro-  
„curator erit tua imperturbabilis  
„pietas, misericordia, bonitas,  
„clementia, atque benignitas. Si  
in humano judicio testes falsum  
testimonium ferentes nocere pos-  
sunt, non sic in Divino, in quo te-  
stes veritate infallibili fulcentur,  
siquidem idem testis erit, & Ju-  
dex. *Ego sum testis, & Judex. Hier-  
rem. 29. u. 241.* si in terra Judex  
perversus iniquam Sententiam fer-  
re præsumit; supremus verò non  
nisi justissimam operum merito re-  
spondentem feret. Nec justo in-  
justitia per diminutionem præmij  
ipsi debiti, nec scelesto injuria per  
æternam damnationem ipsi infli-  
ctam fieri poterit. Si in Mondo  
Advocatus, & Procurator dolo, &  
astutia manifestæ injustitiae, velut  
evidenti justitiae patrocinantur: in  
P p cælesti

298 *Tract. XVI. de alijs statibus particularibus.*

caelesti Tribunalis nullius causæ , nisi justæ , & legitimæ defensio , & patrocinium suscipietur. Pietas , Bonitas , Clementia , & Benignitas Domini pro ratione meritorum , & demeritorum omnibus patrocinabitur. Demum Accusator hic in suo munere delinquere potest ; sed illic ipsam conscientia hominem de patratis criminibus accusabit : *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum , & inter se invicem cogitationibus accusantibus ad Rom. 2.*

u. 16. conscientia inquam perversum Ministrum de inquis tergiversationibus , de irrecto fine , ac pessimis in conclusione causarum medijs adhibitis redarguet : omissionem , & negligentiam , in differendo expeditionem misericitigan-  
tis , cum ejusdem gravamine , ac permultiis damnis , tam spiritualibus , quam temporalibus obijciet , & increpabit .

116. Postremò V. D. memin-  
rit se fungi munere valde pericu-  
loso ; & quam plurimis æternæ Sal-  
utis naufragijs obnoxio : dumque  
id desereret non suadeo , mea in-  
terest hortari , ut cum cautela ,  
vigilantia , attentione illud exerceat ; in omnibus suis operibus  
arctissimam rationem D. E. O. red-  
dendam , ante oculos habere fatigat , ad hanc suas causas dirigen-  
do , ac taliter se gerendo , ut ante  
Divinum Judicem comparere non  
erubescat , qui si sue justitiae gla-

dio terræ injustitiam vindicavit , &  
rectitudine , ac zelo Christiano  
non aberrantes , æterno puto  
in cælis remunerabitur.

## TRACTATUS XVI.

De alijs statibus , & Of-  
ficijs particularibus.

### C A P U T I. De Officio , & statu Mi- litum.

Ars militaris , ejusque exerci-  
tium , est inter magishono-  
rifica , & utilia munera , qui  
in temporalibus habeant Reipubli-  
cae : quia verò quamplures mil-  
ites nimiam libertatem sibi ar-  
gantes , non paucas committunt  
injusticias , peculiares obligationes  
hic ponam pro direktione confella-  
rij , militū confessiones excipientis .

1. P. P. R. confiteor , me se-  
mel dubitasse , num justum fuerit  
bellum excitatum à Rege , sub con-  
jus vexillis militabam .

C. Erat neipse Vassallus , & sub-  
ditus Regis pro quo militabat ,  
quia Vassallus potest bellare pro  
suo Rege , modo ei non confiteat  
bellum esse injustum , licet specie-  
lativè dubitet de ejus justitia ; &  
quidam

quidem  
conscientia  
Regem  
sultus T  
ita cum  
de Vale  
qua. 10  
gt. P. P.  
quaquan  
labam.  
C. Fu  
ductus à  
extraneu  
bellare ,  
de justiti  
Villalob  
nari. 2.

P. P.  
miles vo

C. Pu  
lum esse  
luntarius  
rendo ju  
bile de ju  
rendum  
æstimation  
homines

ligerandu  
ital Vale  
medio : &  
ctus , & s  
se absque  
ita Villa  
fine .

P. Eg  
probabil  
meo dub

quidem practicè potest deponere conscientiam dubiam, judicando, Regem bellum non cessisse inconsultus Theologis, & Doctoribus, ita cum Victoria, & alijs Gregorius de Valentia *tom. 3. in 2. diff. 3. quæst. 16. punct. 2. §. Sexto certum est.*

P. P. R. fui extraneus, & nequaquam Vassallus Regis, cui belabam.

C. Fuit ne anno stipendio conductus à Rege? quia etiani miles extraneus si sit conductus, potest bellare, licet speculativè dubitet de justitia belli; ita cum Caetano Villalobos *part. 1. tract. 1. diffic. 18. num. 2.*

P. P. R. nec fui conductus, sed miles voluntarius.

C. Putavit ne probabiliter bellum esse justum? etenim miles voluntarius potest bene pugnare, ferendo judicium practicum probabile de justitia Regis; ad quod ferendum sufficit, quod Rex sit in estimatione justi, & prudentis apud homines, nec præceps sit ad beligerandum absque justa causa; ita Valentia *ibid. §. si autem, in medio:* & etiam sat esset, si vir doctus, & sapiens diceret militi, posse absque scrupulo eum pugnare. Ita Villalobos *supra. num. 4. in fine.*

P. Ego P. R. non tuli judicium probabile de justitia belli, sed cum meo dubio remansi.

C. Habuit ne animum pugnandi, sive justum, sive injustum esset bellum? nam apud omnes inconfessò est milites paratos sequi, quemcumque ad bellum vocantē, sive justum sit, sive injustum, dummodo stipendium præbeat, in malo statu versari, ut nisi propositum corrigant, à Confessario absolvi non possint.

P. P. R. si bellum fuisset injustū, nullo modo ad bellandum processissem.

C. Miles extraneus, qui sponte & voluntariè bellat cum dubio de justitia belli, juxta Petrum de Navarra *tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 260. §. Tertiò mihi non peccat,* nec ad restitutionem tenetur; quod cum Suarez probabile censet Diana *part. 3. tract. 5. resol. 96.* sed stando in hac opinione miles debet deponere suum dubium per aliquid dictamen practicum; cum certum sit peccatum esse operari cum conscientia practicè dubia: Contrarium nimirum, graviter peccare militem extraneum, & voluntarium cum dubio de justitia belli pugnantem, est verius, & communius, ita Valentia *supra!* idem cum Molina, Sylvester, Gabriele, & alijs tenet Villalobos *eod. num. 4.* quia cum non sit Vassallus, nec Subditus, nec mercede conductus, non est, cur necessitatetur ad pugnandum: ergo si cum hoc dubio de justitia belli pugnat,

graviter peccat ; quia ut inquit illa regula Legalis , non est sine culpa , qui ei , quæ ad eum non pertinet , se immisceret , de regul. iur. in 6. regul. 19.

2. P. P. R. confiteor , quod postquam annumeratus fui , aliquamdiu inter milites mei Regis , postmodum eum dereliquerim , & desertaverim.

C. Fuit ne traditum ipsi justum stipendium , secus enim miles non tenetur militare , & potest fugam capere , sicut quivis alius famulus , cui Dominus salaryum non præbet.

P. P. R. stipendia à Rege exacte habemus.

C. Necessaria ne fuit ejus persona pro bello ? quia si satis liquet , suam absentiam non fore noxiā , nec peccasset per fugam ; ita Villalobos in sum. tom. 2. tract. 4. diff. 11. num. 4. Advertendum tamen , ut dixi , debere euidenter constare , quod miles nullum damnum inferat ; quia si hoc militum arbitrio , & opinioni relinquatur , propria utilitate ducti , semper dicent , se non esse necessarios , adeoque hodie unus , cras alter , postcras alter aufugiet , & sic plures , cum boni publici detrimento .

P. Non est dubium , quin mea persona fuerit necessaria , sicut & aliorum ad bellum .

C. Discessit ne à Castris , seu exercitu ex justa causa , v. g. ob-

senectutem , infirmitatem , aut quid simile , obtenta prius Duci licentia ?

P. Non discessi ob hujusmodi causas , nec dicto modo , sed fuitiuè .

C. Miles justo stipendio conductus , castra deferendo , graviter peccat , cum onere restituendi acceptum stipendium ; ita cum communī affirmat Marchadus tom. 2. lib. 6. part. 5. tract. 1. doc. 6. num. 2. & ratio est , quia Rex multis sumptus facit in milite , sustentando , & asportando absque ulla utilitate eo fine , ut fideliter inserviat , & pugnet : ergo si id non adimpleret , sed fugit , graviter peccat cum onere restitutionis .

3. P. Confiteor etiam P. R. quod stationem à Duce mihi demandatam non servaverim , ob manifestum meæ vitæ periculum , ac in securiori loco me collocaverim .

C. Erat ne aliqua spes Victorie in eo bello ?

P. Non erat res desperata . C. Secutum ne fuit Damnum , aut victoria fuit deperdita ex eo , quod eandem stationem non servaverit ?

P. Non P. R. quia illico alter fortior , & animosior me , statione occupavit .

C. Miles tenetur servare stationem à Duce sibi concreditam , et adsit euidentis mortis periculum :

ita Ca  
Charit.  
et co  
omnia  
reparar  
peresse  
1. tract.  
quanda  
Duce m  
ut obte  
riculo i  
preferre  
cat ver  
si se tem  
ficate p  
at quan  
proprio  
fructum  
rum ; la  
titudinis  
sicuti fe  
Palau

4. P.  
hyemal  
schedul  
duos h  
unum d  
& ab al  
spud eu

C. C  
re resti  
hospi  
cum eo  
hospiita  
dem m  
conced  
Villalob  
dullus :

ita Caspensis tom. 2. tract. 17. de Charit. diss. 7. sect. 1. num. 21. & est communis ; alias obligatur omnia damna inde provenientia reparare ; praterquam si nulla superesset spes resistendi : Palaus tom. 1. tract. 6. diss. 5. punct. num. 4. quandoquidem tali pacto à belli Duce miles conductus censemur , ut obtemperet , & se exponat periculo in defensione boni publici preferendi bono particulari . Pec-  
cat verò miles contra fortitudinem , si se temerè , & absque ulla neces-  
sitate periculo vitæ exponeret ; at quando est probabilis spes cum proprio , vel aliquorum damno , fructum copiosum esse consecutu-  
rum ; laudabile erit , & actus for-  
titudinis , se mortis periculo tradi , sicuti fecerunt viri fortissimi , ita Palaus ibidem .

4. P. P. R. Confiteor , me pro hyemali hospitio percepisse duas schedulas , ad id obtinendum apud duos hospites , ego verò apud unum dumtaxat hospitatus sum , & ab altero accepi pecuniam , ne apud eum hospitarer .

C. Graviter peccavit cum one-  
re restituendi pecuniam secundo hospiti : peccaret quoque graviter cum eodem onere , præscribens hospitia , si advertenter uni , & ei-  
dem militi Chirographa diversa concederet : Caspensis ubi supra Villalobos loc. cit. num. 8. cum nullus adsit titulus , ob quem miles

recipiat dictam pecuniam , aut duo hospitia ei assignentur , quando unum sufficit .

5. P. sic pariter confiteor P. R. quod non fuerim contentus ali-  
mentis mihi præstitis in hospitijs , idcirco ab hospitibus aliquid plus extorsi .

C. Nunquid non subministra-  
runt hospites necessaria juxta eo-  
rum posse .

P. Ita P. R.

C. Insolitis , ac indebitis extor-  
sionibus , & axactionibus solent milites gravare eos , apud quos hospitantur , subripentes , aut ab invitis extorquentes , præter ea , quæ ex constitutione Principis de-  
bent ijs subministrari , quæ servitia vocare solent ; ut sunt lumen , ignis , lectus , paleæ , per quod non tantum graviter peccant , verùme-  
tiā ad restitutionem tenentur : Marchadus ubi supra num. 3. Pa-  
laus , & Caspensis loc. cit. Villalo-  
bos supra num. 9. Diana part. 6  
tract. 4. resol. 26. Nec excusantur , si hospites petentibus , aut quandoque etiam ultrò ijs offerant pecuniam , aut similia , quia dona-  
tiones illæ communiter non sunt spontaneæ , sed coactæ metu majo-  
ris mali , atque ita peccant acci-  
pientes , nisi constet eas omnino liberè fieri .

6. P. Confiteor etiam P. R. me in transitu per villas , & agros aliqua rusticis subripuisse .

P p 3

C. Fuit.

C. Fuit nein extrema necessitate constitutus? tunc enim licet possunt necessaria accipi, in gravi tamen hoc non licet, cum sit damnum, velut scandalosum ab Innocentio XI. in Propositione 36.

P. Non fui in extrema necessitate.

C. induxit ne aliquem ex suis comilitonibus ad furandum in his occasionibus?

P. P. R. absque ulla inductione omnes indifferenter subripiebant.

C. Quamplures injusticias solent committere milites, transeuntes per oppida, & villas, atque adeo graviter peccant, cum onere restituendi omnia absque causa, & LEI timore subrepta: Caspensis *supra*, & est communis: Verum quidem est, non obligari ad compensanda omnia gravamina quemvis militem, quando ad ea alios non induxit; sed solummodo partem suo furto respondentem. Ast Duces, & Præsides militiae, qui ex officio tenentur avertere ab hujusmodi damnis milites, ad omnium, quæ ex eorum consilio, aut culpabili omissione perpetrata sunt, restitutione obligantur. ita cum Navarro, & Lessio Caspensis *tom. 2. tract. 18. de restit. disp. 1. sect. 9. §. 3. n. 114.*

P. P. R. Non est possibilis mihi haec restitutio, quia ex personis damnificatis alias non nosco, vel ea, quas nosco, valde distant.

C. In hoc casu pauperibus faci-

enda est restitutio, vel per Missas aut Bullas compositionis, ut docui*1 part. Præcis tract. 7. cap. 2. num. 20. pag. 211.* quia ad impossibile nemo tenetur: ergo cum sit impossibile compensare gravamina iisdem personis gravatis, per elemosynam, aut Bullas compositionis satisfacere sat erit.

### *Advertentia.*

**G**ravissimi solent esse insultus, quos milites præcipue novi committunt, putantes, quod aggregatio ad militiam sit ad vitam licentiam liber aditus. Furta, injustitia, damna ab ijs causata, sunt permulta: turpitudines, & sensualitates apud hos sunt vulgares; pia aures abhorrent à blasphemis, juramentis, & execrationibus, à pestiferis eorum faucibus prolatis; ter venerando DEI nostri nomine infideliter contempto: Duella pariter inter eos sunt frequentia; multo omittunt sacram, quamvis sint in locis, ubi possent id audire. In vigilijs, & jejunij scepè vescuntur carnis, aliquique cibis vetitis. In frequentandis Sacramentis negligenter contemperantur: quinimò multi nec in Paschate annum Confessionem, & Communionem instituant: in ludo die nocturnaque consummunt ordinarium stipendium, & cum non persolvitur, furantur ad ludendum; ex hinc postea innumeræ iræ, perturbationes, rixæ, duel-

Miffas  
docui  
nun  
ossibile  
fit in  
vamina  
er elec  
positio  
alitus  
comit  
regatio  
centio  
ustitia  
ermul  
alitaces  
e aures  
ramen  
estiferis  
ter ve  
infide  
pariter  
multo  
iamvis  
audire.  
escun  
veritis  
atis ne  
ulti nec  
ssione  
nt: in  
mnum  
cum  
ad lu  
nume  
duel  
lt;

la, blasphemie, & maledictiones resultant: Murmuratio in ipsis est panis quotidianus. Totum hoc docuit me experientia; proindeque PP. Confessarios instructos volo, ad hoc, ut dum exaudiunt milites, sciant relata vitia esse ijs communiora, atque adeo examinanda, & curanda pro ratione morbi; obiciendo ijsdem evidens periculum salutis æternæ, nisi resipiscant, & convertantur; nec in Castris, & confictibus quidquam boni sperandum, dum perpetuum inimicum ob tot abominationes, & impietas Omnipotentem DEUM exercituum habent.

## C A P U T   II.

### De Belli Ducibus, & Capitaneis.

P. P.R. me accuso, quod etiam si in Centuria ultra octoginta milites non habuerim, stipendium tamen pro centum solvendis acceperim, retento alio.

C. Fuit ne hoc tempore belli? quia hoc tempore graviter peccant Duces, & Capitanei, qui cum in suis Centurijs tot milites conscriptos habere debeant, pauciores tamen retinent, ut stipendium aliorum sibi attribuant, & ad suos usus convertant.

P. Non P. R. fuit tempore pacis. C. Notum ne fuit Principi, quod V.D. defuerint tot milites? etc.

nim si cum hac notitia stipendum pro centum persolvendis præbuisset, videtur consensisse in retentio nem stipendijs, respondentis immuniti oni militum.

P. P.R. Existimo, quod Rex solutiones mittat juxta numerum militum, & si putaret octoginta dumtaxat esse milites, pro centum persolvendis absolute non mit teret.

C. Quamvis Duvallius apud Dianam part. 6. tract. 4. resol. 27. §. Sed non, sentiat, quod Dux, vel Capitaneus tempore pacis pauciores habens milites, quam Rex edixerit, possit percipere stipendum excedens numerum militum, & sibi retinere correspondens immuniti oni eorumdem; quia inquit Rex in istud tacite consentit, videt quippe hoc, cum ordinarium sit, tacet; ideoque annuit. Diana tam en hoc non approbat, sed bene contrarium, dicens, Capitaneum graviter in hoc peccare cum onere restitutionis stipendorum, quæ in proprios, & privatos usus propter parvum illum numerum militum convertit: ita pariter docet Petrus de Navarra, Rodriguez, Molina, & alij, Bonacina tom. 2. disp. 2. de restit. q. ult. punct. ult. §. 3. num. 27. siquidem nullus est titulus, ob quem Capitaneus possit sibi retinere hunc excessum stipendijs: nec Rex scit, eum pauciores habere milites, quam ab ipso constitutum fue rit.

rit. Si autem Capitaneus non haberet à Rege sibi debitas solutiones, tunc posset in harum compensationem sibi retinere stipendia militum in sua Centuria deficientium.

8. P. Me accuso pariter P. R. me sollicitè non præparasse ea, quæ ad bellum necessaria sunt ex voluntate Principis, & debito mei officij.

C. Neglexit ne V. D. providere alimentum necessarium militibus? peccat enim graviter Dux, aut Minister Principis, cui incumbit necessaria ad bellum parare, nisi suo tempore id adimpleat.

P. P. R. non defuerunt alimēta, sed non fuerunt adeo bona.

C. Erant ne corrupta taliter, ut milites inde infirmarentur?

P. P. R. Hujusmodi fuerunt aliqua etiam alimenta.

C. Graviter peccant Duces, & Ministri Principis, si ob negligētiā, necessaria ad bellum parantes, parent cibum, & potum, & cætera hujusmodi corrupta, ex quibus infirmitas, aut mors militibus provenit, aliæquæ ærumnæ sequuntur; atque adeo tenentur ad compensationem damnorum, tum quæ inde passus est Princeps, tum quæ passi sunt privati in vita, vel in bonis: sic Bonacina *ubi supra*, §. Addo. Peccant similiter, si nulla cogente necessitate in locis palustribus, & valde insalubribus castra figant cum periculo morbi, vel

contagionis; vel si absque necesse sitatis causa temerè exponant milites certæ internecioni, aut vix periculo Diana *loc. supracit.*

9. P. Sic pariter me accuso P. R. quod ducendo semel exercitum, acceperim ab uno populo pecunia ad redimendam vexationem; ut videlicet non ad ipsum, sed ad alios adduceretur, quod etiam admplevi.

C. Peccant mortaliter Duces, & tenantur ad restitutionem, quando extorquent pecuniam à populis, ut eā acceptā exercitum alio transferant, hac enim ratione videretur populus injustè gravari: ita Villalobos *in sum. tom. 2. trad. s. diffic. 21. num. 7.*

10. P. P. R. accuso me, signif. se meum famulum in militem, & centurionem, illique solitum & justum minuisse stipendum.

C. Erat ne idoneus famulus ad peragendum ejusmodi munus? focus enim peccasset V. D. id ei conferendo, non tantum ob injuriā, quæ potuit fieri alijs veteranis exercitatis, & benemeritis militibus, verū etiam ob detrimentū quod Regi, aut Reipublicā immiserere potest ex inexperto Ministro.

P. Valde expertus, & idoneus fuit meus famulus, ad subeundum munus ipsi collatum.

C. Cessit ne gratis V. D. famulus portionem stipendij sibi debitā quia supposita hac voluntaria, &

fuit in  
P. I.  
& grat  
tum ip  
nexum  
obstant  
stipend  
mili,  
ei id tra  
C. D.  
centuri  
pendiū  
minuan  
vent, p  
tionis,  
cibus d  
quod ra  
na ead.  
muli inf  
natio: c  
tialem e  
Benefac  
abstinet.  
Alias  
Duces, C  
cipum in  
sibi retin  
non tub  
pecunian  
ta; vel c  
titatis m  
novos i  
dio, hoc  
didiūs vi  
ponderis  
materia  
rum cau

gratuita donatione nulla iustitia  
fuit in detentione.

P. P. R. verè nescio, an spontè,  
& gratis id fecerit: fuit bene no-  
tum ipsi, quantum stipendium an-  
nexum fuerit tali officio, quo non  
obstante nihil ultra imminutum  
stipendium petijt: suadeo etiam  
mihi, quòd libenter accepisset, si  
ei id tradidisse.

C. Duces signantes in milites, &  
centuriones suos famulos, ut sti-  
pendium à Principe signatum im-  
minuant, & sibi illam partem reser-  
vent, peccant cum onere restitu-  
tionis, nisi constet ipsos gratis Du-  
cibus donare: Bonacina *supra* ;  
quod raro est credendum, ait Dia-  
na *ead. resol.* 27. Nec ex silentio fa-  
muli inferenda est voluntaria do-  
tatio: quia ob metum reveren-  
tiale erga suum Dominum, &  
Benefactorem facile à prætensione  
abstinet.

Alias fraudes solent exercere  
Duces, Capitanei, & Ministri Prin-  
cipum in solutionibus militum, vel  
sibi retinendo aliquam partem, vel  
non subministrando suo tempore  
pecuniam, panem, & alia alimen-  
ta; vel dimissis veteranis, & exer-  
citatis militibus, in eorum locum  
novos inexpertos minore sti-  
pendio, hóque sibi retento, ut splen-  
didius vivant, substituendo. Magni  
ponderis, & consequentiae est haec  
materia, ac gravissimorū damno-  
rum causa.

Alias prolixitates circa Duces,  
& Capitaneos solent discutere Do-  
ctores, quas curiosus Lector vide-  
re poterit in Marchado *tom. 2. lib.*  
*2. part. 5. tract. 1. per totum.*

### C A P U T III.

#### De Obligatione, & Statu Medicorum.

II. P. P. R. dico meam culpam,  
me cum scrupulis vivere,  
utrùm sufficienti scientia pro meo  
officio exercendo præditus sim.

C. V. D. non peregit cursum  
ordinarium in hac arte faciendum  
prævio examine Protomedici, ac  
praxi duorum annorum sub direc-  
tione alicujus Medici?

P. Ita P. R. more aliorum, inte-  
grum hunc cursum peregi.

C. Si ergo V. D. subiit examen,  
suppono necessariâ scientiâ eam  
pollere; & si posthac negligens  
fuit in hujusmodi studio, necessa-  
ria pariter sciet pro adimplendo  
suo munere.

P. P. R. Multoties insimulant  
nostram ignorantiam hujus artis  
examinatores, vel ob interventum  
efficacium mediorum, vel ratione  
alicujus obsequij, & etiam ob spem,  
quod comitante practica Theore-  
ticam, ad meliorem, & uberiorem  
notitiam essentiae, & modi curan-  
di infirmos per venturi simus.

C. Medicus cum carentia scien-  
tiæ sufficientis fungens suo officio,

## 306 Tract. XVI. De alijs statibus particularibus.

mortaliter peccat, & tenetur reparare damna, quibus obnoxius fuit ægrotus ob ejus ignorantiam: ita Sylvester Verb. Medicus q. 1.

12. Dicat mihi, fuit ne V. D. stipendio conducta in aliquo pauperculo Pago, aut intra montes, ubi nullus fuerit, vel potuerit esse doctior, & expertior Medicus curans? quia in exiguis locis, in quibus nequit stipendio conduci Medicus idoneus, non peccat graviter alius Medicus, etiam non nimium expertus, & doctus, exercens suum officium. Marchadus *in sum. tom. 2. lib. 6. part. 8. tract. 1. doc. 2. num. 2.*

P. Alij Medici magis periti, & idonei dabantur in loco.

C. Occubuit ne aliquis ægrotus ob suam imperitiam, & ignorantiam?

P. P. R. pro certo teneo uniuersitatem intulisse, ob errorē curæ.

C. Habuit ne ægrotus Hæredes, qui ex ejus morte damnum patrarentur.

P. Non P. R.

C. Graviter peccat Medicus ignorans, suo officio fungens, licet infirmus convalescat, quia hoc est per accidens, & jam se exposuit periculo eum interficiendi; & si interficiat, tenetur resarcire damnū Filiis, Parentibus, vel Conjugi exinde secutum, nisi eum excusat carentia hæredum, aut aliqua alia ratio à me adducta *1. part. frax.*

tract. 5. cap. 3. n. 21. & sq. pag. 91. ex ignorantia Medicus est causa, quod infirmus, si non moritur, consumat tamen suam substantiam medicinis, vel diu ægrotet, expensis, & lucrum ex aliquo officio obfusca resarcire debet; nec absolu potest Medicus ignorantis, nisi deferrat Officium, usque dum necessaria pro eo debite exercendo sibi comparet.

13. P. P. R. dico etiam meam culpam, de negligentia in vacuo studio meæ artis.

C. Quamquam Medicus sit in sua facultate doctus, tenetur quandoque vacare studio, cum plures curæ difficiles, ac arduæ infirmitates obvient, ad quas curandas non semper sufficit scientia olim acquisita: sic Navarrus *in sum. cap. 21. num. 60.* nec debet suscipere curam tot infirmorum, ut studium, & congrua visitationem impediunt; neque tutâ conscientia potest protrahere curas, vel ex negligentia, vel majoris lucri gratia: Quare in omnibus his casibus obstringitur obligatione resarciri damnā ex sua culpa secuta.

14. P. P. R. dico meam culpam, me negligisse curam egorum.

C. Est ne V. D. stipendio conducta in aliquo loco cum onere curandi egenos? quia cum hac conductione graviter peccat, eos ne visitando, ac ijs non assistendo.

P. Non

P. N  
obligati  
deo.

C. A  
eorum  
alius do  
V. D. a  
erat, qu  
pietatis

P. Pr  
aderat a  
C. H  
ne in gr  
positi?

P. O  
C. M  
tur visi  
mis ege  
necessita  
lench su  
cap. 1. c  
dicit cur  
vitibus,

cum p  
obligare  
boris.

15. I  
pam, q  
perplexi  
medicari

C. In  
do app  
certi, l  
tantum  
deri no  
dicame  
aut pro

P. N

P. Non sum conducedus, nec obligationem justitiae ad hoc habeo.

C. Aderat alius Medicus pro eorumdem cura? etenim si huic aliis doctus Medicus incumbebat, V. D. ab hac obligatione immunis erat, quamvis foret opus magnae pietatis, si ex charitate assisteret.

P. Præcisâ meâ assistentiâ nemo aderat assistens Medicus.

C. Hujusmodi pauperes erant ne in gravi & extrema necessitate positi?

P. Omnidò P. R.

C. Medicus ex charitate teneatur visitare, & assistere gratis infirmis egenis, in gravi, vel extrema necessitate constitutis; ita Trulensis super Decalog. tom. I. lib. 4. cap. 1. dub. II. n. 6. in fine; idem dicit cum Filliucio de ægrotis diuinis, licet exactè non solvant, cum postmodum ex justitia eos obligare possit ad solutionem laboris.

15. P. P. R. dico meam culpam, quod interdum cum aliqua perplexitate fuerim operatus in medicamentorum applicatione.

C. Intermisit ne V. D. aliquando applicationem medicamenti certi, pro applicando probabili tantum, aut dubio? quandoquidem non licet Medico, omissò medicamento certo, applicare dubium, aut probabile.

P. Nunquam prætermisi medi-

camentum certum pro probabili, vel dubio.

C. Applicvit ne V. D. aliquod medicamentum dubium ad faciendam experientiam, utrumq[ue] esset profuturum, vel nocitum? illicitum est enim Medicis experientiam facere de medicamentis, an sint salutaria, vel nociva, etiā in ægrotis desperatis: sic Palaus part. I. tract. I. disp. 2. punct. 9. n. 3. cum Azorio, Corduba, Sayro, & alijs.

P. Neque de Pharmacis hujusmodi experimentum sumpsi.

C. Erat ne æquè dubium, an profutura, vel nocitura esset medicina?

P. Ita P. R.

C. Erat ne dubium, quod esset profutura, & certum, quod non esset nocitura? nam Medicus, quando nullum, aut probabile existat pharmacum, seu remedium, potest applicare dubium, modò certò sciat, non nocitum, licet dubitet profuturum.

P. Non erat certum, quod pharmacum non esset nocitum, sed dubium, an esset nocitum, vel profuturum.

C. Erat ne desperata salus infirmi?

P. Judicavi infallibiliter eum moritum, nisi illud pharmacum esset profuturum.

C. Quando nulla est spes de salute infirmi, nec aliud remedium

adest præter medicamentum, de quo æquè dubitatur, an sit profuturum, vel nociturnum, aliqui Doctores opinantur, posse Medicum applicare remedium dubium cum tali dubio: Ita docet cum Valentia Thom. Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 39.* & ratio est, quia ex duobus malis minus est eligendum: sed sic est, quod in casu desperatae salutis infirmi, minus malum sit exponere eum periculo accelerandæ mortis, quam privare eum spe recuperandæ Salutis cum medicamento dubio: ergo cum sit desperata salus infirmi, nec adsit remedium certum, aut probabile, poterit applicari remedium, licet subsit dubium, an sit profuturum, vel nociturnum. Nihilominus Communissima Sententia, & probabilior negat: ita cum Angelo, Salas, Valquez, plerisque alijs Palaus *ubi supr. num. 5.*

Hi proinde docent, non posse licet Medicum applicare medicamentum, de quo dubius omnino est, an sit profuturum vel nociturnum, et si desperata sit salus infirmi; sed necessario requiri, vel quod certus sit non profuturum, vel quod probabile sit profuturum: ratio eorum est, quia applicans medicamentum, de quo nullam probabilitatem habet esse profuturum, sed potius dubitat, an nociturnum sit; quantum est ex se, ap-

plicat causam efficacem mortis, ergo non est licita talis applicatio. Confirmatur, quia ut supra diximus, ideo oinnes Authores negant, Medicis licitum esse, in infinitis desperatis medicamenta experiri, quia per hanc experientiam manifesto periculo infirmum exponunt ejus mortem accelerandæ sed idem prorsus est in praesenti casu: ergo; addit: qui dubius est, an nociturnum, vel profuturum si medicamentum, non format iudicium de ejus documento, vel utilitate, sed haeret suspensus, ac proinde propriè, & in rigore nescit, an utile sit, an damnosum; ergo cum applicat, applicat ad experientiam; experientiam autem facere de medicamentis, est omnino illicitum: ergo &c.

16. P. P. R. dico pariter mea culpam, quod alijs vicibus applicaverim infirmis medicinas, quas probabile tantum erat profuturas.

C. Habuit ne V. D. medicinam certam applicandam? quia utrum etum est, non licet applicare medicamentum probabile, relictio certo.

P. In his casibus non habuimus dicamentum certum.

C. Habuit ne V. D. medicamentum probabile, quod probabiliter crederet profuturum, & non nociturnum? quia si probabile esset ex duobus medicamentis,

unum &  
& de a  
nocitur  
futurum  
relichto  
letnocit  
futurum  
truct. II  
num. 62  
P. O  
in casu p  
bilities e  
dicio no  
C. E  
probabil  
P. O  
C. A  
babilior  
P. C  
nostra f  
qua alio  
babilior  
lia vider  
C. A  
dictame  
ea, que  
tut?

P. N  
judicare  
tamen a  
babilior  
C. D  
ceat Me  
probabil  
Thom.  
sensit N  
charitat  
probabi

num nocitum, aut profuturū, & de altero constaret, non esse nocitum, sed probabiliter profuturum, hoc esset applicandum relicto eo, quod probabiliter effecit nocitum, & probabiliter profuturum. Sic Caspensis *tom. I. tral. II. de conscient. disp. 3. sect. 8. num. 62.*

P. Omnia medicamenta, quæ in casu poterant applicari, probabiliter erant profutura, & meo iudicio non nocitura.

C. Ex his erant ne aliqua alijs probabiliora?

P. Omnino P. R.

C. Applicuit ne ea, quæ probabiliora ipsi videbantur?

P. Cum tot sint opiniones in nostra facultate; medicamenta, quæ aliqui Authores censent probabiliora, alijs ea minus probabilita videtur.

C. Attamen secundum propriū dictamen nonne V. D. applicuit ea, quæ sibi probabiliora videbantur?

P. Non semper P. R. licet ego judicare ea probabiliora, scivit tamen alios Authores minus probabilita tenere.

C. Dubitant Doctores, num licet Medico applicare medicinam probabilem, relicta probabiliori: Thom. Sanchez *supr. num. 41.* sentit Medicum peccare contra charitatem, applicando medicinā probabilem, relicta probabiliori;

quia certiori modo, qui sibi videatur, infirmum curare tenetur: Atqui relinquendo probabiliorem, non curat certiori, qui sibi videatur, modo; ergo &c. Oppositum tenet cum Azorio, Aragonio, & alijs, Jo. Sanchez *in select. disp. 44. num. 36.* quia operans cum opinione probabili, rationabiliter operatur; tum, quia durum gravamen esset Medicis hæc obligatio examinandi continuo probabilitatem opinionum: tum etiam, quia, cum probabilitas opinionum pendeat à iudicio hominum, & opinio, quam aliqui probabiliorem putant, alijs videatur minus probabilis; si daretur opinio communi Authorū iudicio probabilius, tunc bene credo, Medicum fore obligatum ad eam sequendam, relicta eâ, quæ communiter reputatur minus probabilis.

17. P. Sic pariter dico meam culpam P. R. quod fermè semper ad pharmacopæam unius mei amici miserim schedulas medicamentorum.

C. Infirmi erant ne obligati alijs Pharmacopolis? quia in hoc casu V. D. fecisset ipsis injustitiam, non mittendo schedulas ad eorumdem pharmacopæas.

P. Non erant obligati P. R., sed quivis ad placitum poterat schedulas mittere.

C. Et Pharmacopola, cui V. D. eas mittebat, bona ne medicamen-

## 310 Tract. XVI. De alijs statibus, particularibus.

ta ministrabat?

P. Ita P. R.

C. Graviter peccant Medici mittentes schedulas ad pharmaco-pæas, in quibus dantur medicinæ, vel non bonæ, adulteratæ, aut imminutæ à Pharmacopolis; ac proinde Medicus non debet culli-bet fidere quo ad usum medica-mentorum, nisi certò Sciat esse virum bonæ conscientiæ, ac in sua arte expertum: Marchadus *ubi supr. doc. 3. num. 3.* Sin autem Pharmacopola, ad quem V. D. mittebat schedulas, erat vir fidelis, ac bonis medicamentis provisus, non peccavit mittendo ad eum schedulas ob reciprocam amicitiæ, & seclusa alia obligatione infirmorum, modò V. D. fraudulenter non egerit, repræsentando, alios non habere bona medicamenta, sed sol-lummodo suum amicum, quod ta-men re ipsa non esset verum.

18. P. P. R. dico meam culpā, me aliquoties cum aliquo scrupulo remansisse, ob datam licentiam comedendi carnes aliquibus infir-mis.

C. Fuit ne sufficiens necessitas pro hujusmodi dispensatione impertienda? quia quemadmodum graviter peccat Medicus absque causa dans licentiam vescendi car-nibus, vel non jejunandi, non audiendi Missam, aut non recitandi D. Officium; ita quoque licite operatur, in his dispensando, po-

sitâ causâ non tantum certâ, ve-rum etiam probabili.

P. P. R. ordinariè dedi licen-tiam, præmisso judicio practico de sufficienti necessitate; una vice tantummodo dispensavi cum du-bio de ejus sufficientia.

C. Quando causa dispensandi comestione carnium est dubia, Medicus nequit dare hujusmodi licentiam, quia in casu dubio di-spensatio pertinet ad Superiorem: ita cum Azorio, Angelo, Rolelli, & Sylvestro, Fagundez *in 4. pa-cept. Eccles. lib. 1. cap. 9. num. 3.* Alij Authores sentiunt, quod in hoc casu possit dispensare Medi-cus, quod intelligi debet, ait Jo. Sanchez *in select. disp. 51. num. 9. in fine*, quando damnum, ex cibis esurialibus proventurum dubita-tur, fore grave, & tale, ut fi-actualiter adesset, ab iisdem excusaret; si verò hujusmodi docu-mentum futurum non esset adeo no-table, & tale, ut si *de facto* suc-cederet, non excusaret à cibis esu-rialibus, nequit Medicus imperti-ri licentiam vescendi carnis; ratio hujus secundi est, quia da-num leve non excusat à jejunio: ergo neque excusabit dubium de eodem damno: ratio primi est, quia nulla est obligatio exponendis salutem notabili ejus periculo: at qui cum dubio de notabili damno eventuro ex cibis esurialibus, ex-ponitur salus gravi periculo: ergo

in casu  
Saluti  
bus, po-  
tiam ve-  
nionem  
cum dic-  
dos auto-  
habet E-  
ex consi-  
re sci ca-  
dubia: 1.  
lib. 1. §.  
Nec est  
in Confe-  
eam po-  
cum Roc-  
tom. 1. t.  
neque re-  
fed quivis  
pro exa-  
sufficit.

19. R  
summa e-  
dici licen-  
ti carni-  
giuntur  
Nobilibus  
stentur an-  
tos reddida-  
causas ip-  
bilem cor-  
in ejusfin-  
& obtine-  
hoc ipsum  
nimium a-

in casu dubio, de damno gravi  
Saluti obventuro ex cibis esuriali-  
bus, poterit Medicus dare licen-  
tiam vescendi carnibus. Hanc op-  
inionem valde probabilem censeo  
cum dicta limitatione; ad evitan-  
dos autem scrupulos, si infirmus  
habet Bullam Cruciatæ, poterit  
ex consilio Confessarij, & Medici  
vesci carnibus, etiam cum causa  
dubia: Sic Trullench *in Bullam*,  
*lib. 1. §. 4. dub. 1. num. 8. & 9.*  
Nec est opus, ut Confessarius id  
in Confessione consulat, sed extra  
eum potest dare Consilium; ita  
cum Rodriguez Villalobos *in sum.*  
*tom. 1. tract. 27. clausul. 7. num. 2.*  
neque requiritur, ut sit Parochus,  
sed quisvis Confessarius approbatus  
pro exaudiendis Confessionibus  
sufficit.

### Advertentia.

19. Relaxatissima est materia  
jejunij inter Catholicos:  
summa est potestas, cum qua Me-  
dici licentiam elargiuntur vescen-  
di carnibus; quam multoties lar-  
giuntur ex respectu humano, ut  
Nobilibus complaceant, ne disgu-  
stentur amici, ut potentes sibi gra-  
tos reddant, & ob plurimas alias  
causas ipsis notas: cupiuntque no-  
bilium commiserationem Dæmonis  
in ejusmodi licentia impertienda,  
& obtinenda: Multoties tamen in  
hoc ipsimet infirmi sunt culpabiles  
nimium augendo, & amplificando

propriam imbecillitatem, quo circa  
Medicus sèpè se dirigens juxta  
dicta, & prætensiones ægrotorum,  
nec habens indicia ad dignoscen-  
dam veritatem excusationis, fa-  
cile est, quod bona fide proce-  
dat, & quod tota culpa sit male  
informantis. P. P. Confessarij igitur  
zelo Apostolico ferveant in hac  
materia, obijcendo Medicis pro-  
priam obligationem; & hortando  
imbecilles ad tolerantiam; quando  
imbecillitas non est multum mo-  
lesta.

20. P. P. R. Dico meam cul-  
pam, quod in curando prægnan-  
tem in periculo mortis constitu-  
tam, applicuerim aliqua remedia,  
ex quibus secutus est abortus.

C. Procuravit ne V. D. directè  
abortum? quia hoc non licet, ut  
inquit Lessius *lib. 4. cap. 3. dub.*  
*14. sub. num. 96. in fine.*

P. P. R. non procuravi directè  
abortum, sed solummodo reme-  
dia ad ejus salutem necessaria ad-  
ministravi, quamvis ex ipsis *per ac-*  
*cidens*, indirectè, & præter inten-  
tionem secutus fuerit abortus.

C. Erat ne spes, quod infans pos-  
set ad Baptismum pervenire? sup-  
posita enim probabili spe, quod in-  
fans sit nasciturus, si eare media nō  
applicentur, licet ex eorum omis-  
sione secutura sit mors Matris, ne-  
quaquam debent applicari; cum  
vita spiritualis infants præferenda  
sit corporali Matris: Ita Petrus de  
Na-

## 312 Tract. XVI. De alijs statibus particularibus.

Navarra lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 134. licet Thoni. Sanchez lib. 9. de Matrim. diff. 20. num. 15. arbitretur esse moraliter impossibile, quod stante mortali infirmitate Matris, infans vivus egrediatur: quia vitiatis humoribus Matris, ex quibus infans alitur, est fermè miraculum, inquit, quod fœtus non pereat. Anno tamen præterito 1687. mihi constat, natum fuisse vivum infantem, ac baptizatum fuisse stante gravi infirmitate Matris, quæ etiam intra medium horam defuncta est.

P. P. R. modica, aut nulla spes fuit, quod fœtus animatus nasciturus esset.

C. Remedia à V. D. applicata tendebant ne magis ad salutem Matris, quam ad expulsionem fœtus: quia si æquè ad utrumque tendebant, non fuit licitum ea applicare: ita Rodriquez, & alij, quos recentet Trullench in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 3. num. 5. Villalobos tamen tom. 2. tract. 12. diff. 13. sub num. 2. §. & dicit, contrarium tenet, fultus ratione adducta à Sanchez, quod graviter ægrotante Matre raro, & miraculosè sit vieturus infans.

P. Remedia applicata potius, & principalius virtutem habuerunt sanandi Matrem, etiæ haberent pariter vim ad enecandum infantem.

C. Hoc supposito, fas fuit applicare remedia, directè ordinata ad

salutem Matris, quantumvis indirectè sequeretur abortus. Trullench supra num. 4. & addit Sanchez cum Corduba ibid. num. 17. quod in hoc casu, in quo licet matris sumere hujusmodi remedii, non solum possit Medicus applicare, sed quod interdum teneatur facere; cum possit succurrere vita Matris, & modica subsit spes, moriente de vita infantis.

Neque huic obstat Decretum Innocentij XI. in proposit. 34. quia ea Sua Sanctitas tantum damnat opinionem, secundum quam licet ut erat procurare abortum, ne puella deprehensa grava occideretur, aut infamaretur; nostrarum causam est valde diversus, qui loquimur de morte, quæ ab intrinseco potest accidere Matri, cuius remedium tentatur medianibus remedijs necessarijs, et si hæc peraccidens possint causare abortum: quod non damnatur in hac propos. 34. dixi 1. part. Prax. tract. 10. n. 130 pag. 370.

21. P. P. R. dicopariter mea culpam, quod alij infirmo aliquo medicamenta habentia vim expellendi materiam ordinatam ad generationem applicuerim.

C. Hujusmodi medicamenta erant ne ex se ordinata ad expulsionem dictæ materiæ? nam ex hoc directo influxu inferretur procuratio effusionis seminis: quod in nullo eventu licet, ubi etiam au-

pendat ita co Thom. diff. 17. P. H. debant materiæ lendos horum alterius C. H. agrotu nem, q. ne huji licet æg dicinas. citas, ram po content chez su licet M. ex quibus nis, si in riculum nem ve P. P. lum in a gnum f cum fue rata, & C. S. Medicor recte or etiæ praeter terie ap Sanche chez in

ueniam vitam necessarium esset:  
ia communis Doctorum apud  
Thom. Sanchez lib. 9. de Matrim.  
ibid. 17. num. 15. & 16.

P. P. R. Medicamenta non ten-  
debat directe ad expulsionem  
materiae generativae, sed ad expel-  
lendos alios humores, quamvis ex  
horum commotione posset sequi  
alterius effusio.

C. Erat ne periculum, quod  
agrotus consentiret in delectatio-  
ne, quae poterat sequi ex effusio-  
ne hujus materiae? quandoquidem  
securus in agro non licet sumere me-  
dicinas, nec exercerere etiam li-  
citas, ex quibus praevideat secutu-  
ram pollutionem, cum periculo  
confensus in eandem, ut dicit San-  
chez *supr. disp. 45. n. 6.* ita neque  
licet Medico ordinare medicinas,  
ex quibus secutura est effusio semi-  
nis, si in agro animadvertat pe-  
riculum consensus in delectatio-  
ne venereum.

P. P. R. Non novi tale pericu-  
lum in agro, quinimò habui ma-  
gnum fundamentum de opposito,  
cum fuerit persona devota, timo-  
rata, & bonae conscientiae.

C. Secluso hoc periculo, licet  
Medico praescribere medicinas di-  
recte ordinatas ad salutem infirmi;  
etsi praevideat ex hinc secuturam  
prater intentionem effusionem ma-  
teriae aptae ad generationem: Thom.  
Sanchez *ibid. num. 9.* Joan, San-  
chez *in select. disp. 21. num. 33.* &

quando materia generativa est in-  
fecta, & corrupta, ex qua possit ju-  
ste timeri infectio corporis, licet  
potest Medicus praescribere medi-  
cinam, tendentem ad expulsionem  
humoris vitiosi, quamvis acciden-  
taliter sequatur effusio semenis non  
corrupti; quod probabile censet  
Trullench *tom. 2. in Decalog. lib. 6.*  
*cap. unic. dub. 8. §. 1. num. 14.* ra-  
tio est, quia nefas non est exercere  
aliquod opus licitum: v. g. exci-  
pere confessiones: quamvis sequatur  
involuntariè effusio semenis, &  
secluso periculo consensus in de-  
lectationem: ergo cum liceat pro-  
curare salutem corporis expellen-  
do noxios humores, non erit pec-  
catum praescribere, aut sumere  
potiones, aut medicinas directe ad  
corundem expulsionem ordinatas,  
quamvis indirecte sequatur pollu-  
tio involuntaria, praeciso semper  
periculo consentiendi in delecta-  
tionem venream.

22. P. P. R. dico meam culpam,  
aliquo scrupulo me angi ob infir-  
mum, absque perceptione Sacra-  
mentorum defunctum.

C. Tenentur Medici admonere  
infirmitum ut Sacramentis se mu-  
niat, constat *ex cap. cum infirmitas*  
*de penit. & remis.* decernente, quod  
Medicus, antequam curet infir-  
mum ab infirmitate corporali,  
praecipiat ut se curet à spirituali per  
Sacra menta: Pius Quintus par-  
ter in sua Constitutione, quae inci-  
pit

pit super gregem, interdixit Medicis, ne ultra tertium diem post monitionem Confessionis visitent infirmum, nisi Confessarius testetur, ipsum fuisse confessum vel judicet longius tempus ex justâ causâ infirmito esse concedendum; sanciendo pariter, quod Medici accipientes lauream Doctoratus, hoc servare jurent, quamvis non ubique sit consuetudo emittendi hoc juramentum.

Dicat mihi, erat ne periculosa infirmitas hujus personæ?

P. P. R. Non fuerunt signa gravis ægritudinis: postmodum tamen supervenit ei improvissum accidentis, à quo de repente vitâ privata fuit.

C. Tametsi prædicta Decreta loquantur cum tanto rigore, & aliqui Doctores in ijs fundati sentiant, Medicum obligare ad monendum de confessione ægrotum, & ut domui suæ disponat; contrarium tamen tenent Rossella, Angelus, Navarrus, & alij apud Fagundez tom. 2. in Decalog. lib. 2. cap. 25. num. 11. dicentes, hujusmodi obligationem vigere tantummodo, quando infirmitas est periculosa, vel de hac dubitatur; non est tamen necessarium, ut id per se immediate Medicus faciat, sed sufficit per Confessarium, vel amicos, aut consanguineos infirmi; ita Sanchez in sum. tom. 1. lib. 3. cap. 16. num. 8. Præcipit etiam in suo De-

creto Pius Quintus, ut renuente infirmo Confessionem, Medicus eum derelinquat; quod intelligi debet, modò infirmus non sit impræcato constitutus; tunc enim Medicus poterit in ejus cura perseverare, ita cum Suarez, Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. diff. 27. num. 5. Et quamvis Medicus emitteat juramentum admonendi infirmum de confessione peragenda, attamen non violabunt juramentum id prætermittendo, quando infirmitas non est periculosa; quia juramentum ad mandatum Pii V. emitendum, intelligitur, iuxta usum, & consuetudinem; ut inquit Sanchez ibi num. 15. non est autem consuetudo admonendi infirmum de persolvenda confessione, nisi infirmitas sit periculosa.

23. P. Dico etiam meam culpam P. R. de pusillanimitate in annunciando infirmis periculum, & mortem certò eis obventuram.

C. Contigit ne hoc cum aliquo infirmito, qui de suis nihil disponuerit?

P. Minime P. R.

C. Quando Medicus sibi suaderet ægrotum esse in bono statu, nec esse necessarium, vel profuturam suam admonitionem, cùm sit iam bene dispositus, non tenetur ei annunciare mortem, secundum Navarram in sum. cap. 25. num. 6. quamquam in omni eventu sic valde conveniens, quod Medicus vel

per se, v  
annunti  
tivendi  
negotij  
tior red  
lis major  
tionem  
chadus t  
locum. 2  
irregular  
funt Me  
tem: q  
est mult  
fionali, I  
remitto,  
tom. 1.  
docum. 9

C

Defla

24. M

cum ad  
plagas, &  
dendo, &  
testaura  
fia Chri  
tem Ba  
fanguine  
& capilli  
autem o  
Fragosi  
go. Pe  
arte sit c  
pertus,  
sit acutis

perse, vel per alium bono modo id  
immunit et ægrotō, ne ex spe super-  
vivendi immemor sit urgentissimi  
negotij salutis animæ; & ut cer-  
tior redditus de fine vitæ tempora-  
lis majori conatu solicet consecu-  
tionem æternæ, ut notavit Mar-  
chadus *tom. 2. lib. 6. part. 8. tract. 1.*  
*locum. 2.* Hic se offert tractatus de  
irregularitate, quam incurrere pos-  
sunt Medicī in exercendo suam ar-  
tem: quia verò hæc materia non  
est multū necessaria pro confes-  
sionali, Lectorem ad Marchadum  
remitto, qui eam succinctè tractat.  
*tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 18.*  
*docum. 9.*

## C A P U T IV.

### *De statu Chirurgorum, & Barbitonforum.*

**M**Unus Chirurgi differt à  
munere Barbitonforis; cum ad Chirurgum spectet curare  
plagas, & vulnera; quod fit abscin-  
dendo, consolidando, uniendo, &  
restaurando, ut dicit Frogosius in  
 *sua Chirurgia, lib. 1.* Officium au-  
tem Barbitonforis, est extrahere  
sanguinem, applicare cucurbitas,  
& capillos abfcindere. Quatuor  
autem conditiones juxta eundem  
Frogosium requiruntur in Chirur-  
go. Prima conditio est, ut in sua  
arte sit doctus: secunda, ut sit ex-  
pertus, & exercitatus: tertia, ut  
sit acuti ingenij, & quarta, ut bo-

nis moribus sit prædictus: & quid-  
quid dictum est *cap. 3. de Medicis,*  
respectivè intelligendum est de  
Chirurgis, præsertim in exiguis Pa-  
gis, in quibus non dantur Medici,  
ac proinde cura infirmorum perdi-  
et à solicitudine, & directione  
Chirurgorum.

**P.** P. R. confiteor, quod  
vocatus ad mulierem prægnantē,  
dicentem se esse infirmam, ac indi-  
gere emissione sanguinis; ejusdem  
venam secuerim, non obstante me-  
tu de possibili exinde abortu.

**C.** Hæc mulier fuit ne conjugata,  
vel soluta? quia foeminæ conju-  
gatae, nisi absint earum mariti, non  
solent adhibere hujusmodi reme-  
dia ad causandum abortum, regu-  
lariter loquendo: nisi quandoque  
ob multitudinem prolium, vel ob  
timorem periculi partus.

**P.** P. R. Mulier fuit soluta.

**C.** Incisio venæ fuit ne medium  
necessarium ad salutem? quia hoc  
supposito, & alio remedio deficien-  
te, licetum fuit venire ad sectionē  
venæ, directè ad salutem infirmæ  
ordinatam, licet per accidens & præ-  
ter intentionem sequeretur abor-  
tus; ut dixi de Medicis *cap. præced.*  
*num. 20.*

**P.** Non fuit medium necessa-  
rium ad salutem.

**C.** Petij ergo eam dumtaxat ad  
habendum abortum, vel ne de-  
prehensa grava occideretur, aut  
infamaretur?

316 *Tract. XVI. de alijs statibus particularibus.*

P. Non est dubium P. R.

C. Peccavit ergo graviter V. D. in prædicta sectione venæ, cum non fuerit medium necessarium ad salutem, & fuerit medium ad abortum; qui licet procurari nequit, etiam ob metum, ne mulier deprehensa gravida occidatur, aut infametur; & oppositum damnatur ab Innocentio XI. in Propos. 34.

Ingentes iniquitates solent in hac materia committere aliqui Chirurgi, qui avaritiâ aut alijs humanis respectibus ducti phlebotomijs cooperantur ad abortum; Quapropter Confessarij severè arguant, & increpent tales Chirurgos, re-præsentando gravem D E I offensam in concurrendo ad scelus ita enorme, & impium.

26. P. Confiteor etiam P. R. me in cura foeminarum, multas imputas tentationes, motus venereos, & interdum effusionem seminis experiri.

C. Præbet ne V. D. similibus consensum? secluso enim consensu, aut morali ejus periculo, non tenetur V. D. suam artem derelinquere, & ab hujusmodi curis desistere: Trullench *tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. §. 1. num. 5. prope medium.*

P. Fragilitate, & imbecillitate propria victus, plerumque in prædicta consentio.

C. Poterit aliquis alias habere curam foeminarum, quæ V.D. sunt occasio peccandi?

P. Omnia P. R. quia dantur adhuc alij Chirurgi.

C. V. D. habet ne media ad sustentandum absque cura foeminarum?

P. P. R. Pauper sum ego, & absque alijs proventibus, quam proprij laboris; quare si meum ministerium desero, nec me, nec meam familiam alere possum.

C. In hoc casu docet Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 40. diff. 16. num. 4. & 5. Lessius, & alij apud Dianam part. 3. tract. 5. resol. 3. & est communis sententia teste Trullenchi supra dub. 9. num. 8. quod Chirurgus ( idem dic de Medico) cui cura foeminarum ( præsertim si cura sit in verendis ) est occasio se polluendi, consentiendi, ac labendi in obscenitates, teneatur ab officio cessare, & desistere. quia quid prodest homini si universum Mundum lucretur, anima vero sua detinendum patiatur? nec poslit absolviri, nisi ejusmodi ministerium & artem deserat. Contrariam sententiam docet Jo. Sanchez *select. diff. 21. num. 9. & Castro-Palaus *tom. 1. tract. 2. diff. 2. punt. 9. §. 3. n. 11.** qui dicunt in hoc casu non teneri cessare à curatione, sed sat esse, si proponat amplius non consentire.*

Mea opinio est, quod quamvis hæc doctrina Sanchez, & Palaus non sit damnata ab Innocentio XI. in proposit. 61. 62. & 63. nec ab Alexandro VII. in proposit. 41. cum

cum limitatione tamen sit intelligenda; nimis, si Chirurgus non habeat alia media ad victimum quae- rendum, vel alia persona ad cu- ram harum foeminarum non de- tur, aut gravis infamia ei immineat eas non curando, positis inquam his conditionibus, censeo, quod possit id facere absque obligatione desistendi à suo officio; quia nemo tenetur evitare occasionem in- voluntariam, sed in his casibus occa-  
sione est involuntaria: ergo non te-  
netur eam evitare: Quod si Chi-  
rurgus habeat alia media ad hone-  
ste vivendum, & detur alia perso-  
na idonea, nec sequatur ei gravis  
infamia, tunc tenetur desistere à  
cura, quae est ei occasio peccandi:  
et enim in hoc casu occasio esset  
voluntaria, non involuntaria, quia  
haberet tantum causam utilem, &  
honestam eam non devitandi,  
qua non reddit occasionem in-  
voluntariam, ut dixi 1. part. Prax.  
tract. 10. num. 293. pag. 419.

27. P. P. R. confiteor, me die-  
bus festis omnes ad me acceden-  
tes totondisse.

C. Est ne consuetudo introdu-  
cta jis diebus tondendi barbam? quia posita consuetudine posset  
fieri, ut dixi 1. part. Prax. tract. 3.  
cap. 2. num. 12. pag. 66.

P. P. R. non est consuetudo ge-  
neralis, sed ad libitum barbiton-  
orum.

D. Si V. D. hoc intermisisset die-

bus festis, magnum nelucrum per-  
didisset?

P. Sine dubio P. R. plures re-  
gales amisisset, nisi diebus festis  
barbam totondisset.

C. Hoc supposito bene potuit  
fieri in sententia Bassæi *Verb. Festum*  
2. num. 4. quod probabile censet  
Marchadus *tom. 2. lib. 6. part. 8.*  
*tract. 2. docum. 3. num. 4.* opposi-  
tum tamen docent Reginaldus, &  
alij, ibi citati.

28. P. P. R. confiteor pariter,  
quod nulla suffragante causa, præ-  
terquam ordinario meo exercitio,  
non jejunaverim aliquibus diebus  
præceptis.

C. Etsi Fagundez in 4. præcept.  
*Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 16. in*  
*fine*, excusat à jejunio Barbitonso-  
res ob laborem annexum eorum  
officio, intuitu illius Concessio-  
nis Eugenij Quarti, eximentis à jeju-  
nio indifferenter Omnes officiales  
corporaliter laborantes in Repub-  
lica; est tamen damnata ab Alexan-  
dro VII. in propositione 30. Sen-  
tentia docens, esse excusatos ab  
obligatione jejunij absolute ejus-  
modi officiales: Idcirco docet Bo-  
nacina, & communis apud Dianam  
part. 1. tract. 9. resol. 8. Barbiton-  
sores obligari ad jejunium, quod  
absolute tenendum est, nisi mul-  
titudo infirmorum eos excusat,  
aut exercitatio nimis in se labo-  
riosâ, vel respectu personæ, sit  
talis, ut reddat impossibile jeju-  
num.

**C A P U T V.*****De Officio, & statu Pharmacopolarum.***

29. **T**enetur Pharmacopola juxta dicta de Medico, & Chirurgo scire necessaria ad suam artem, percipere schedulas Medicorum, suis temporibus aquis distillandis incumbere, componere medicinas; nec potest potiones dare, quæ habeant influxum ad causandum abortum, nisi in casibus, in quibus licet Medicis easdem applicare.

30. **P. P. R.** accuso me, uni Personæ solimati pulverem venenosum vendidisse.

**C.** Vendidit ne eum, cogitando, quod aliquam personam veneno inficere vellet?

**P.** Cum hac cogitatione ejusmodi pulverem non vendidi.

**C.** Cogitabat ne V. D. quod hæc persona mala intentione eum peteret?

**P. P. R.** petiſt pulverem dicens, velle eo uti ad interficienda quædam pestifera, & damnoſa animalia in propria domo.

**C.** Non licet Pharmacopolæ vendere solimatū, nec aliam rem venenosam, cum notitia, aut fundata præſumptione, quod ea emanturn ad damnificandum proximum; ſed ſi emanturn ob aliquem bonum finem, & emptor non ſit ſuſpectus, nec talis, quod de eo cum funda-

mento poſſit aliiquid ſinistrum cogitari, nefas non erit illa vendere; magna tamen cautela adhibenda eſt in hac materia, quandoquidem ingentia mala orta fuere ex facilitate Pharmacopolarum in vendendo ſolimatū, aliosque pulveres abſque advertentia ademptores.

31. **P.** Me accuso pariter **P. R.** aliquod pharmacum abſque ſchedula Medicī præbuiffle

**C.** Erant ne pharmaca radicia, aut levia v. g. Sarapium Regium, aut aureum, vel alia hujusmodi?

**P. P. R.** Quidquid præbui, ſuit leve, & ordinarium, nec potens damnificare.

**C.** Non licet Pharmacopola abſque ſcheda Medicī præbere medicinas radicales, quia hæ notabiliter alterant, & poſſunt interficeare infirmum, niſi detur congrua, proſicua, & tempore opportunis attamen, ſi medicina ſit levis, & ex communib⁹, modò Pharmacopola noſcat conſtitutionem perſonæ, & potionem non nocituran: illicitum non erit eam abſque Medicī ſcheda applicare; Quamviſ in foro extero poſſit puniri in viſitatione Protomedici, ſi conſtabit Pharmacopolam tales potiones abſque ſcheda præbuiffle: vide Marchadum tom. 2. lib. 6. part. 8. tract. 20. docum. 2. num. 4.

32. P. Sic pariter me accuso P. R. quod non fuerim fidelis in praebendis medicinis juxta ordinatio nem Medici.

C. Qua de causa in hoc V. D. fideliter non se gessit?

P. P. R. quia quod justum erat, mihi non solvebatur.

C. Dedit ne V. D. rem æqualis bonitatis rei præscriptæ à Medico? quia si fuit æqualis bonitatis, & certò eundem effectum habitura, non eam damnarem culpæ gravis, licet præscriptam à Medico non dederit.

P. P. R. quod dedi, bonum fuit, non tamen æquè bonum ac præscriptum in schedula.

C. Graviter peccant Pharmacopœ, vendentes medicinas putridas, aut infiuctuosas, vel non præscriptas à Medicis, sed alias, non habentes eandem virtutem; nec solum peccant contra Charitatem, sed etiam contra iustitiam cum onere reparandi damna exinde obvenientia infirmo: Marchadus *ibid. num. 3.* nec valet dicere, quod eas non satis solvant, quia aut sunt stipendio conducti à Republica cum obligatione subministrandi medicamenta toti viciniæ, vel non sunt conducti: si primum, clarum est, eos obligari ad præstandum, quidquid Medicus præscribit ob stipendum à Republica ipsius taxatum: si secundum, vel non dent medicinas iis, quos

sciunt, vel præsumunt non soluturos, vel si eas dederunt, possunt ex iustitia exigere justum pretium: ergo in largiendo medicinas adulteratas non suffragatur eis excusatio, quod non plenè solvantur.

De obligatione Pharmacopolarum inserviendi ex charitate pauperibus, idem dicendum, quod supra diximus super hoc idem punctum de Medicis, & Chirurgis.

Multum interest, quod Pharmacopœ sit vir rectus, ac timens Deum, cum ab eo vita, aut mors hominum pendeat, quo circa P. P. Confessarij ad propriam obligationem adimplendam serio eos adhortentur; sapissime enim solent mel immiscere serapijs, alioquin cum zaccharo componendis, ac similes medicinas cum non levi Reipublicæ præjudicio; quod est valde ponderandum.

## C A P U T VI.

### *Determinationes Legum Navarrensiæ circa Medicos, Chirurgos, ac Pharmacopolas.*

33. IN lib. 2. Recompilationis tit. 16. leg. 3. decernitur, ne Medici ad curam admittantur, nisi peracto artium curriculo per quadriennium arti medicinæ vacaverint, & per aliud triennium practicam ab experto, & docto Medico didicerint. Lex 2. ejusd. tit. §. 1. & 2. taxat eorum stipendiū, & §.

320 *Tract. XVI. de alijs statibus particularibus.*

& §. 3. sancit, ut Medici Pampe-  
lonenses gratis visitent Nosoco-  
mium, & §. 4. ut pro ratione sche-  
dulae taxent pretium præscriptarū  
medicinarum.

34. *In lege. 4. ejusdem tit. 6.* præcipitur, ne quis possit admitti tanquam Chirurgus, vel Pharmacopola ante vigesimum quintum ætatis annum; præterea quo ad Chirurgum sancitur, ut per quadriennium inserviverit in officina sub directione Magistri, & postquā per trienium Theoreticæ suæ facultatis in Universitate approbata incubuerit, eodem triennio practicæ studuerit. Quo ad Pharmacopolem decernitur, ut lingua latinam calleat, & per quinquennium ab aliquo approbato Pharmacopola practicam apprehenderit, ac postmodum examen subeat, habilitate, ac moribus bene persensis.

Demum *in lege 6. tit.* per extensum habetur taxa pretij accipiendo pro Pharmacis simplicibus, radicibus, aromatibus; gummis, herbis, floribus, seminibus, & fructibus, succis condensatis, acquis, serapijs &c. & *in lege 5. præcipitur*, ne solutionem prætendere possint, nisi ob medicinas, quarum schedules ab infirmis habuerint. Hæc volvi adnotare ad hoc, ut Confessarius sciat modum se gerendi cum hujusmodi viris, ac cum iis, qui eos conducere volunt, si consiliū petent.

C A P U T VII.  
*De Officio, & statu Mer-  
catorum.*

35. E Mptiones, & venditiones spectant ad Mercatores; de his tracto *in 1. part. pri-  
tract. 7. super. 7. præcept. cap. 3.  
part. 3. num. 108. pag. 249.* de mutuo, & Usura pariter ago, *ibid.  
part. 2. num. 99. pag. 246.* & de contractibus conductionis, & locatio-  
nis *ibid. part. 1. num. 94. pag.  
244.* & *tract. 10. num. 157. 6.  
seq. pag. 379.* habetur explicatio  
triūm propositionum de contra-  
ctibus damnatarum à Papa Inno-  
centio XI. Quo ad hanc postrem  
materiam etiam Alexander VII.  
in propositione 42. damnat asser-  
tum, quod mutuanti licitum sit  
aliquid ultra sortem exigere, si le-  
obliget ad non repetendam sortem  
usque ad certum tempus. Vide-  
tur explicatio hujus propositionis  
*in tract. 17.*

36. P. P. R. dico meam cul-  
pam, quod aliquas merces vendi-  
derim supra earum pretium.

C. Vendidit ne eas V. D. ultra  
supremum, & rigorosum pretium?  
etenim cum res habeant pretium  
infimum, medium, & supremum,  
hæcque sint justa pretia, quovis  
eorum res vendi possunt.

P. Ultra supremum rerum pre-  
tium eas vendidi.

C. Hujusmodi mercium *suitum  
taxatum*

taxatur  
quia qu  
taxatur  
bile, a  
medij,  
nam res  
P. P.  
rum no  
tium.  
C. Ju  
dibilitum  
estab int  
rum etia  
bore Me  
& transfe  
vendis,  
ita N. P.  
Moral. tr  
præterea  
ministran  
vendere  
vatis; ita  
Lessius li  
4. n. 24.  
quidem  
Mercator  
duas mer  
hoc inser  
berando  
merces:  
privata su  
coronatis  
ratione si  
teft: Po  
lucrum M  
fam. tom.  
num. 156  
judicio ju

taxatum à lege justum pretium;  
quia quando rei pretium est à lege  
taxatum, tale pretium est indivisi-  
ble, absque latitudine supremi,  
medij, & infimi, adeoque juxta ta-  
xam res vendenda est.

P. P. R. Rerum à me vendita-  
rum non fuit à lege taxatum pre-  
mium.

C. Justum pretium rerum ven-  
dibilium non tantum metiendum  
est ab intrinseco earum valore, ve-  
rum etiam ab extrinseco, nempe la-  
bore Mercatoris, in ijs asportandis,  
& transferendis, vectigalibus sol-  
vendis, ac periculo eas perdendi;  
ita N. P. Torrecilla *in suis Consult.*  
*Moral. tract. 5. Consult. 3. num. 50.*  
praterea Mercator ratione officij  
ministrandi Reipublicæ potest res  
vendere cariori pretio, cæteris pri-  
vatis; ita cum Medina, & Caetano  
Lessius lib. 2. de *justit. cap. 21. dub.*

4. n. 24. Torrecilla *ibid.* Quando-  
quidem est pretio estimabile, quod  
Mercator in beneficium hominum  
suas merces expositas teneat, & in  
hoc inserviat Reipublicæ, hanc li-  
berando ab onere querendi alibi  
merces: Quare si res à persona  
privata summo pretio, decem v. g.  
coronatis venditur, à Mercatore  
ratione sui officij carius vendi po-  
test: Porro quantum possit esse  
lucrum Mercatoris M. Lumbier *in*  
*sum. tom. 2. frag. 9. de justit. & jure,*  
*num. 1561.* Sentit hoc prudentis  
judicio jubisciendum esse; quia in

aliquibus mercibus multum est lu-  
crum, in alijs modicum, & quod  
melior regula sit pretio communiter  
sine dolo introducto stare.

37. P. P. R. dico etiam meam  
culpam, res creditò datas me ven-  
didisse altiori pretio, quam alias,  
numerata pecunia venditas.

C. Accepit ne V. D. altius pre-  
mium ea dumtaxat opinione, quod  
præfens pecunia sit estimabilior ab-  
fente, seu futura? quia hic titulus  
non sufficit, & damnatur ab Innocen-  
tio XI. ut dixi *num. 35.*

P. P. R. Ob hujusmodi titulum  
res non vendidi cariori pretio, sed  
ob periculum sortis, & ob multas  
difficultates, & expensas in exigen-  
do, & recuperando pretio.

C. His conditionibus concur-  
rentibus, non est illicitum, nec  
damnatum altiori pretio res cre-  
ditò datas vendere, quam pro nu-  
merata pecunia: pretium autem  
justum pro mercibus credito datis  
accipiendum est id, quod sine dolo  
cum Mercatoribus communiter  
decernitur. Sic Lumbier *ibid. num.*  
*1557. & seq. videatur etiam P. Tor-*  
*recilla supra num. 53. & seq.*

38. P. Sic pariter dico meam  
culpam P. R. quod conventione  
facta inter omnes Mercatores de  
quadam merce, supremo pretio  
vendenda, & quod nemo eam mi-  
noris venderet, ego pariter eodem  
summo pretio eam vendiderim.

322 Tract. XVI. De alijs statibus particularibus.

C. Hac conventio Mercatorum est & vocatur Monopolium, & si convenienter de vendanda cariori, quam justo summo pretio, certum est, quod graviter peccassent, cum onere restitutionis: & de facto peccant ad minus contra charitatem, conveniendo in monopolio de vendenda summo, & non minori pretio, quia cum hac confoederatione privant emptores modo emendi merces inferiori pretio: Controversia est, an peccent contra justitiam, conveniendo in monopolio de vendenda re summo, & rigoroso pretio. P. Caspensis tom. 2. tract. 19. de contract. diff. 4. sect. 15. num. 88. putat cum Rebello, & Turriano in hoc casu delinqui contra justitiam cum obligatione restitutionis; contrarium tenet cum alijs Bonacina tom. 2. diff. 3. de contract. q. 2. p. 5. num. 2. idem docet cum Aragonio Villalobos tom. 2. tract. 21. diff. 17. num. 4.

39. Haec secunda sententia est probabilis; quia non est contra justitiam vendere justo pretio: atqui pretium summum est justum: ergo convenientibus mercatoribus de vendendis mercibus summo pretio, non operantur contra justitiam, & consequenter ad restitutionem non obligantur: Nihilominus primam sententiam probabilem censeo, quia libertas in hominibus emendi res medio, & infimo pretio, est pretio estimabili

lis: sed sic est, quod in monopolio, & conventione Mercatorum de vendendis rebus dumtaxat summo pretio, priventur homines libertate emendi eas medio, & infimo pretio: ergo in hoc monopolio privant eos re pretio estimabili subsumo, atqui est contra iustitiam privare homines re pretio estimabili: ergo in hoc casu peccant Mercatores contra iustitiam cum onere restitutionis.

Verum in ordine ad V. D. probabilius puto, quod cum non conspiraverit cum his mercatoribus, potuerit vendere merces pretio, de quo ipsi convenerant: Sic Reginaldus, & alijs apud Dianam part. 1. tract. 8. resol. 24. ratio est, quia V. D. vendidit eo pretio, quod est commune, sed pretium commune justum est, etiamsi sit auctum per fraudes aliorum: ergo V. D. vendidit justo pretio, & aliunde non habuit partem in privando monopolium homines libertate: ergo recte potuit quo ad pretium conformare ijs, qui exercuerant monopolium.

40. Datur alia species monopolij; & est, quando convenienter qui Mercatores in emptione aliqui mercis, ne alijs detur locus eadem emendi, & vendendi, & cum tam in emptione, quam in venditione non excedatur aequitas justi pretij, nec ulla adsit fraus, aut alijs; probabiliter puto, pon

contra juli  
polium: f  
41. P. I  
quod ad fa  
merces, ju  
verim, m  
reipla oct

C. Jura  
ligendo de  
tatis exper  
seu vediag

P. Omi  
C. Pote  
dacio uti  
non sit int  
veritatem:  
fuisse, qu  
putatis exp  
lis, cum  
admittatur:  
tract. 10. si

42. P. P  
quod aliqui  
tum emeri  
cipitate da

C. Est ce  
ptus is,  
pecunia in c  
rum, prae  
do sequent  
pendere pe  
nne, conve  
floribus sol  
dera lanca  
bus, antec  
flor postm  
metur dare  
anticipata

## *Cap. VII. De officio, & statu Mercatorum.* 323

contra justitiam hujusmodi monopoliū: sic Caspensis *jupr. n. 92.*

41. P. P. R. dico meam culpam, quod ad faciliū vendendas aliquas merces, justo tamen pretio, jura verim, mihi constitisse decem, & re ipsa octo tantum constituerant.

C. Juravit ne hoc V. D. subintellegendo decem constitisse computatis expensis vecturæ, portorijs, seu vectigalibus, periculis?

P. Omnino P. R.

C. Potest Mercator absque mendacio uti amphibologia ( modò non sit interna ) ad occultandam veritatem; & jurare decem constitisse, quod octo constituit, computatis expensis, portorijs, periculis, cum quibus merces decem estimatur: ita docui i. pars prax. trad. 10. sub. num. 87. pag. 361.

42. P. P. R. dico meam culpam, quod aliqua infra infimum premium emerim, ob pecuniam diu anticipatè datam.

C. Est contractus valde usu receptus is, quo datur anticipata pecunia in emptione aliquarum rerum, præfertim lanæ; quod fit modo sequenti: Mercator cupit impendere pecunias in emptione lanæ, conventionem facit cum Particularibus solvendi protinus tot pondera lanæ octo, vel decem mensibus, antequam colligatur, & Pactor postmodum suo tempore tenetur dare lanam: si præcisè ob anticipatam solutionem emeren-

tur lanæ infra justum earum premium, esset contractus injustus, ita Villalobos *supra diff. 7. num. 12.* Poteſt tamen cohonestari cum aliqua ex rationibus mox dicendis.

43. Dicat mihi fuit ne periculum fortis, seu suæ pecuniæ, aut non obtinendi deinde lanas? nam ob hujusmodi periculum poterat tanti minoris emere, quanti æstimabatur periculum.

P. Modicum, aut nullum fuit ejusmodi periculum, quia cum viris fidelibus fuit factus contractus.

C. Ob anticipatam pecuniam cessat ne aliquod lucrum V. D.? etenim etiam lucrum cessans est pretio æstimabile, & justus titulus vendendi cariori, & emendi minori pretio.

P. Nullum lucrum exinde mihi cessavit, cum aliam paratam pecuniam habuerim, in meis negotijs impendendam.

C. Dabantur ne multi, qui venderent lanas, aut merces, anticipatam solutionem recipiendo?

P. Ita P. R.

C. Et erant pariter multi, qui anticipata solutione merces emerent?

P. Non P. R. quinimodo pauci.

C. Unus ex titulis minoris vendendi res, est multitudo venditorum, & paucitas emptorum; quare si multi sint venditores lanarum, & mercium pro anticipata solutione, & pecunia, & pauci hoc modo

## 324 Tract. XVI. De alijs statibus, particularibus.

emptores; ob hunc inquam titulum videtur posse cohonestari emptionem lanarum, & mercium minori pretio anticipando solutionem: Vide Caspensem tom. 1. lib. 3. part. 5. tract. 2. doc. 7. Villalobos supra num. 13. Nihilominus in hoc casu lanarum Navarrus in Manuali cap. 23. num. 28. est contrariae opinionis, eumque sequuntur alij Autores: verum licet ego tuiorem hanc Navarri opinionem existimem, oppositam tamen non improbabilem censeo, posito aliquo ex supradictis titulis seu circumstantijs pro justificatione contractus. Videatur etiam Diana p. 1. tract. 8. resol. 22.

44. P. Dico pariter meam culpam P. R. me carius vendidisse res, quae in officina minutatim, quam quae in magna quantitate emuntur.

C. Causa augendi, vel diminuendi pretium est modus vendendi, nam aliquando una res carius venditur uno modo, quam alio; primo, si merx minutatim vendatur, carius venditur, quam si vendetur in magna quantitate; ita Petrus de Navarra de refit. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 47. cum communis Bonacina tom. 2. disp. 3. de contract. q. 2. punt. 4. num. 21. secundo, si merx ultrò offeratur, vilius venditur, quam si non offerretur juxta tritum sermone proverbium: *Ultro nea merces pro tercia parte vilescent.* ita Emanuel Sa verb. emptio num. 4. Filliucius num. 70.

& alij communiter, tertio etiam, quando est major copia minutatim, quam in magna quantitate emptorum, quia hoc modo vendendi plures merces Mercator pereunt.

Utrum liceat Mercatori exercere suum officium, quando est in proxima occasio peccandi, constat ex supra dictis de Chirurgis, cap. 4. num. 26.

## C A P U T VIII. De Officio, & Statu Sartorum.

45. P. P. R. confiteor, me detinuisse aliqua frusta vestimentorum.

C. Habuit ne V. D. justam solutionem sui laboris à Dominis vestimentorum?

P. P. R. Modò solutio est valde tenuis, & diminuta, in cuius compensationem ea frusta mihi reservavi.

C. Absolutè loquendo peccant contra justitiam cum onere restitutionis Sartores, sibi retinentes frusta vestimentorum; præterquam si vel Domini in hoc non sint inuiti, vel defectu justæ solutionis ea sit retinerent: quo circa P. Moya in suis select. tom. 2. ad tract. 6. disp. 4. quæst. 3. num. 11. cum Sanchez, & Lugo dicit: Confessarios possit præstare fidem sartoribus boni conscientiae, communiter affirmantibus,

abus, r  
borem,  
nem ea  
dit cum  
haberel.  
Magistr  
respectu  
cut Don  
solvore  
frusta de  
strisolen  
ratores,  
dem ca  
lalobos &  
num. 7.

46. P  
ex comm  
emisse p  
vestiment  
verè de  
ulham p  
medium  
na, hanc  
tinui.

C. M  
urgrata  
ad suam  
mercium  
fuit ejus  
neus?

P. P.  
nisi dec  
scio-eun  
didisse;  
nori pre

C. S  
tor eam  
V. D. c

bus, non sibi sufficienter solvi labore, ac in hujus compensacionem ea frusta sibi retinere: Et ad dictum Lugo Moya *ibidem*, hoc haberel ocum, non solum respectu Magistrorum artis, verum etiam respectu mercenariorum; nam si cut Domini vestrum solent minus solvere sartores ex eo, quod sibi frusta detineant, ita pariter Magistrorum solent minus solvere suos labatores, seu mercenarios ob eandem causam. Videatur etiam Vilalobos *tom. I. tract. 25. diffic. 14. num. 7.*

46. P. Confiteor etiam P. R. me ex commissione cuiusdam personæ emisse pannum pro conficiendo vestimento; Mercator autem etsi vere decem Regalibus venderet ultimam panni, mihi tamen remisit medium regalem pro qualibet ultima, hancque partem pretij mihi restitui.

C. Mercator respexit ne V. D. ut gratiam sibi redderet, & iterum ad suam officinam pro emptione mercium eam invitaret, vel quia fuit ejus amicus, aut consanguineus?

P. P. R. dixit mihi se alteri non nisi decem venditum, & certò scio eum ordinariè tali pretio vendidisse; in gratiam vero mei minori pretio vendere.

C. Si verum esset, quod mercator eam partem pretij in gratiam V. D. cederet, docet Filiucius

apud Dianam *part i. tract. 8. resol. 2.* quod fideliter peracto negotio personæ, potuerit sibi retinere eam partem pretij, quia inquit, si sartores fideliter agant negotia eorum, pro quibus mercem illam emunt, non appetat ulla injustitia in accipiendo ejusmodi pretio: revera enim magni refert Mercatoribus, ut Sartores potius ad suam officinam veniant, quam ad alias: & ex altera parte non pluris venditur merx, quam valet: & alteri cumque traderet. Sartores autem, qui pro alijs emunt, & dicunt illis Mercatores se in ipsorum gratiam minoris rem vendere, quam essent vendituri, nihil possunt sibi retinere: quia Mercatores falsò hæc dicere solent, ut allicant Sartores, ut à se ipsis emant, & non ab alijs, ita Salas apud eundem Dianam *ibi* quod puto verisimile, quia cum Mundus in maligno positus sit, talis modus agendi, erit potius industria Mercatoris, quam veritas, & ingenuitas, ac proinde sententiam Salas esse sequendam.

47. P. Confiteor pariter P. R. me nonnullis diebus festis laborasse.

C. Factum fuit ne hoc diuturno tempore? quia modico tempore: v. g. per horam, aut paulò plus, non esset culpa gravis.

P. P. R. quandoque ultra tres, & quatuor horas laboravi.

C. Fortè ex vera, & sola necessitate?

P. Non semper, interdum potuissem id prætermittere.

C. Opus servile, est diebus festis prohibitū, uti est munus consuendi; licebit tamen in casu solius necessitatis v. g. consuere vestes lugubres, & illorum omnium, qui ijs indigent ad servandam decentiam status, vel concurrente aliqua ex ijs causis, propter quas diebus festis licitum est laborare. Videatur *1. pars mea Trax. tract. 3. cap. 2. num. 10. pag. 65*

Notandum incidenter Sartores præcisè vi sui officij non excusari à jejunis præceptis; ut dixi loc. cit. cap. 3. & dico tract. 17. seq. in explanatione Propos. 30. damnatae.

## C A P U T IX.

### *De alijs Statibus, & Officijs particularibus.*

NE opus nimiū ex crescet, in hoc capite breviter colligam speciales obligationes quorundam Officialium per sequentes §§.

#### §. I.

##### *De Pictoribus.*

48. Pictores pingentes præcibus adolescentis imaginē pueræ mortaliter peccant, si credant adolescentem imaginem adhibitum ad libidinem. Azorius in *inst. moral. tom. 2. lib. 2. cap. 18.*

queſt. 9. Bonacina *tom. 2. disput. 2. de peccat. queſt. 4. part. 2. §. unic. num. 29.* Peccant etiam ijs, qui in differenter pingunt, & vendunt profanas imagines ad luxuriā provocantes, v. g. nudas foeminas, &c. Picturæ, quorum pretium à lege, vel communi aestimatione non est taxatum, si sint singulares, possunt ab ijs tanti vendi, quanti vendi possunt absque dolo, & fraude. Vide *Dianam part. 1. tract. 8. resol. 56.* Quamquam nonnulli Doctores à jejunio excusent Pictores; ego tamen puto, quod labor pingendi non sit ex natura sua incompatibilis cum jejunio; spectata tamen debili aliquorum complexione potest primum verificari: ita Lessius *lib. 4. de justit. cap. 2. dub. 6. n. 43.* Delineare imagines diebus festis; non verò eas pingere, tanquam licitum Pictoribus concedit Sanchez *Verb. Festum num. 5.* alij etiam pingere, si gratiā animum reficiendi, aut discendi fiat, quia tunc commoditas corporis non spectatur: Ita Angelus, & alij, quos refert Palauis *tom. 2. tract. 9. de observat. Fest. disp. 2. p. 5. n. 6.* & alij, si fiat etiam ratione lucri, aut mercedis acquirendæ: sic cum Cajetano, & alijs Layman *tom. 2. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 4.* quod non improbabile mihi videtur; molire tamen colores est opus servile adeoque diebus festis minimè licitum.

**S. I I.**

*De Piscatoribus, & Venato-*  
*ribus.*

49. Probabile est, leges prohibentes venationes, & pescationes in montibus, & flavijs communibus, esse poenales, nec obligare in foro conscientia; at tamen si Venator culpabile damnum inferret seminatis &c. peccaret contra justitiam cum onere restitutionis: Estò controversum sit inter DD. an Venatio, & pescatio sint actiones serviles; affirmativam ego teneo, proindeque diebus festis esse prohibitas: Sic Fagundez, & alij, quos citat, & sequitur Palau *supra num. 9.* Non comprehenditur tamen pescatio facta cum arundine, nec pescatio Thunnorum, qui certis temporibus solent apparere, cujus pescatio illo tempore facienda est, quin minus magna ex parte amitteretur: Vtrum a jejunio sint exempti Venatores, & Pescatores? pro ratione majoris, vel minoris laboris vel roboris corporis hominum hoc munus exercentium; erit ferdum judicium, quod explorandum est ab ijs, qui venationi, aut pescationi incumbunt; illi verò, qui re-creationis causa hoc faciunt, non audeo afferere occurrente jejunio, quod possint huic ministerio incumbere, ac per hoc ab obligatione jejunij se eximere; quam-

tumvis non ignorem aliquos dicturos, hoc non esse fraudulenter operari, sed evitare præceptum. Videatur Marchadus *tom. 2. lib. 6. part. 8. tract. 9. docum. 21. per totum.*

**S. III.**

*De Sutoribus, ac alijs in*  
*Republica Venditoribus.*

50. **L**icitum est Sutoribus vendere calceos diebus festis, sive sit hoc ob consuetudinem, sive ob modicum tempus, quod in hoc insinunt: ita Leander à Sacramento *part. 3. tract. 1. disp. 5. quæst. 12.* Non tamen licet eos reficere, aut perficere (quod vulgariter dicitur pulire) cum hujus modi opus sit servile; nec datur consuetudo legitima in hoc genere favorabilis, proindeque viri timorati id non exercent, ob parvitudinem materiae potest non esse mortale, quinimò ex causa aliqua nullum erit peccatum. Contra justitiam peccant, vendendo pelles modicæ durationis, ac si essent Balearicæ pelles. Non sunt obstricti futores jejunio, ut dixi *1. part. præx. tract. 3. cap. 3. sub. num. 22. pag. 69.* quod docet cum Azorio, Lessio, Reginaldo, & alijs Leander *ibid. tract. 5. disp. 8. quæst. 66. & quæst. 68.* addit non solum excusari à jejunio consuentes calceos, sed etiam Magistros abscentes, modo

modò tota die huic exercitio va-  
cent.

Quod est in hujusmodi Opifici-  
bus summopere animaduer-  
dum, est, calceare fœminas : res,  
quæ attenta humana fragilitate est  
valde periculosa , adeoque mora-  
liter difficillimum mihi videtur ,  
quod non sit occasio proxima pec-  
candi; quapropter non facile absol-  
verem eos, qui non habent verum  
propositum abstinenti ab hoc pe-  
riculoso ministerio. In Sartoribus  
pariter solet esse aliquod periculū  
( licet minus ) quando metiuntur  
corpora fœminarum pro consuen-  
dis earum vestibus, quod absolute  
non damno tanquam occasionem  
proximam, nisi respectivè ad hanc,  
vel illam personam.

51. Alij Oplices, qui vendunt,  
ponderant, mensurant, ut sunt  
Laniones, Tabernarij, & Caupo-  
nes, qui fraudulenter agunt pon-  
derando, aut vinum cum aqua  
adulterantes, non tantum pecc-  
ant, verum etiam tenentur resti-  
tuere, aut personis damnificatis,  
vel si haec essent ignotæ, ut ordina-  
riè contingit propter copiam emp-  
torum, restitutio poterit fieri, vel  
augendo pondera, & mensuras,  
ut volunt aliqui, vel distribuendo  
eleemosynas, vel cum Missis, aut  
Bullis compositionis, ut magis piè  
alij docent.

Plures aliae artes dantur, ad quo-  
rum omnium tractatum majus vo-

lumen requireretur : ex principijs  
tamen & doctrinis adductis circa  
supradictos status facile possunt  
aliae pro cæteris omnibus inferri

## C A P U T Vltimum.

*Exhortatio , per quam  
cujuſuis conditionis penitentes mou-  
ri possunt ad contritionem , vel at-  
tritionem suorum peccato-  
rum.*

Cum ad propositam brevitatem  
particularem exhortationem  
in fine cujuſuis status, & officij,  
extendere non conducat, hic uni-  
cam tantummodo omnibus perfec-  
tis, communem ponere volvi pro-  
incitando peccatore ad suarum  
culparum dolorem ; & quamvis  
pag. 317. p. 1. hujus prax. tract. 9. 6. 1.  
proposuerim ad hunc finem aliquas  
rationes, operæ tamen premitum  
duxi, hic alias adiungere, ad hoc  
ut Confessarij utrasque præ manu-  
bus habentes, possint eas adhibe-  
re, quæ sibi magis efficaces ad  
Suadendum penitentibus, vide-  
buntur : & ad majorem claritatem  
hoc caput dividam in varios §§.

## S. I.

### *De dolore Peccatorum.*

1. **M**ateria proxima Sacramen-  
ti penitentiae, sunt actus  
penitentis ; & hi tres eaumeran-  
tur : Oris Confessio, Cordis con-  
fessio,

# *Cap. Vlt Exhortatio ad dolorem peccatorum.* 329

titio, & operis satisfactio : Oris Confessio , est accusatio integra in Sacramento Pœnitentiae de proprijs peccatis cum suis circumstan- tias speciem mutantibus, facta Sa- cerdoti, ad absolutionem illorum abeo recipiendam prævio diligentि eorumdem examine: Cordis con- trito est cordis dolor , per quam peccatori displicet peccatum à se ipsopatratum, in DEI optimi maxi- mi contemptum cum proposito il- lud vitandi : satisfactio est passio voluntaria pœnæ pro peccato à Confessario impositæ ad placandū DEUM ; quæ satisfactio *in voto*, est pars essentialis Sacramenti Pœni- tentiae ; & *in re* est pars integrali: De satisfactione dictum est 1. pari. tract. 9. cap. 4. pag. 332. mo- dò de contritione differat , quæ duplex est , una perfecta , altera imperfecta , quæ vocatur attri- tio.

2. Contritio profecta : est dolor de peccatis *assumptus propter DEUM* summe dilectum , cum proposito con- fidendi , & non peccandi de cætero: Contritio imperfecta , seu attritio , est dolor de peccatis *assumptus propter saitatem peccati* , vel timorem infer- ni , &c. una ex his requiritur , & quamvis est sufficiens ad valorem , & fructum Sacramenti pœnitentiae , quamvis contritio perfecta sit magis tuta, Advertendum tamen , attritionem naturalem non suffi- cere, sed requiri supernaturalem:

Porrò attritio naturalis est dolor de peccatis ob motiuum aliquod naturale , v. g. is , qui dolet de pec- catis ob infamiam inde sibi obven- turam , vel ob amissionem sanitatis , bonorum , aut aliarum rerum temporalium , dicitur habere attritionem naturalem ; quam non sufficere dixi 1. part. tract. 10. n. 220. pag. 397.

## §. I I.

### *Motiva ad Contritionem* Peccatorum.

3. *O Mnis Peccator est ignorans* ; dixit , ut Gentilis Philo- sophus , quia nec peccati umbra adeisset in mundo , si peccator ad immensam bonitatem , quam per suum peccatum offendit , reflecteret : proindeque homo etiam sa- piens , peccando inter ignorantibus annumeratur , siquidem dignita- tem DEI , quam peccando à tergo abiicit , non considerat : hancque notam V. D. per peccatum incurrit : magna igitur summum bonū offendere , fuit stultitia ; & tamen contra Majestatem adeo amabilem patratas culpas audire miserabilis necessitas est.

4. V. D. offendit DEUM futūm , qui eam ex nihilo creavit , & ad statum existentiae reduxit , cum in statu possibilitatis , in quo millenæ creaturæ possibiles permanent , eam relinquere potuisset. Nec

T.

eam

330 Tract. XVI. de alijs statibus, particularibus.

eam dumtaxat creare placuit, sed aliam gratiam singularem adiunxit, nimirum creasse hominem ratione præditum, licet Brutum, arborem, plantam, petram, vilissimum, & putridum vermem facere potuisse: hominem, inquam, fecit ad imaginem, & similitudinem suam, & ternaque gloriae compotem: quid ni cæcitati, surditati, deformitati, dementiæ, aliisque permultis defectibus obnoxiam facere non poterat? & tamen potentiss, ac sensibus perfectam formavit, Præterea non inter Barbaros, Gentiles, Turcas, aut Hæreticos, sed inter Catholicos suam vitam primordia, ac Baptismi S. Sacramentum habere decrevit. Vitam datum, & usque modò conservatam, in quod V. D. impedit? in offendas, ingratitudines, & injurias; de his Divina ejus Justitia absque ulla injustitiae nota vindictam sumere, ac ad inferna eam detrudere potuisse. Ast, oh magna DEI Pietas, & bonitas! silvit, patiens fuit, sustulit; In compensationem beneficiorum V. D. offendas iterabat; & tamen immensus ejus amor has multiplicatis favoribus rependebat; Oh quantus esse deberet dolor V. D. de DEI tam amabilis offensa!

5. Ad hæc Benignitas DEI illatas sibi injurias non solum sufferre, dissimulare, easque dimittere, quin etiam Majores misericordias

eam vocando, dum DEI sui oblita erat; adiucere volvit: nunquid V. D. inter suorum criminum tenbras, cœlestis lucis radios, sui cordis cogitatem detergentes, nouo experta fuit? quid nam proprie conscientiae latratus fuere? nisi DEI voces de profundo culpæ hargo eam excitantes? Post animam suam currebat DEUS, quando hæc à DEI conspectu fugiebat; clamabat DEUS ad cor, quando hoc eum audire renvebat: lucis radios in spiritum infundebat, quando spiritus in tenebris vivere satagebat: Oh Bonitas infinita! Oh quam ingens Domine est tuus amor! Fortassis creaturis mihi DEUS indiges? haud quaquam, quinimò creaturæ absque tua Divina assistentia nec respirare valent; quomodo ergo Creaturæ tam parvi tuam potentiam pendunt? quia magnitudinem tuam non considerant: ejus æquanimitatem non perpendunt? quia misericordiarum tuarum non est numerus. Quis igitur de tam supremæ Bonitatis offensa non intenſe dolebit?

6. Si DEI Bonitatis magnitudinem adhuc magis V. D. noscere peroptat, sua mentis oculos in Sanctissimum ejus Filium Unigenitum JESUM CHRISTUM Dominum nostrum elevet: Recogitet, quod cum esset propter peccatum miserè Mundus perditus, cœlum à ferrea culpa clausum, & infernum ad devoran-

Devora  
Divina  
re, ead  
cum id  
donanc  
faciend  
tamen,  
lonalite  
scender  
ad salv  
DEUS  
summo  
diligenc  
delenco  
peccati  
minori  
rea eleg  
impastil  
te, & d  
tuifset,  
sibilis,  
abiectu  
culo pra  
ita subi  
opprobri  
pertate  
tates, &  
& torna  
totus c  
poenaru  
continu  
the exer  
7. P  
sue pe  
quoque  
dit; cea  
minibiu  
terim t

## *Cap. ult. Exhortatio ad dolorem peccatorum.* 331

devorandos peccatores reseratus,  
Divina ejus pietas tot malis obviā  
ire, eaque reparare decreverit; &  
cum id, aut gratis peccata con-  
donando, aut per Angelum sati-  
faciendo facere potuisset, malvit  
tamen, ut ipsemet DEI Filius per-  
sonaliter ad nos redimendos de-  
scenderet. Oh pietatis abyssus!  
ad salvandam ingratam Creaturā  
DEUS offensus in Mundum venit?  
summopere ergo Rex cælestis est  
diligendus, ex eo, quod in terram  
descenderit, ut homines à tyranica  
peccati servitute liberaret, ac non  
minori ob modum, quem propte-  
re elegit, affectu prosequendus:  
impassibilis, immortalis, Majesta-  
te, & dñitatis afflīvens apparere po-  
tuisset, & tamen mortalis, & pas-  
sibilis, pauper, & humilis, vilis, &  
abjectus, comparvit: in pauper-  
culo præsepe temporum inclemen-  
tia subiectus nasci; persecutio-  
nes, opprobria, ludibria, injurias, pau-  
pertatem, famem, sitim, anxie-  
ties, labores, dolores, poenas,  
& tormenta sustinere dignatus est,  
totus denique vitæ illius cursus  
poenarum seminarium, dolorum  
continatio, diutinumque patien-  
tie exercitium fuit.

7. Postremò ad ultimam vitæ  
fusæ periodum redactus, amoris  
quoque sui signa evidentiora ostendit;  
celestem suam doctrinam ho-  
minibus, impijs eorum censuris in-  
terim toleratis, communicare non

dedignatus est: insanire, docemo-  
nium habere, peccatorem, blasphemum,  
proditorem, ac seductorem  
vocari non abhorrit: pre-  
ciosissimum sanguinem in passione  
sua effudit, flagella, spinas, colaphos,  
sputa, irrisiones non tim-  
vit: clavis configi, in cruce pen-  
dere, inter angustias mori compa-  
lacit: Quis Domine in hoc salu-  
tiero ligno te coactavit? tuus  
amor, tua bonitas, tua Clemen-  
tia. Oh bonitas sine termino!  
materia, ex qua hi sanguinei clavi  
confecti sunt, sclera mea fuere:  
extensis brachijs Summus DEUS  
in eo ligno stat, ut ipsummet pec-  
catorem Crucifixorem dulciter re-  
cipiat: quod & V. D. misericor-  
diter præstabit, modò ejus invitationi  
liberè, & ex corde annuat,  
jam dudum eam expectat, quamvis  
dulces ejus amplexus turpiter  
averterit: negligentiam ergo suā  
detestetur, ingratitudinem de-  
fleat, quia magnum, & amarum  
est dereliquisse Dominum DEUM  
suum.

8. Ex Sacrofancis tot beneficio-  
rum effectibus immensa, infinita,  
ac æterno amore digna bonitas  
Domini pauluscum dignoſci po-  
test: etenim omnis perfectio, pul-  
chritudo, & bonitas creaturarum  
est participata, & in eas ex copioſi-  
ſimo Divinæ Bonitaris fonte dif-  
fluit: florū pulchritudo, prato-  
rum amænitas, aquarum candor,

aëris subtilitas, ignis activitas, frumentum varietas, apium dulcedo, lucis claritas, solis radij, lunæ splendor, stellarum fulgores, cœlorum motus, ac demum tota creaturæ venustarum species, & decor est fermè indivisibilis perfectionis particula, ijs à summo Bono omnem creaturarum bonitatem participatam eminenter, & in gradu infinito in se continente communicata: Hoc bonum infinitum necessariò à Beatis, quia clara ejus visione fruuntur diligitorum; non sic autem à viatoribus quia id cognoscere negligunt; & hâc de causâ hujusmodi bonum V.D. offendit, modò ergo infinitam ejus bonitatem perpendat, ac DEUM omni amore dignum, pro vilissimæ creaturæ dilectione dereliquisse summe esse dolendum inferat; quapropter inscitiam suam defleat, errores detestetur, ac crimina DEI offensiva se commisso doleat.

### S. III

#### *Motiva ad Attritionem Peccatorum.*

9. **SI** V. D. animam suam amat, ac miserandum statum, ad quem eam reducit peccatum, considerat, intensissimus exinde proveniens dolor erit. Peccatum mortale est gladius acutus, crudelem animæ mortem afferens: *Homo per peccatum occidit animam suam.* ait

Sapiens *Say. cap. 16.* mors temporalis corpus animâ privat; & peccatum DEI gratiam ab eadem auferit; oh quam lacrymabilis perditio? ncedente anima mox corpori foctor, corruptio, putredo, vermis, cinis, horror, & omnia visu detestanda succedunt: sic pariter descendente DEO confessum venit in animam peccatorum foctor, corruptio criminum, vitiorum putredo, conscientiae vermis, vanitatum cinis, infidelitatis horror, & fit in corporis sepulchro vivo funus animæ jam sepultæ. Quare si à sepulchro lapis cadaver cooperiens tolleretur, deformitates ibi latentes non absque gravitate nausea conspici possent. ita quoque si corporis lapis ab animâ per peccatum mortuâ detergeretur, nemo ejus fœditatem sufferre valeret. Dæmonis olim tam pulchri, & gratiosi intolerabilis esfervisio; & tamen ejus imago in animâ peccato mortali obnoxia sculpta videtur: Oh quam terribilis visio!

10. Quando anima V.D. grata DEI munita fuit, DEUS quoque possedit eam: ac ejus cor sui Creitoris Thronus gratissimus erat: illa per adventum peccati DEI gratia amissa, Divina sua Majestas ab anima recessit, ejusque dominium in Dæmonem translatum fuit: *Et ingressi habitant ibi. Luca cap. 11. v. 25.* ac proinde cor suum infernali

spirituum : mutatio plena est mons DEUS credita velut n se fracta nus servat ringit ne DEU nem ha Patrem suum h ilius Do illius ty derat? spondet ta delic liberta lem Do ldecreta sua necessaria receder DEUS a Oh mil te dñe offendit suam i dissem.

De P

II. S

spirituum factum est tabernaculum : oh quam horribilis transmutatio ! Anima, quæ prius DEO plena erat, modò totaliter à Dœmone obessa ad invenitur, & quam DEUS veluti Filiam suæ curæ concreditam habere dignabatur, nunc velut mancipium Satanæ habere sejactat, eāmque tanquam Tyrannus servitutis peccati vinculis obstringit: Nonne satis est mi Domine DEUM potius, quam Dœmonem habere comitem ? DEUM ne Patrem, vel Dœmonē dominium suum habere cupit ? Dulcissimi illius Domini Filius, vel sanguinarij illius tyranni mancipium esse desiderat ? primum non dubito respondebit, & tamen propter patrata delicta desiderabilem Filij DEI libertatem perdidit, & abominabilem Dœmonis captivitatem elegit. Idcirco ad hanc avertendam peccata sua deflere, de ijs poenitere necessarium est ; ut ita ab animâ recedere inimicus cogatur, & DEUS ad eandem reverti dignetur. Oh mi DEUS ! qualis dementia fuit te derelinquere ! qualis stultitia te offendere ! oh utinam supremam tuam magnitudinem non offendim.

#### S. IV.

#### De Pœnis peccatorum in hora mortis.

Si homo in vita veritatis lumine, quo in hora mortis

abundat, fulciretur, non tam facile peccatis semitas percurreret. Passiones decipiunt, diaboli fraudibus Christianus allucinatur, ne mortem, & angustias propter peccata in ea sibi obventuras consideret ; & ex hinc suæ perditionis origo : Oh quales angustias ! quales terrores ! quales pœnas peccata sine ullo timore DEI in vita patrata in morte causant ! Huic benè noscit V. D. se esse obnoxiam, & licet ejus memoriam abrogaverit ; ad hanc tamen horam funestam perveniet, in qua juramenta, blasphemie, maledictiones, detractiones, verba obscena, & alia hujusmodi commissa in vita scelera occurrent : quantas experietur angustias in illo exitu ? quali confusione cor eam ita alloquetur ? nunc coram supremo Judice comparere debeo, quem toties meâ sacrilegâ lingua, Sanctissimum ejus nomen absque ulla reverentia proferendo, contempsi ? Nunc turpitudines, obscenitates, illicitæ voluptates severo ejus iudicio subjicientur : ubi modò fugaces illæ delitiæ, quas siti infatibili hydropicus appetitus appetebat ? Oh maledictæ voluptates, quæ protinus advolarunt, & modò cor meum ita torquent, & cruciant. Nunc nosco inauratas fuisse pillulas, venenosam amaritudinem sub apparenti dulcedine afferentes ; illico hæc evanuit, & modo in anima amaritudo diffunditur : Oh

quantum peccata inconsiderate commissa spiritum cruciant! Ah me miserum, eo quod peccaverim! infernum promeritus sum, DEUM meum offendit; nec scio, num ejus pietas mihi pepercera, quia ignoro, utrum bene confessus fuerim, ac verum peccatorum meorum dolor habuerim. Oh si nunquam ea commissem! stolidus gratuidine, & ratione destitutus fui, quia hujus extremi oblitus, angustias in hac hora ob meas iniquitates adventuras non consideravi.

### S. V.

## *De Confusione, in DEI Tribunali à peccatis causanda.*

12. Durum est, eundem adversarium, & Judicem cause habere, prout continget in strictissimo illo Tribunali, in quo idem DEUS ut offensus, adversarius erit, & Judex in seria, & gravissima salutis, aut damnationis æternæ causa. Litigantes in mundo Judicem propitium toto conatu habere satagunt; & in negotio æternæ salutis, aut perditionis ad JESU Christi Tribunal peragendo, non solum V. D. media opportuna ad eum sibi propitium reddendum non procuravit, sed positivè ejusdem indignationem contra se provocavit. Oh peccatorum dementia! tanta solicitude in negotijs

terrenis, & tanta somnolentia in coelestibus?

13. Demum V. D. coram supremo Judice, tanquam rea compare debet: mature nunc confusione ante terribilem ejus aspectum à se sustinendum penset. Quomodo mulier à marito deprehensa in adulterio, coram eodem comparere audebit? animam suam in Sancto Baptismo sibi DEUS desponsavit fidem juratam sacro huic sponsō hujusmodi injuriæ sibi illata concio V. D. fregit, quomodo coram eo comparere non erubescet? quam strictam rationem severushic Dominus petet! Dicito, inquiet, Christiane spuriè, cur me dereliquisti? cur me offendisti? damnum aliquod fortè tibi intulisti? fortassis injurijs te contristavi, aut opprobrijs affeci? aut aliquam tuz infidelitati causam præbui? Nonne te millenis beneficijs, gratijs, & favoribus cumulavi? ex quibus iniquis legibus favores injurijs, beneficia offensis compensare dedicasti? Nunquid DEUM tuum me esse, ac Judicem futurum ignorabam, quoties Confessarij, & Concionatores id tibi dixerunt? quoties ego per inspirationes idem insinuavi?

14. Mature penset V. D. dolosum, & inevitabile hoc punctum, ac horrendum esse incidere in manus DEI viventis, coram quo summa verecundiâ, & tremore eo tem-

pore sistem, super  
iratum C  
fumum  
sed ex to  
roptabit  
ceptabil  
nunc inc  
tere, nu  
cition, I  
valet; m  
fructuosa  
rō ejus la  
contemp

De Pa  
ran

15. INF  
trem  
pernatur  
est motiv  
cax; ut  
duriora  
stationem  
fernus ig  
diffimus  
amus in  
ribilissimi  
Divina Ju  
catorum  
profunda  
tissimis p  
quemalit  
nenatissi  
conibus,  
pote

pore sicut, ac Dcemonem accusantem, supplicium paratum, Judicem iuratum conspiciet. Oh quantum sumnum Bonum non offendisse, sed ex toto corde dilexisse tunc perceptabit? ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; nunc indignationem DEI sui avertere, nunc cum eo pacem, & amicitiam, peccata sua deflendo, inire valet; modò ipsius poenitentia erit fructuosa, & acceptabilis, tunc verè ejus lacrymæ inutiles, vanæ, & contemptibiles.

## §. VI.

### *De Pœnis in inferno tolerandis propter peccatum.*

15. Infernalium pœnarum horror tremens ad attritionem supernaturalem eliciendam, alterum est motivum tam potens, & efficax; ut ejus attenta consideratio duriora corda ad culparum detestationem compellere valeat. Infernus igitur est vilissimus, sordidissimus, foetidissimus, obscurissimus, infimus, ac solo aspectu horribilissimus locus in medio terræ à Diuina Justitia ad vindicanda peccatorum crima præparatus: est profunda vorago, seu campus ignitissimus plenus caminis, spiritibus quemalignis, & ferocissimis, ac venenatissimis brutis, bufonibus, draconibus, omniq[ue] serpentium generi, omni foetore, caligine, &

horrore, atque innumerabilibus peccatoribus deputatis, tot, & tantis supplicijs in medio igneorum, & sulphureorum puteorum, fovearum, & caminorum jacentibus: horum cibus est ardens plumbum, potus pīx accensa, lectus, laminæ metalli ignitæ; eorum solatia sunt lamentationes, gemitus, suspiria, maledictiones, & execrationes: visus, objecta alia non sunt, quam horrendi spirituum infernalium prospectus; Auditus terrendi, ac desperati reproborum clamores, & ululatus: Odoratus, fœtorum spurcitæ, putredines illius horrendi carceris: Gustus rabida fames, ac sitis crudelis; & Tactus prunæ ardentissimæ, dolores, ægritudines, ærumna tormenta: ac proinde miserrimi damnati habent conturbationem, & compressionem in cerebro, planctum in oculis, stridorem in dentibus, fœtorem in naribus, clamorum, & ululatum resumptionem in auribus, sitim in lingua, famem in stomacho, vincula in manibus ac pedibus; & nunc infernalis incendijs ardorem, nunc intolerabilia frigora in omnibus membris.

16. Potentiae spirituales animæ peculiari pœna pariter torquentur, nam memoria cruciatur ex reminiscientia præteriti coram præsenti; quivis enim damnatus semetipsum sic increpabit: propter quid hæc intolerabilia tormenta incurri?

pro-

## 336 Tract. XVI. De alijs statibus particular.

propter momentaneas voluptates, propter bona apparentia, in iectu oculi transfacta, propter vana oblectamenta, quæ in instanti advolarunt: præsentes verò calamitates sine fine durabunt. Intellectus torquetur ob beatificæ visionis carrentiam, & secum discurrendo concludit cum Ezechia: non videbo Dominum D E U M in terra viuentium: pro me jam clausum est Cœlum; occidit spes ingrediendi Gloriam! Angelorum societate non fruar! Cœlorum Reginam, Marrem misericordiæ, solamen affictorum, in æternum videre mihi vetitum erit. Eh eheu! D E U M summum bonum, infinitam, & amabilem illam Majestatem, sacrosanctam esse uitiam, immensam Deitatem, intueri non licebit? voluntas jam contumax, & rebellis cruciatur odio contra D E U M, in detestatione summi Boni absuntur, in ejus contemptu desperato excandescit: Oh me miserum! quam infelix sum, quia talis ex propria voluntate esse volui, alioquin Beatus futurus suavem D E I legem observando, bonam confessionem peragendo, peccata mea deflendo, ac vitam meam emendando: nunc frustra plango, crucior, affligor, uror: quia nimis ferò! Nunquam ergo ab hoc carcere egrediendum erit! nulla in hoc ergastulo erit redemptio! Oh maledicta peccata, maledicta crimi-

na, quæ me æternis tormentis damnarunt.

17. Postremò prædictis confessat, quod in legenda S. Joanni Apostoli recitatur, quemadmodum juvenis quidam à S. Joanne Apostolo resuscitatus à morte multa narravit de gloria Paradisi, & de tormentis inferni. De quibus specialiter octo narravit, quæ continentur his metris.

*Vermes, & tenebrae, flagellum,  
frigus, & ignis,  
Dæmonum aspectus, scelerum confusio, luctus.*

Ecce quæ, & quanta, quam incomparabilis, & imensa, atque perpetua est miseria, poena, & infelicitas damnatorum, certè qui ex prædictis earum descriptionibus non Perterretur, obtenebratus, & obstinatus est corde: nec spiritualiter sentit, sed mortuus est. Verumtamen resipiscat V. D. & de profundo vitiorum emergat, atque ad ista consideranda cordis oculos erigit; & si adhuc peccatum delictat, horum considerationem, & dolorem suæ menti imprimat, ut saltem tantorum horrore suppliciorum retrahatur à vitijs, & ad salutaria dirigatur: nunc deinde sua defeat, pensando se ejusmodi pœnas jam promeruisse, ac fentiam secundum præsentem iustiam jam contra se latam fuisse, me

alid pridum, quod sit ejus dæmonis prævitam fuisse, corrigat, a bonis quæ suppeditat, ac atque tur, Amer Act D<sup>o</sup>MI quo vocare ait Verm DEI infinita B<sup>o</sup> vilis verni li mei am quomodo degener f hominem tu es, qui factio infi mi DEUS fendi sunt valde mo & multum dero. A dentioris te Donini tota mente bus meis. quam vit Domine, am; amo dis, plus e quia te am

aliud pro ea avertenda dari medium, quam penitentiam. Grandis sit ejus dolor, ut à statu perditionis praesenti se liberare queat, vitam suam emendet, mores suos corrigat, in peccata non relabatur; à bonis operibus non torpeat, sicutque supplicia illa horrenda evitabit, ac eternam gloriam consequetur, Amen.

### *Actus Contritionis.*

DOMINE mi JESU Christe: at quomodo te DEUM meum vocare audeo, si ego tuus esse nolui. Verus DEUS, & verus homo; si DEUS infinitæ Bonitatis es, quomodo ego vilis vermis te offendere ausus fui? si mei amore factus es verus homo, quomodo ego à natura hominis degener factus, DEUM mei amore hominem factum contempsi? quia tu es, qui es, summa Bonitas, Persefctio infinita. Oh quam bonus es mi DEUS, cum à vili creatura offendii sustuleris; & quia te amo; valde modicum est, quo te amo, & multum id, quo te amare desidero. Ah utinam te amarem ardenterioris Seraphim amore. Amo te Domine ex toto corde meo, ex totamente mea, ex omnibus viribus meis. Amo te DEUS plus quam vitam meam, amo te mi Domine, plus quam animam meam; amo te dulce pignus mei cordis, plus quam omnia, & solùm quia te amo, te adoro, ac te quæro.

Doleo Domine, doleo DEUS animæ meæ, doleo medullitùs me offendisse tuam infinitam Bonitatem: DEUM tam pium, tam amabilem, nunquam amplius offendere propone, DEUM, in quem credo, in quem spero, cuius bonitatem amo; potius mori, quam fodari firmiter decerno, non meæ fragilitati ininxus, sed de tua pietate, de tua misericordia, de tua gratia confusus, quæ perseverantiae donum in hac vita præstabit, & postmodum ad æternâ gloriam perducet, Amé.

## TRACTATUS

### XVII.

Compendiosa Notitia,  
& Explicatio 45. Propositionum  
damnatarum à Sanctitate Domini  
Nostrí Papæ Alexandri VII. die 14.

Septembribus anni 1665, & die  
8. Martij 1666.

*Advertentiae Generales*  
*circa hoc Decretum Alexan-*  
*dri VII.*

I. **N**Otandum primò omnes propositiones contentas in hoc decreto, tanquam scandalosas, improbables, & practicè falsas damnari, & quamvis aliás non nullæ ex ipsis possent esse speculativè probables, practicè tamen improbables declarantur, proindeque eas ad proxim deducere minime licet.

2. Notandum secundò suam Sanctitatem non tantùm declarare, velut scandalosas, falsas, & improbables dictas propositiones, verùm etiam præcipere, ut nemo eas docere, defendere, publicare, de ijs publicè, aut privatim, coniunctim, aut divisiū disputare præsumat; nisi forsitan impugnando, sub pœna excommunicationis, Sedi Apostolicæ reservata; insuper in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicij, prohibet omnibus Christi Fidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

3. Notandum tertio, quod, tametsi hoc Decret. Alexandri VII. non sit publicatum in Regnis Hispaniæ, non propterea liceat aliquam ex dictis propositionibus ad praxim deducere, cum tanquam scandalosæ declaratae sint à Sede Apostolica, & practicè improbables damnatae à summo Christi Pontifice, qui in hujusmodi materia errare nequit; Verum est, quod si quis in Hispania ad praxim deduceret aliquam dictarum propositionum, licet mortaliter peccaret, probabile tamen est, quod non incurreret excommunicatione latam à Sua Sanctitate contra transgressores, nec erit violator præcepti Sanctæ Obedientiæ in dicto De-

creto impositi, juxta dicta tom. I. Confer. tract. 3. Confer. 2. §. 2. num. 27. & seq. quia probabile est, leges Pontificias non obligare in singulis Dioecesisbus, & Provincijs, in quibus non promulgantur; ut dñi loc. cit. confer. confer. I. §. 2. num. 7. quod etiam docet cum Medina, & alijs Diana part. I. tract. 10. resol. 8.

4. Notandum quartò quod quicunque in Hispania docuerit, defenderit, ediderit, vel disputative publicè, aut privatim tractaverit de propositionibus damnatis à Sanctitate Innocentij XI. ad Sacrum Inquisitionis Tribunal denunciandis sit; non item, qui docuerit &c. damatas à Sanctitate Alexandri VII. ratio est, quia suprema Inquisitio publicavit, & acceptavit Decretum Innocentij XI. sibi reservando pœnam transgressorum, die 24. Junij 1679. quod non fecit cum Decreto Alexandri VII. ergo quicunque docuerit &c. aliquam propositionum damnatorum ab Innocentio XI. ad Sacrum Inquisitionis Tribunal denunciandis erit, securus verò de damnatis ab Alexandro VII.

5. Notandum quintò, quod quamquam aliqui Doctores doceant, cessante fine legis, cessare totaliter ejusdem legis obligationem, ut videri potest in meis confer. supra confer. 8. §. 1. & alii dicant leges fundatas in præsumptione, cessare cessante præsumptione;

ne; ut  
tract. 6.  
hoc tan  
his Decr  
falsas p  
cebit ac  
tivo, q  
sumptio  
Verum  
cessitat  
dicitarum  
xim de  
Lumbie  
Proimio  
  
P R  
  
Homo n  
pore i  
Spei,  
torum  
pertin  
  
6. H  
  
XI. asse  
sere cad  
& secun  
te, & ce  
dem Po  
actus C  
gat, qu  
& non H  
justifica  
doctrina  
les, ad  
actus vi

ta tom. 1.  
§. 2. num.  
est, leges  
in singulis  
s, in qui-  
; ut dñi  
2. num. 7.  
ledina, &  
o. refol. 8.  
quòd qui-  
uerit, de-  
sputative,  
ractaverit  
atis à San-  
d Sacrum  
enuntian-  
ui docue-  
itate Ale-  
a suprema  
acceptavit  
I. sibi re-  
gressorum,  
non fecit  
VII. ergo  
aliquam  
orum ab  
um Inqui-  
uncianus ab  
mnatis ab  
, quod;  
tores do-  
is, ceflare  
obligatio-  
men con-  
& aliij de-  
esumptio-  
ne;

ne; ut retuli part. 1. mea prax.  
tract. 6. cap. 10. num. 167. pag. 195.  
hactenù minimè habet locum in  
his Decretis damnantibus tanquam  
fallas propositiones, quas non li-  
cebit ad praxim deducere eo mo-  
tivo, quòd cesset finis, aut præ-  
sumptio dictorum Decretorum:  
Verum est, in casu extremæ ne-  
cessitatis nefas non fore aliquam  
dictarum propositionum ad pra-  
xim deducere; ita cum Hozes,  
Lumbier, & Filgueira Torrecilla in  
proemio, diffc. 5. num. 22.

## PROPOSITIO I.

Damnata.

*Homo nullo unquam vita sua tem-  
pore tenetur elicere actum fidei,  
Spei, & Charitatis ex vi præcep-  
torum Divinorum ad eas virtutes  
pertinentium.*

**H**æc Propositio coincidit  
cum propositione 16.  
damnata ab Innocentio  
XI. afferente, Fidem non cen-  
dere cadere sub speciale præceptū,  
& secundum se ad eam obligante,  
& cum Propositione 7. ab eo-  
dem Pontifice damnata, juxta quā  
actus Charitatis tunc solum obli-  
gat, quando tenemur justificari,  
& non habemus aliam viam, qua  
justificari possumus: Omnes hæ-  
doctrinæ sunt falsæ, & improbabili-  
les, adeoque afferendum est,  
actus virtutum Theologicarum ex

vi præcepti Divini per se obligare,  
quod constat ex sacris litteris;  
nam de fide ait Christus Marci cap.  
16. *Qui verò non crediderit, con-  
demnabitur.* De Spe dixit S. Paulus  
ad Rom. cap. 8. *Spe salvi facti  
sumus:* & de Charitate idem Chri-  
stus Matth. cap. 22. *Diliges Dominū  
DEUM tuum ex toto corde tuo, &c.*  
hoc supposito.

7. Dico primò in hoc decreto  
non determinari tempus, quo  
præcepta Divina Fidei, Spei, &  
Charitatis obligant; quia solum-  
modo damnatur opinio afferens,  
hominem nullo unquam vitæ suæ  
tempore ad harum virtutum exer-  
citium obligari absque determina-  
tione temporis, quo præceptum  
obligat: Ex quo constat, non  
damnari opiniones afferentes, non  
adesse obligationē eliciendi actus  
Fidei, Spei, & Charitatis, in in-  
troitu vitæ, ubi ad usum rationis  
pervenitur; vel omnibus diebus  
Festivis, aut solemnioribus Festivi-  
tatibus, neque alias hujusmodi  
opiniones, quia propositio dam-  
nata dicebat, ad hæc exercitia  
nunquam hominem obligari, cum  
in totius vitæ decursu obligatio  
non premeret, aliæ verò id non  
dicunt, sed solum aliquibus deter-  
minatis temporibus.

8. Dico secundò, quòd licet in  
hoc Decreto non determinetur  
tempus, quo virtutes Theologicæ  
obligant; dicendum est tamen obli-  
gare

gare per se saltem semel in anno, ut dixi. part. prax. tract. I. cap. 3. n. 16. & seq. pag. 22. idem affirmat Petrus Ledesma, loquens de fide, part. 2. tract. I. cap. 8. concl. 4. & de Spe ibidem, tract. 2. cap. 4. concl. 6. & de Charitate ibidem tract. 3. cap. 9. sub. concl. 5. §. Dico secundo. Et probatur; quia præcepta Divina Confessionis, & Communio-  
nis, quæ ex se erant indeterminata, quo ad tempus eorum obligati-  
onis, ex statuto Ecclesiæ obligant semel in anno: ergo cum Ecclesia prudenter, & securè judicaverit ea præcepta obligare semel in an-  
no, idem pariter, prudenter, & securè de præceptis Virtutum Theologicarum concludendum est.

9. Dico tertio, actus virtutum Theologicarum interdum obligare per accidens: v. g. cum quis gra-  
vi contra has virtutes tentatione pulsatur, earumque actus expliciti medium sunt non solum conducens, sed & necessarium ad victori-  
am tentationis obtinendam: ra-  
tio est, quia qui tenetur consequi aliquem finem, tenetur etiam con-  
sequi medium necessarium ad eundem finem: sed sic est, quod homo teneatur non assentiri tentationi oppositæ virtutibus Theologicis: ergo pariter tenebitur elicere actus earum explicitos, quando hi sunt medium necessarium ad vi-  
ctoriam tentationis obtinendam:

Attamen si eslet aliud medium ad vincendas hujusmodi tentationes, v. g. Confessio, Oratio, lectio librorum spiritualium, in hoc casu actus prædictarum virtutum non obligabunt per accidens, quia quando quis habet duo media ad con-  
sequendum finem, potest libertate utrumlibet eligere, nisi ad sit ex-  
pressum præceptum unum præ-  
tero eligendi: ergo &c.

10. Dico quarto. ille, qui ex omis-  
sione actus virtutum Theologicarum, quando per accidens obligant, consentit tentationi, duplex peccatum mortale non committit, unum contra virtutem, quam violat, alterum contra præceptum eliciendi actum illius virtutis, sed unicum tantum contra virtutem violatam: v. g. si quis tentatus de fide, ex omissione hujusmodi actus consentiat in hæresim; non committit duplex peccatum mortale, sed unicum hæresis: quia quando unum obligat tantum ratione alterius, vel præcipitur solum tanquam medium ad alterum, violatio utriusque est unicum solum peccatum, v. g. si quis in peccato mortali sine prævia confessione su-  
mat Eucharistiam, unicum com-  
mittit sacrilegij peccatum contra dignam Sacramenti susceptionem, ut videri potest in Diana part. 3.  
tract. 4. resol. 35. ergo omis-  
sionis actuum virtutum Theologicarum, & assensus tentationi contra ipsas, uni-

unicum tantum erit peccatum mortale, quando *per accidens* præcipiuntur hi actus, tanquam media ad temptationis victoriam obtinendam.

11. Dico quinto; quamvis in hoc decreto non determinetur, quod actus ejusmodi virtutum *per se* obligent in articulo mortis, tutius tamen est assertum, quod tunc obligent saltem *per accidens*: ratio est, quia in hoc articulo ordinariè occurrent graves temptationes contra fidem impellentes Christianum ad discredendum Catholicis veritatibus; tentat quoque Satanás contra Spem, hominem ad desperationem præsumptionem, & nimiam confidentiam alliciendo: contra charitatem, animam ad DEI odium incitando, nec esse amandum, tanquam tot angustiarum, & dolorum Auctorem: ergo ad vincendas hujusmodi suggestiones, saltem *per accidens* tunc obligabunt virtutes Theologicæ.

Quomodo satisfiat his virtutibus Theologicis mediante actu doloris, dictum est 1. part. hujus Præ. tract. 1. cap. 3. ubi pariter explivi essentiam actuum Fidei, Spei, & Charitatis, & quomodo sint eliciendi

## PROPOSITIO II.

Damnata.

*Vir Equestris ad duellum provocatus*

poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

12. Suppono, quod duellum sit pugna inter duos ex condicione, seu ex conventione suscepta; nam si solum procederet ex subito iracundiae motu alterius provocatio per haec, aut similia verba; aptus non est ad pugnam locus iste, ad alterum pergamus, vel illuc statim me sequere, vel si duo verbis altercantes, euaginent in litigio gladium, & inter se pugnant, id duellum non esset, de quo loquuntur Bullæ ita Lumbier *in fragment. tom. 2. num. 713.* Duellum ergo juxta Bullas Pontificias tunc est, quando præcedit conventio pugnandi in tali, vel tali loco, hoc supposito.

13. Dico primo, nemini licet acceptare duellum, ne timiditatis notam incurrat; & contrarium est casus damnatus in hac propositione: ratio est, quia non licet periculo exponere rem majoris aestimationis, & valoris, ad aliam Ordinis inferioris conservandam; sed sic est, quod vita sit majoris aestimationis, & valoris, quam fama: ergo non licet in duello exponere vitam pro conservanda fama indemni à nota timiditatis: Confirmatur, quia absque præjudicio famæ potest duellum recusari, ergo dato etiam quod tanti, vel pluris aestimaretur fama, quam vita, non propterea liceret periculo

culo exponere in duello vitam; probatur antecedens; quia fama est bona opinio, quam prudentes habent de excellentia, & bonis operibus proximi, sed sic est, quod inter prudentes non amittatur hæc bona opinio, quamvis recusetur duellum, ne Leges Divinæ, & Christianæ offendantur: ergo absque præjudicio famæ potest recusari duellum: minor est certa; quia prudentes judicant magis ab homine æstimandum, & præferendū statum Christianum statui Equestris, nec esse quid nobile, sed vile, rusticum, timidum, & fragile violare Leges Divinas, ne iniquum Mundi forum offendatur: ergo inter prudentes non est bona opinio acceptare duellum, sed magnus honor id recusare ad Leges Divinas servandas.

14. Confirmatur ulterius nostra doctrina, quia nequit esse honor, & æstimatio, sed maxima infamia in majorem excommunicationem incurrire, ac Christianum fieri membrum separatum ab Ecclesia, DEI expressum inimicum, vile Satanæ mancipium, ac posita morte in duello, more bestiarum Ecclesiasticæ sepulturæ privari: quas omnes poenas incurrit acceptans duellum, ut dictum est 1. part. prax. tract. 5. cap. 4. num. 31. pag. 97. ergo revera nullum dedecus, aut infamiam nullam subit, qui in Divinæ, & Ecclesiasticae legis reve-

rentiam duellum provocatus non admittit, imò magnum, verūmque sibi honorem adsciscit, ut ex Evangelio constat: eaque infamia, quæ notatur à mundanis vera non est sed merè apprens, & imaginaria Hanc doctrinam egregiè percept nobilissimus ille eques, & Magnates nostræ Hispaniæ nostri temporis, qui provocatus per litteras ab alio nobili ad duellum; respondit famulo: *Digale à D. N. que non ríbuso el salir al desafio con el, e con otros veinte como el, con tal, que el papel del desafio, que me embia, venga firmado de los Theologos doctos Responsum verè sapiens, & Christianum, ac nobili persona dignum, quod proinde militantes sub vexillo Christi ad praxim deducere debent.*

15. Dico secundò non damnatur opinio allata loco cit. 1. part. hujus prax. num. 28. dicens, licet esse acceptare provocationem, quando provocans minatur mortem provocato, nisi secum pugnet, & est persona talis, quam prudenter judicari potest ad effectum deducturam comminationem, recusando duellum: ratio est, quia in propositione damnata sermo est de acceptance duelli, ne incurrit nota timiditatis, nostra autem, ad tuendam propriam vitam contra inustum aggressorem eandem oblaturum, nisi acceptetur duellum; qui ut patet est casus valde diversus.

præter  
dendi p  
quum a  
quod pre  
provoca  
ergo ad t  
licitum  
Hæc do  
et servat  
tela; vic  
stum me  
dendi pr  
et gener  
et occas  
greffores  
16. D  
sit admitt  
num. 718  
super han  
nimirum  
citur du  
tione pra  
quod du  
cum desi  
non com  
Justitiae  
condictio  
lo, & p  
quamqu  
tionibus  
tive, pra  
liter imp  
quapropr  
thores, c  
beat imp  
tione pra  
hibetur;  
occasio  
per-

praterea quivis habet jus defendendi propriam vitam contra ini-  
quum aggressorem: sed sic est,  
quod provocans tentet interficere  
provocatum, nisi secum pugnet:  
ergo ad tuendam propriam vitam,  
licitum est admittere duellum:  
Hac doctrina tamen intelligenda  
est servato moderamine in culpa tenu-  
tula; videlicet quando aliud ju-  
stum medium non suppetit defendendi  
propriam vitam; juxta quod  
est generalis regula, quotiescumque  
et occasio offendendi injustum ag-  
gressorem.

16. Dico tertio; quamvis pos-  
sit admitti id, quod dicit Lumbier  
num. 718. & Torrecilla approbat,  
*super hanc propos. Alexandri n. 17.*  
nimur secundum se posse esse li-  
citem duellum fictum sub conven-  
tione præstitaque securitate de eo,  
quod duellantes quamvis in lo-  
cum designatum exeant, pugnam  
non committent, quam impedit  
Justitiae Ministri ad id muneris ex  
condicto deputati, secluso scanda-  
lo, & pravo exemplo; attamen  
quamquam ut dixi cum his limita-  
tionibus possit id admitti specula-  
tive, practice tamen censeo mora-  
liter impossibile secludi scandalū;  
quapropter dicunt, & sanè hi Au-  
thores, quod etiam in hoc casu de-  
beat impediri duellum: tum ra-  
tione pravi exempli, quod alijs ex-  
hibetur; tum quia decertantes in  
occasione constituti facile pugna-

re, & DEI legem offendere possint:  
sed dato etiam, quod in hoc casu  
grave peccatum perpetretur, nul-  
lus tamen excommunicationem  
incurret; quia totum illud negoti-  
um fictum & simulatum est; ut di-  
xi 1. part. prax. cap. 4. cit. & tenet  
Lumbier *ibidem*. Hic notandum  
non solum duellantes eandem in-  
currere, verum etiam Patrinos in-  
teressentes tanquam testes, spe-  
ctatores ex industria, vel conce-  
dentes locum, & situm pro pugna  
juxta dicta loco citat. 1. part. prax.  
Notandum pariter ab hac excom-  
municatione posse absolvere Men-  
dicantes virtute suorū privilegio-  
rum, & virtute Bullæ Cruciatæ, ita  
Torrecilla *ubi supra num. 46.* &  
47. & patet ex 1. part. mea prax. in  
fine cap. 4. cit. secundum jus anti-  
quum. Modo tamen hoc privile-  
gium abolitum est in Italia per De-  
cretum Clementis 8. & Pauli 5.

## PROPOSITO III.

## Damnata.

Sententia afferens Bullam Cœnæ solum  
prohibere absolutionem heresis, &  
aliorum criminum, quando pu-  
blica sunt, & id non derogare fa-  
cultati Tridentini. in qua de oc-  
cultis criminibus sermo est, anno  
1629. die 18. Julij in Consistorio  
Sacrae Congregationis Eminentissi-  
morum Cardinalium visa, & to-  
lerata est.

17. Pro majori hujus propositionis intelligentia, suppono primò, Concilium Tridentinum *seff.*  
 24. cap. 6. de reform. concedere facultatem Episcopis absolvendi per se, vel per suum Vicarium speciatim nominatum à censuris reservatis Sedi Apostolicæ, quando occultum crimen incurruntur; à peccato verò hæresis concedit facultatem absolvendi per se ipsum, non per Vicarium.

18. Suppono secundò per privilegium Bullæ Cruciatæ concedi facultatem absolvendi in foro conscientiæ pœnitentes à casibus reservatis Episcopis: Regulares quoque Mendicantes, & alios cum ipsis in privilegijs communicantes habere facultatem absolvendi sacerdtales à casibus jure communi Episcopis reservatis, quamvis non possint absolvere à casibus jure particulari seu ab homine ipsiusdem reservatis; ut postea dicam in explicatione Proposit. 12.

19. Suppono tertio, in Bulla Cœnæ, sic dicta (quia in die Cœnæ Domini legi, & publicari assolet) prohiberi sub poena excommunicationis majoris, ne quis præsumat absolvere à censuris in ea contentis, quamvis sint Episcopi, aut alij Prælati, præterquam in articulo mortis, aut ex privilegio Cruciatæ quod concedit facultatem absolvendi semel in vita, & semel in morte.

20. Suppono quartò in hactenutia propositione condemnata duo falsa contineri; primum, quod de facto possint absolvvi casus Bullæ Cœnæ, quando sunt occulti & nondum de ducti ad forum contentiosum, non obstante prohibitionem, ita in dicta Bulla ne quis ab iisdem absolvere præsumat, & consequenter posse moderno tempore Episcopos uti facultate Concilii Tridentini *seff.* 24. *supracitat.* vi cuius à dictis casibus occultis absolvere poterant: quod docuerunt Bannez, Nugnus, Lorca, Petrus Le-desma, Granados, Rodriguez, Avila, Aragonius, plerique alij citata Filgueira in *Censur. Pontific.* pag. 102. §. Dicendum est & præterea quod casus Bullæ Cœnæ occulti poterant absolvvi toties quoties virtute Cruciatæ, aut Privilegiorum Mendicantium: secundum falsum tertia propositionis condemnatum fuit, quod hæc opinio concedens hujusmodi facultatem in Confessorio Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata fuerit.

21. Controversia modo est: num hoc Decretum Alexandri septimi damnet ambas partes contentas in hac propositione, vel unicam tantum? nempe an damnet assertum, quod moderno tempore possint absolvvi casus Bullæ Cœnæ, quando sunt occulti, & quod hæc sententia visa, & tolerata fuerit à cultis, & tentiolum

ta fuerit ab Eminentissimis Cardinalibus, vel tantummodo hanc secundam partem? P. Emanuel Filgueira loc. cit. pag. 103. §. Sed contraria, tenet, Episcopos à casibus Bullæ Cœnæ etiam occultis non posse absolvere; & consequenter non solum damnari assertum, quod sententia favorabilis visa, & tolerata fuerit ab Eminentissimis Cardinalibus, verum etiam quod Episcopi eiusmodi facultate gaudeant.

R. P. Magister Lumbier tom. 2. num. 720. pag. (mibi) 526. affirmat, viros doctos non defuisse, quorum aliqui putarunt juxta rigorem phrasis strictè interpretandæ, quia condemnatio est, damnari propositionem illam, quo ad eam tantummodo partem scilicet *visa*, & *tolerata est*: Et idem P. Lumbier, quamvis videatur ad hoc inclinare, exusto tamen timore condemnationis non audet id resolvere: R. P. Martinus à Torrecilla in exam. Episcop. tract. I. q. I. sect. 2. diffc. 2. num. 21. & seq. docet, damnari solum eam partem propositionis, quæ dicit *visa*, & *tolerata est*; ac pro sua opinione citat P. Matthæum Moya.

22. Dico primò, valde probabile censeo cum Torrecilla, in hac propositione non condemnari saltem expressè primam partem, quæ assertit licitum esse Episcopis absolvere à casibus Bullæ Cœnæ occultis; & nondum ad forum contentiousum deductis; quamvis con-

trarium sit verum, tutum, & certum, sed solummodo condemnari assertum, quod hæc sententia in Consistorio Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata fuerit. Probatur, quia hæc condemnatio ut sic est strictæ interpretationis, ac proinde restringenda, non amplianda: ergo dicendum est, in condemnatione non comprehendendi utrásque propositionis partes, sed unam tantum: deinde quia salvatur sensus propositionis, dicendo, hunc solum extendi ad id, quod copula principalis ejusdem assertat: sed sic est, quod copula principalis sit ea, quæ dicit, quod *visa*, & tolerata fuerit dicta sententia: ergo dicendo, solum damnari assertum, quod *visa*, & tolerata fuerit sententia, salvatur sensus propositionis: tum quia non est credendum Summum Pontificem Alexandrum VII. in Bulla Cœnæ, voluisse derogare facultati Concilij Generalis, adeo Venerabilis, & in Ecclesia conspicui, cuiusmodi est Tridentinum, cum in hoc Decreto expressam mentionem non fecerit talis facultatis; ut notavit Petrus de Ledesma part. 2. tract. 1. cap. diffc. 7. §. *Huic pag. (mibi) 36.* ergo dicendum est, non condemnari opinionem; juxta quam Episcopi habent facultatem absolvendi à casibus occultis Bullæ Cœnæ, sed solum damnari assertum, quod hæc

opinio ab Eminentissimis Sacrae Congregationis Cardinalibus visa, & tolerata fuerit.

23. Dico secundò neque damnari assertum, quod Confessarij approbati ab ordinario, possint absolvere virtute privilegij Cruciatæ penitentes à casibus occultis Bullæ Cœnæ, *toties quoties*; ut dixi 1. part. *Præc. loc. cit. num. 12.* & hoc probabile esse affirmat P. Emanuel à Conceptione *dæpænit. disp. 6. q. 7. num. 819.* & 820. & probatur, quia vi privilegij Bullæ Cruciatæ possunt Confessarij approbati ab Ordinario, absolvere *toties, quoties*, à casibus reservatis Episcopis, ut dictum est, *num. 22. & 23.* ergo Confessarij approbati ab Ordinario, possunt *toties, quoties* absolvere virtute Cruciatæ à casibus occultis Bullæ Cœnæ.

## PROPOSITIONE IV.

Damnata.

*Prælati Regulares possunt in foro Conscientia absolvere quo cumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.*

24. Suppono primò, pro intelligentia hujus propositionis, quod hæresis possit esse occulta *per se*, & occulta *per accidens*: Occulta *per se* est, quando solummodo intrinsecè retinetur aliquis assensus contra fidem, nec verbis, aut signis expressis manifestatur; vel quan-

do ab errore interno procedunt aliqua verba, aut signa disparata, nullam connexionem habentia cum dicto errore: v.g. non creditis Christum Dominum nostrum esse hominem, & cum hac hæresi interna blasphemat externè, dicendo, per vitam Christi, aut per caput JESU Christi; hæc est hæresis *per se* occulta, cum hujusmodi verba non sint *ex se* illius erroris manifestativa: & si is, qui non credit in Sanctissimo Sacramento Eucharistie latere Christum, & exinde expuit in Ecclesia, non propterea dicitur ejus hæresis manifesta, sed occulta *per se*, cum expuire in Ecclesia non sit signum *ex se* hæresis indicativum: Hæresis occulta *per accidens* dicitur, quando concepto internè aliquo errore contra fidem, externè prorumpitur in aliqua verba, aut signa *ex se* cum illo errore connexionem habentia; quæ verba tamen non proficeruntur coram alijs: v.g. si quis solus existens, & non credens Christum esse hominem, aut esse mortuum, dicat externe: Christus nequit esse DEUS, & homo, quia si erat DEUS, mori non poterat, aut non credens in Sanctissimo Sacramento adesse Christum JESUM, non reveretur Hostiam consecratam: in his casibus hæresis est externa, & occulta *per accidens*, cum non dentur testes, qui pro tunc possint eam percipere,

quamvis

effet id v. 25. S. posse esse cultam / externis / ut dictum absque u. si quis e. non est DEUM e. ri hæresis simul; qu. non credere hominem his suppor. 26. Dia. na, & o. vere, non res, verū fessorium tum, p. Bullæ. I. tur; quia ac per se excommunicatum re. Confessarij ab ea abscedens, c. servat, afficit ad f. interna per eam e. tur; pro. fia non re. cit id, qui nequit, s.

quamvis *ex se* posset percipi, si quis esset id videns, & percipiens.

25. Suppono secundò, hæresim posse esse vel merè internam & occultam *per se*, absque verbis, aut externis signis ejusdem indicativis, ut dictum est; vel merè externam, absque ullo errore interno: v. g. si quis externè diceret, Christus non est DEUS, etiamsi internè DEUM esse crederet: vel posse dari hæresim internam, & externam simul; quemadmodum qui internè non crederet, Christum esse verum hominem, idem verbis affirmaret. his suppositis.

26. Dico primò, ab hæresi interna, & occulta *per se* posse absolvare, non solum Prælatos Regulares, verùm etiam quemvis Confessarium ab Ordinario approbatum, præscindendo à privilegio Bullæ. Est communis, & probatur; quia per hæresim internam, ac per se occultam non incurritur excommunicatio, nec ea est peccatum reservatum: ergo quivis Confessarius approbatus poterit ab ea absolvere: Probatur antecedens; quia Ecclesia non sibi reservat, nec excommunicatione afficit actus internos; ergo hæresis interna, nec est reservata, nec per eam excommunicatio incurritur; probatur antecedens; Ecclesia non reservat, nec censuris afficit, quod noscere, aut judicare nequit; sed sic est, quod actus in-

ternos noscere, aut judicare nequeat: ergo hos non sibi reservat, nec censuris afficit.

27. Dico secundò; quivis Confessarius ab Ordinario approbatus, potest absolvere eum, qui externè profert verba hæreticalia, internè tamen non est infectus errore contra fidem, absque violatione hujus Decreti Alexandri, vel Bullæ Cœnæ: ratio est, quia censura, & reservatio fertur in peccatum hæresis: sed prolatio verborum hæreticalium absque ullo interno errore contra fidem non est hæresis: ergo nec excommunicatio, nec reservatio incurritur: minor probatur; quia hæresis *est error pertinax*. sed in nostro casu non est talis error; ergo neque hæresis, ergo nec erit casus reservatus, nec excommunicationi obnoxius, & consequenter quilibet Confessarius approbatus in foro conscientiæ poterit ab ea absolvere; quantumvis proferens verba hæreticalia absque interno errore possit à Tribunali inquisitionis pœnâ affici: limitatur tamen nostra conclusio, præterquam si in aliqua Diœcesi Episcopus sibi reservaret hujusmodi hæresim; in hoc enim casu Confessarius approbatus non posset ab ea absolvere, nisi per privilegium Bullæ Cruciatæ.

28. Dico tertio. Prælatos Regulares non posse absolvere sacerdtales in foro conscientiæ ab hæresi.

348 *Tract. XVII. Explic. Propos. dam. ab Alex. VII.*  
occulta per accidens, & contraria opinio est casus damnatus in hac proposit. 4. quam juxta Filgueiram assertuit Leander à Sacramento part. 4. tract. 2. disp. 17. quæst. 75. allegando in ejus favorem privilegia Alexandri IV. & VI. Gregorij XIII. & Urbani IV. sed modò est improbabilis, & practicè falsa; ac proinde tanquam certum est tenendum, quod Prælati Regulares ab hæresi externa, etiā occulta per accidens nequeant in foro conscientiæ absolvere sacerdotes, sed hanc potestatem pertinere ad summum Pontificem, & in Hispaniis ad Inquisitores, vel ab his specia-liter deputatos, seu facultatem habentes; quinimò ipsemet Leander quæst. 78. hanc opinionem docuit cum limitatione num. 39. in fine dicenda.

29. Dico quarto per hoc Decretum Alexandri VII. non damnatur opinio, quod Prælati Regulares possint absolvere subditos in foro conscientiæ ab hæresi occulta per accidens, quam opinionem docuit Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 21. num. 10. & portellus in dub. Regul. verb. Hæresis, num. 10. refert privilegium ab Alexandro VII. ad hunc finem concessum Prælati Minorum: eandem Sententiam docuerunt Sousa Peyrinus, & Jo. Martinez de Prado apud Filgueiram ubi supr. pag. 111. §. Plures, eamque non esse dam-

nata affirmat N. P. Torrecilla in explic. hujus Propos. 4. num. 4. Et probatur; quia Propositio damnata loquebatur de absolutione sacerdotum ab hæresi occulta; at qui hæc opinio non loquitur de absolutione sacerdotum, sed subditorum Regularium: ergo per hoc Decretum non damnatur opinio, juxta quam Prælati Regulares possunt absolvere suos subditos ab hæresi occulta: licet autem id non damnetur per hoc decretum, tanquam certum tamen est dicendum hujusmodi potestate non gaudere Prælatos: ita Diana part. I. træt. 5. resol. 6. Lumbier num. 721. Filgueira loc. cit. pag. 113. §. fidhi, Torrecilla ubi supr. quia sacru Inquisitionis Tribunal in Hispaniis habet privilegium generale, revocans quo ad hoc privilegia Regularium: ita Leander à Sacramento part. 4. tract. 2. disp. 17. quæst. 78.

30. Verum dubitatio aliquem invadere poterit, num Prælati Regulares, cæterique Religiosi Mendicantes, ac participantes eorum privilegia, possint aliâ viâ salvare, facultatem absolvendi in foro conscientiæ sacerdotes ab hæresi occulta per accidens; & ratio dubitandi est, quia est opinio Henriquez, Navarri, Fagundez, & aliorum, apud Leandrum à Murcia in suis disp. moral. tom. 2. lib. 4. disp. 1. resol. 5. num 9. &c. etiam

camque  
de Conf  
quod Ep  
ciliij Tr  
ab hære  
sic est,  
suum  
solvere  
reservat  
est, num  
Regulari  
rum, sa  
per accid  
31. St  
tibus, q  
quendam  
tur, Reg  
te ab ha  
fertim i  
Episcopi  
na part.  
1. part.  
8. pag. 1  
tandi te

PRO

Quam  
rum  
denu  
32. St  
Euangel  
alteram  
intendi  
tis: Ju  
tanqua  
ad terr

quamque probabilem putat Suarez de Conf. disp. 21. sec. 4. num. 5. quod Episcopijure communi Concilij Tridentini possint absolvere ab hæresi occulta per accidens: sed sic est, quod Regulares virtute suorum Privilegiorum possint absolvere à casibus jure communi reservatis Episcopis, ut dictum est, num. 23. ergo videtur, quod Regulares vi suorum privilegiorum, sacerdtales ab hæresi occulta per accidens absolvere possint.

31. Sed his minimè suffragantibus, contrariam sententiam sequendam esse existimo; dico igitur, Regulares non posse absolve-re ab hæresi occulta sacerdtales præ-sertim in Hispanijs, quia neque Episcopi id possunt, ut inquit Diana part. I. tract. 5. resol. 2. & docui I. part. Praxis tract. I. cap. I. num. 8. pag. 19. per quod rationis dubitandi totum fundamentum ruit.

## PROPOSITIO V.

## Damnata.

Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

32. Suppono primò, duas esse denunciationis species, Euangelicam unam, Judicialem alteram: Euangelica ea est, in qua intenditur emendatio delinquen-tis: Judicialis, quæ fit superiori, tanquam Judici, Rei punitionem ad terrorem aliorum procurando:

suppono secundò, magnum esse di- scimen inter Accusatorem, & Denunciatorem; & inter cætera, ob quæ discriminantur, est obligatio accusatoris ad probandum de-lictum, secus verò Denunciatoris.

33. Dico primò, in delicto hæ-resis denunciandum esse delinquentem, estò delictum ejus probari non possit; & contrarium damnatur in hac propositione, primò, quia denunciator non tenetur probare delictum, ut dixi: secundò, quia fortassis in Tribunali aliqua indicia sunt verificata, & probata infamia talis personæ; adeoque per novam denunciati-onem aliquid plus poterit detegi pro poena saltem arbitraria impo-nenda, ac demum, quia alioquin pateret aditus ad multa absurdia; siquidem hereticus tam cautè, & astutè posset zizaniam suam, & errores suos disseminare; ut ne-quaquam probari possent: ergo ad hæc inconvenientia vitanda, ne-cessarium erit denunciare illum, quem evidenter constat esse hære-ticum, etiam si probari non possit.

34. Dico secundò, vi hujus con-demnationis non tenetur quis de-nunciare eum, quem non constat, sed tantum dubitatur esse hære-ticum: ratio est, quia propositio damnata dicebat, quod quamvis evidenter constet, Petrum esse hæreticum, nulla sit obligatio eum denunciandi; sed quando dubita-

350 *Tract. XVII. Explic. Propos. dam. ab Alex. VII.*  
tūr, an sit hæreticus, non constat evidenter: ergo quando dubitatur, an sit hæreticus, non erit obligatio eum denunciandi: Jmō quamvis probabiliter judicetur, aliquem esse hæreticum, vi hujus Decreti talis obligatio cessat; quia id, quod est probabile tantum, evidens non est: ergo si est probabile tantum, Petrum esse hæreticum, non erit obligatio eum denunciandi virtute hujus Decreti Alexandri VII. Videatur *infra. num. 38.*

35. Dico tertio, idem esse intelligendum de omnibus alijs delictis, quæ sapiunt hæresim, & continentur in Edicto Sanctæ Inquisitionis, ita P. Torrecilla *super hanc propos. tract. 6. Consult. 17. n. 10.* quapropter si constat, quempiam incurrisse in aliquod delictum ex ijs, quæ continentur in edicto Sacræ Inquisitionis, etiamsi probari non possit, debet denunciari; quia in omnibus his delictis verificatur ad intentum eadem ratio, ac in delicto hæresis; & denunciator nullum ex ijs delictis probare tenetur.

36. Dico Quartò, in hac propositione non damnari opiniones relatas *1. part. præc. tract. 6. cap. 10. num. 165. & seq. pag. 194.* juxta quas delinquens non est denunciandus, nisi præcedat infamia de ejus delicto; neque opinionem asserentem, quod ante denunciatio-

nem facienda sit correccio fraterna & quod cesset obligatio denunciandi, quando reus est jam emendatus; nec complex in eodem peccato sitdenunciandus; quia iusta propositionem damnatam non tenetur quis denunciare delictum, si probari non possit; hæc autem opiniones eximunt ab ejusmodi obligatione ob alias causas, ut liquet: attamen quamquam putem eas non damnari in hac propositione, tutas tamen esse non reor, & oppositum docui *loc. cit. Praxis.*

37. Dico quintò, neque hic condemnari opinionem Bonacinctom. *1. disib. 6. de denunc. puni. 1. §. 5. num. 1.* quæ asserit vi Edicti neminem posse cogi ad denunciandum Reum, cuius delictum sub secreto naturali novit, ut quod novit per solam consultationem præstandam, vel ad remedium adhibendum pro salute anime, aut corporis, aut honoris, aut pro defensione bonorum externorum; ratio est, quia jus naturale servandi secretum præponderat juri positivo Edicti, propositione autem damnata excusabat à denunciatione ex eo, quod non posset probari delictum; licet autem hanc propositionem non fuisset damnatam existimem; in delictis tamen particularibus hæresis, ei non assentior, sed oppositæ cum Palao *part. 1. tract. 4. disib. 9. puni.*

Etum tantum probabilitate innotescit; hanc tamen doctrinam non sequor, sed contrariam.

## PROPOSITIO VI.

Damnata.

*Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur solicitasse in Confessione, ac proinde non est denunciandus.*

39. Suppono, Confessarium solicitantem pœnitentem ante, vel post Confessionem ad turpia, vel in Confessionali ad hunc finem simulando Confessionem, denunciandum esse ad Sanctum Inquisitionis Tribunal, ex Decreto, & Bulla Gregorij Papæ XV. quod si pœnitens hoc non adimpleat, aut Confessarius postea exaudiens, eum absolvat absque impositione hujus oneris, ambo in excommunicationem majorem incurront; ut dixi part. I. Decalog. tract. 6. cap. 10. num. 157. pag. 192. ubi ex professo de hac materia tractavi.

40. Dico primò, damnatum in propositione sexta est assertum, quod Confessarius tribuens pœnitenti in Confessione Sacramentali chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur verè solicitare, ac proinde quod non sit denunciandus: quod est manifestè falsum, quia conceputus

tus animi verbis, & scriptis manifestantur: sed si Confessarius manifestaret verbis pravam suam intentionem pœnitenti, certò denunciandus esset: ergo idem est dicendum, quando eam manifestat scriptis; quod intelligitur tam de fœminis, quam de viris, ut dixi loc. cit. 1. part. *Prax. num. 161.*

41. Dico secundò, non tantù esse denunciandum Confessarium, qui tribuit Pœnitenti in Confessione chartam provocantem ad luxuriam, verùm etiam eum, qui ante, vel post Confessionem immediatè eam dat, vel etiam, qui in Confessionali, aut in loco, in quo frequenter exaudiuntur Confessiones, vel in situ, ad hunc effectum electo, simulando, aut fingendo Confessionem id exercet: ratio est; quia is, qui solicitat ad turpia in occasionibus, aut locis relatis, est denunciandus, ut in sua Constitutione decernit Gregorius XV. sed sic est, quòd oblatio Chartæ provocantis ad venerem, in condemnatione hujus propositionis declaretur pro solicitatione: ergo is, qui in occasionibus, aut locis relatis tribuit pœnitenti chartam provocantem ad venerem, Inquisitioni est denunciandus: Notandum tamen, quòd si charta non daretur in locis relatis, nec immediatè, sed mediatè post Confessionem, non es-  
set obligatio denunciandi, v. g. si

Confessarius exaudita Confessione pœnitentis exeat ex Ecclesia, & porrigat ei ejusmodi chartam; hæc solicitatio vocatur mediatæ, ac proinde non inducit obligationem denunciationis: ut dixi loc. cit. *Dialogi de solicitante pœnitentem mediatè post Confessionem.*

42. Dico tertìò, non damnari opinionem Leandri à Sacramento, part. 1. tract. 5. disp. 13. quæf. 9. quæ dicit, non esse obligationem, denunciandi Confessarium sollicitantem ad alia delicta non turpia, nec eum, qui in alijs Sacramentis, præterquam Confessionis, ad eadem sollicitat: nec opinionem ejusdem Leandri *ibid. 38. & 39.* juxta quam non est denunciandus laicus. qui simulans se Sacerdotem, sollicitat in Confessionali, vel Sacerdos, qui absque potestate Jurisdictionis excipit Confessionem, & in ea sollicitat ad turpia. Ego verò licet existimem, quòd haec opinio non sit damnata, ei tamen non assentior; & reor, Sacerdotem simplicem sollicitantem in Confessione esse denunciandum: ita Diana part. 9. tract. 9. resol. 32. §. *Observa.* Nec damnatur opinio relata in Dialogo *supra tract. 6. in sext. præcept. cap. 10. num. 170.* quòd pœnitens consentiens sollicitationi non teneatur denunciare Confessarium, quam doctrinam tamen nec ibi, nec hic sequor, sed oppositam; ratio nostræ conclusionis

elusioni niones i deminat la ex rel damnat sequear. 43. I do mod nuncian qui in C pœnitent Confessaria confessæ ut ab ip verberet venit, r vapulat quæf. 16 qui solici pœnitent Fagunde 4. cap. 3 ad pecca modo in dicos: disp. 11. est parite tet perfec lutam, c fessionem culum si nis Chil iste casu eludit o Sousa pa 44. 1. Etio solici vitatem

*Propositio VI.*

dulfonis est , quia omnes hæ opiniōnes sunt valde diversæ à condenmatione , ut patet ; ergo nulla ex relatis in hac conclusione est damnata , quamvis ut dixi , eas non sequar .

43. Dico quartò ( præscindendo modo à condemnatione ) denunciandum esse Confessarium , qui in Confessione exigit , & dicit penitenti , ut eum amet , vel Confessarium , qui fœminæ sibi confessæ , poenitentiam imponit , ut ab ipsomet Confessario nuda verberetur , & cum ad hoc per-

venit , manu propria , aut Scutica vapulat ab ipso . Leander *ubisupr.* quæst. 16. & 17. sic pariter eum , qui solicitatus in Confessione à penitente solicitationi consentit :

Fagundez in 2. *præcept. Eccles. lib.* 4. cap. 3. num. 56. vel si solicitatus ad peccatum , consentiat solummodo in oscula , & tactus impudicos : Joannes Sanchez *in select.* disp. 11. num. 28. denunciandus est pariter Confessarius , si solicite personam confessam , & absolu tam , dum eam statim post Confessionem in domum , seu cubiculum suum ducit , ut Confessio nis Chirographum tradat , quia iste casus ratione dependentiæ includit Confessionem . Diana ex Sousa part. 4. tract. 5. resol. 11.

44. Dico ultimò in hoc delicto solicitationis , non dari parvitatem materiæ , ac proinde

*VII. Damnata.*

353

Confessarius , qui in Confessione , seu Confessionali habet cum fœmina leues tactus manus , & contrectationes , aut similia , est denunciandus ; tum quia in rebus venereis non datur parvitas materiæ , tum quia dato , & non concesso , imò negato eandem dari , in occasione tamen & loco adeo sacro , ut est locus destinatus ad Confessionem , neutquam dari potest : ita cum Fagundez , Escobar de Corro Trullench , & alijs docet Filgueira *in hanc propos.* pag. 120 *infine.*

**PROPOSITIO VII.**

Damnata.

*Modus evadendi obligationem denunciandæ solicitationis est , si solicitatus confiteatur cum solicitante : hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.*

45. Dico primò , quamvis pœnitens solicitatus à Confessario ad turpia in Confessione , vel Confessionali confiteatur postmodum cum eodem Confessario solicitante , non propterea eximitur ab obligatione eundem denunciandi ; & oppositum est casus condemnationis in hac propositione 7. à quo onere pariter non liberatur pœnitens solicitatus , tametsi Confessarius solicitans denunciationis onus non imponat : ratio est , quia obligatio denunciandi in hoc delicto provenit ex

**Y Y**

Decretis

Decretis Summorum Pontificum: ergo licet pœnitens confiteatur Confessario solicitanti, isque denunciationis onus non imponat, ad hoc tamen pœnitens tenetur; Probo consequentiam, quia inferior nequit derogare, seu abrogare obligationem ortam ex lege Superioris: ergo cum obligatio denunciandi in his delictis ortum ducat ex lege, & Decreto summi Pontificis, Confessarius tanquam inferior obligationem ex hac lege ortam abrogare, vel derogare nequit.

46. Dico secundò, graviter peccat Confessarius solicitans dicens pœnitenti, eum non obligari ad ipsum denunciandum, nec propterea pœnitens liber est ab onere denunciandi: primum est evidens, quia præsumit abrogare obligationem, & legem in materia gravi absque potestate, secundum est etiam certum; quia contrarium hic damnatur: Verum est, posse accidere, quod pœnitens solicitatus erronee & invincibiliter putet, se onere denunciandi obstrictum non esse ex dicto sui Confessarij; & in hoc casu stante bonâ fide, & conscientia erronea invincibili, ab ejusmodi onere censetur immunis.

47. Major difficultas est, num damnetur opinio, quod Confessarius solicitans non teneatur positive dicere pœnitenti solicitato, ut

ipsum denunciet; cuius resolutio nem absolutam post Decretum Alexandri VII. non invenio. Videlicet tamen non damnari affectum, quod Confessarius solicitans non teneatur admonere pœnitentem de ejusmodi obligatione; quod sic probatur; diversa res edicere: „Pœnitens euadit obligationem denunciandæ solicitantibus, si solicitatus confiteatur cùm solicitante, qui potest ipsum absolvere absque onere denunciandi, ac dicere: Confessarius non tenetur dicere expresse, & positivè pœnitenti solicitato, ut eum denunciet; quemadmodum propositiones valde diversæ sunt hæc: „Petrus haereticus potest dicere Joanni, consilio sui peccati, ne ipsum denunciet, si que eum liberare ab onere denunciandi: & Petrus haereticus non tenetur dicere Joanni, cui innotescit suum peccatum, ut ipsum denunciet: Primum est illicitum, & improbatum, secundum probabile, & licitum: ergo quævis illicitum, & damnatum sit, tanquam improbatum assertum, quod Confessarius solicitans negat eximere pœnitentem solicitatum, cum eo confidentem ab onere denunciationis, non propterea videtur damnatum assertum, quod Confessarius solicitans non teneatur dicere pœnitenti, ut ipsum denunciet; siquidem primum valde

valde differt à secundo , ut ma-  
ture , & attente consideranti pa-  
redit.

48. Et confirmatur , quia Con-  
fessarium solicitantem absolvere  
poenitentem solicitatum absque  
onere ipsum denunciandi , est ,  
hanc obligationem positivè ab eo  
eximere ; quod est improbabile ,  
ut dixi num. 45. sed affirmare ,  
quod non teneatur ei dicere , ut  
ipsum denunciet , non est ejus-  
modi obligationem abrogare , sed  
solum positivè non imponere , ac  
relinquere poenitentem cum one-  
re à Decretis Pontificijs imposito ;  
quod , ut patet , est valde diver-  
sum : ergo quamvis damnetur af-  
fertum , quod Confessarius soli-  
citans possit absolvere poenitentem  
solicitatum ab onere denuncia-  
di ; non propterea damnatur af-  
fertum , quod Confessarius soli-  
citans non teneatur dicere expres-  
se poenitenti , ut ipsum denun-  
ciet.

Praeterea ex facultate Confessa-  
rii solicitantis liberandi poenitentem  
solicitatum , cum ipso confi-  
tentem ab onere denunciationis ,  
quam plurimis absurdis , & incon-  
venientibus porta aperiebatur , ac  
Pontifícia decreta frustratoria red-  
deabantur ; quandoquidem quivis  
Confessarius solicitans potuisset  
dicere malitiosè poenitenti solici-  
tato ; V. D. mihi confiteatur , &  
ego eam ab onere denunciandi

eximam , & quamvis edita Inqui-  
sitionis legantur , non tenetur me  
denunciare , nec opus est ulli alteri  
personæ id communicare , quia ego  
ab hoc onere eam absolvō : hæc  
tamen absurdā non sequuntur , di-  
cendo , quod Confessarius solici-  
tans non teneatur dicere poeniten-  
ti positivè , ut ipsum denunciet ; si-  
quidem per hoc non absolvit eum  
ab onere denunciandi , nec poenitens  
ab eodem liberatur , quam-  
quam Confessarius id ei non im-  
ponat.

49. Confirmatur ulterius , quia  
sententia afferens , quod poenitens  
consentiens solicitationi , & in ea  
complex non teneatur denunciare  
(*quidquid sit de ejus probabilitate ,*  
*quam non sum secutus in Dialogo*  
*part. I. tract. 6. cap. 10. num. 168.*  
*pag. 195.*) non est damnata : ergo  
si non damnatur Sententia afferens  
quod complex non teneatur de-  
nunciare suum complicem , quia  
hoc est virtualiter se ipsum denun-  
ciare , neque damnabitur assertio ,  
quod Confessarius solicitans non  
teneatur dicere poenitenti solici-  
tato , ut ipsum denunciet ; quia hoc  
esset saltem virtualiter se ipsum de-  
nunciare : quare videtur vi hujus  
condemnationis , non teneri Con-  
fessarium solicitantem dicere poe-  
nitenti sollicitato , ut ipsum denun-  
ciet : excipe , nisi poenitens solici-  
tatus interrogaret Confessarium  
solicitantem , an teneatur ipsum

356 Tract. XVII. Explicatio prop. dam. ab Alex. VII.  
denunciare; tunc enim Confessarius non posset respondere, eum non teneri, quia hic esset casus formalissimè damnatus in hac propositione 7.

50. Dico tertio, in omnibus his casibus, in quibus ob aliquam circumstantiam excusatur Pœnitens à denunciatione Confessarij solicitantis ad turpia, juxta dicta in explicatione præcedentis propositionis, & relata in *Prax. part. I. tract. 6. cap. 10.* in omnibus inquam Confessarius solicitans potest absque violatione hujus condemnationis absolvere pœnitentem solicitatum absque onere ipsum denunciandi: ratio est, quia propositio damnata loquitur, quando pœnitens tenetur denunciare; sed sic est, quod posita opinione probabili, eum ab hoc onere excusante, non teneatur Confessarium denunciare: ergo posita dicta opinione, Confessarius solicitans potest absolvere pœnitentem absque onere ipsum denunciandi.

## PROPOSITIO VIII.

Damnata.

Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licet accipere applicando petenti partem etiam specialissimam fructus, ipsimet celebranti correspondentem; idque post Decretum Urbani VIII.

51. DE stipendio Missæ ex proposito differvi in hoc libro

supra tract. 12. cap. 4. part. 3. num. 144. & sequent. pag. 78. ubi haec materia fusius videri potest; quare hic solum necessaria pro intelligentia hujus propositionis damnatae proponam, & ad majorem claritatem.

Suppono primò, extare Decretum Urbani VIII. quod refert Chorubinus in Bullario *tom. 4. ad Conf. 43. Urbani VIII.* Bassæus Verb. Miss. 7. & Filgueira in explicatione hujus propos. VIII. pag. 123. & seq. ubi inter alia decernitur, quod Sacerdos pro eadem Missa duplicatum stipendum quantumcumque incongruum, & exiguum accipere nequeat.

52. Suppono secundò, stipendum justum illud dici, quod auctoritate ordinarij, aut Constitutionis Synodalis est taxatum, & usu receptum in Diæcesi, hocque stipendum non solum Sacerdotes egynos, verum etiam divites posse absque simonia accipere, siquidem licet temporale, quod est stipendum detur pro Missa, quæ est quid spirituale, quia tamen non datur per modum pretij, sed eleemosyne pro sustentatione Sacerdotis, propterea nec dans, nec accipiens est simoniacus.

53. Suppono tertio, triplicem esse fructum SS. Sacrificij Missæ; primus dicitur generalis, nimirum is, qui applicatur pro communibus necessitatibus Ecclesiæ, pro summo

Pontibus, & u Fidelibus cundus fr aliqui vo specialem Sacrificium & corresponde pro offere applicandū cur speci det meritum quemadmodum opera V. C pœnitentiā retur, & sanis peccati ra pro alijs Sacerdos i meretur, tisfactio c exercitio eius specia differentia medium, etiamsi Sa in gratia, ciallissimum 54. Di dos pro ea plicatum cumque in licet pro applicet p & pro alte ciallissimam lebranti; ut improb

## Propositio VIII. Damnata.

357

Pontifice, pro Prælatis, Regibus, & universaliter pro omnibus Fidelibus vivis, & defunctis : secundus fructus est medius, quem aliqui vocant substantialem, alii specialem, & est is, quem habet Sacrificium Missæ ex opere operato, & correspondet meritis Christi, ac pro offerente stipendium ex justitia applicandus : tertius est is, qui dicitur specialissimus, & correspondet meritis ipsiusmet Sacerdotis ; quemadmodum qui alia pietatis opera V. G. eleemosynas, jejunia, penitentias in gratia exercet, meretur, & satisfacit pro suis, & alienis peccatis hujusmodi bona opera pro alijs offerendo ; ita pariter Sacerdos in statu gratiæ celebrans, meretur, & satisfacit ; & haec satisfactio correspondens labori, & exercitio Sacerdotis vocatur fructus specialissimus : Porrò haec est differentia inter hunc fructum, & medium, quod hic obtineatur, etiam si Sacerdos celebrans non sit in gratia, secùs verò fructus specialissimus.

54. Dico primò, nequit Sacerdos pro eadem Missa accipere duplicatum stipendium, quantumcumque incongruum, & exiguum, licet pro collatore unius stipendiij applicet partem medium fructus, & pro altero collatore partem specialissimam correspondentem celebranti; & contrarium damnatur, ut improbabile, & scandalosum in

propositione 8. sic Torrecilla in *Conjunct. tract. 3. Consult. 9. num. 3. & num. 6.* ratio est. Quia etsi Alexander VII. loquatur solum de stipendio in genere, sive sit exiguum, sive congruum. Urbanus VIII. tamen expressè declaravit, quod duplicatum quantumcumque exiguum pro eadem Missa accipi nequeat : ergo cum Alexander in condemnatione hujus propositionis sequatur decretum Urbani, evidenter colligitur damnare, ut improbabile posse accipi pro eadem Missa duplicatum stipendium, quamquam incongruum, & exiguum, sive ab una, sive à pluribus personis.

55. Hinc declarantur damnatae propositiones, afferentes, primò quod Sacerdos possit accipere duo, tria, aut tot stipendia, quot sibi necessaria essent ad sustentationem illius diei; secundò, quod non solum possit accipere necessaria ad propriam, verum etiam Parentum pauperum sustentationem : ratio est, quia collator stipendiij non se obligat ad sustentandum tota die Sacerdotem, sed partem tantum sustentationis ei subministrare : quemadmodum ille qui conductit per horam mercenarium, non tenetur ei solvere, quantum sufficit pro diurna sustentatione : tertio quod Sacerdos die festo possit pro eadem Missa accipere duplicatum stipendium, ac si majoris valoris,

## 358 Tract. XVII. Explicatio prop. dam. ab Alex. VII.

& laboris esset Missa Festiva, quam Ferialis. Quartò quod licitum sit pro eadem Missa plura stipendia accipere ad emendos Juris, & Theologiae libros, si Sacerdos Jurista, vel Theologus sit: haec inquam, & hujusmodi opinione, in quibus, & contra quas eadem ratio, ac in damnata militat, modo ut improbabiles censenda sunt.

56. Dico secundò, non damnatur opinio Marchadi *tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 12. doc. 3. num. 7.* secundum quam Sacerdos potest pro alijs gratis applicare partem fructus sibi correspondentis: & ratio est, quia propositio damnata, dicebat pro hac parte fructus posse accipi stipendium, haec autem id non afferit, sed quod gratis possit pro alijs applicari? ergo non damnatur opinio, quod Sacerdos gratis pro alijs partem fructus sibi correspondentis applicare possit.

57. Dico tertio, is, qui liberiliter, & gratuitò offert amico aliqua sacra celebranda secundum ejusdem intentionem, nequit stipendium accipere; etiamsi amicus id accipiat, vel cum ijs Missis aliqui obligationi ex testamento, fundatione &c. contractae satisfacere debeat; ratio est, quia hoc idem esset ac duplicatum pro eadem Missa stipendium accipere, quod est in hac propositione datum.

58. Dico Quartò, in Religioni-

bus, in quibus ex contractu, aut fundatione, aut alia simili obligatione celebrantur Missæ pro Religiosis Fratribus, aut Benefactoribus defunctis, nequit stipendium predictis Missis accipi: ratio est, quia supposito contractu, aut obligatione fundationis &c ex justitia celebrandæ sunt Missæ pro ejusmodi obligationibus: ergo pro his nequit accipi stipendium; probatur consequentia; cum unica, & eadem Missa duabus justitiae obligationibus satisficeretur, atque supposito contractu, aut fundatione, ab hac, & stipendio, duplex justitiae titulus resultat: ergo cum eadem Missa ambobus satisficeretur.

59. Dico quintò, non damnatur sententia Bassæi *Verb. Missæ 7. num. 10.* dicentis, pro eadem Missa posse Sacerdotem accipere auctius stipendium, pro obligatione dicendi Missam summo manè, vel ad loca distantia, quia majori labore affectatur; item, quando imponitur ei Missa cum officio Defunctorum; quia hic non accipitur augmentum eleemosynæ pro applicatione fructus specialissimi Sacrificij, sed propter laborem, seu incommodum antelucano tempore surgendi, canendi, aut ambulandi, quæ sunt pretio estimabilia, & motiva valde diversa ab opinionis damnata intento.

60. Dico sextò Ecclesiæ, loco

pia, se  
nequeu  
celebra  
minima  
pensaru  
rum cel  
sis man  
rium,  
torum,  
& similii  
loca ipsa  
tus, que  
pensarun  
& tunc,  
bunt, n  
valorem  
ipsomet  
necessari  
lominus  
est, ut  
sunt, ex  
absolutè  
quot pra  
tentibus  
vi Sac  
tionibus  
materian  
rum, q  
Urbani  
proptere  
privatis  
facultas  
clesia no  
dicta sup  
3. sub. n  
Congreg  
locis, ac  
tantum

PROPOSITIO IX.  
Damnata.

du, aut  
obligati  
o Reli  
ctoribus  
um pro  
est, quia  
obligatio  
tia cele  
jusmodi  
his ne  
robatur  
, & ea  
obliga  
qui sup  
ulatione,  
ex justi  
cum ea  
fieri ne  
  
damna  
Missa 7.  
em Miss  
e auctius  
e dicen  
el ad lo  
abore af  
ponitur  
ctorum;  
mentum  
one fru  
sed pro  
modum  
endi, ca  
ue sunt  
tiva val  
amnata  
e, loc  
piis  
pia, seu illorum Administratores  
nequeunt ex eleemosinis Missarum  
celebrandarum ullam utcumque  
minimam portionem retinere ex  
pensarum, quas subeunt in Missarum  
celebratione v.g. pro expen  
sis manutentionis Ecclesiae, Alta  
rium, inservientium, paramen  
torum, luminum, vini, hostie,  
& similiūm, nisi cum Ecclesiae, &  
loca ipsa alios non habent reddi  
tus, quos in usum earundem ex  
pensarum erogare licet possint,  
& tunc, quam portionem retine  
bunt, nullatenus debet excedere  
valorem expensarum, quae pro  
ipso met tantum Missae Sacrificio  
necessariò sunt subeundæ & nihil  
lominus eo etiam casu curandum  
est, ut ex pecunijs, quae super  
sunt, expensis ut supra deductis,  
absolutè tot Missae celebrentur,  
quot præscriptæ fuerint ab offe  
rentibus eleemosynas: Sic decre  
vit Sacra Congregatio in resolu  
tionibus 7. dubiorum super hanc  
materiam celebrationis proposito  
rum, quae sunt annexæ Decreto  
Vrbani VIII. suprarelato num. 51.  
propterea tamen non conceditur  
privatis Sacerdotibus hujusmodi  
facultas, quando prædicta ab Ec  
clesia non subministrantur: juxta  
dicta supra trist. 12. cap. 3. part.  
3. sub. num. 37. quia hoc Decretum  
Congregationis, Ecclesijs, Ipijs  
locis, ac eorum Administratoribus  
tantummodo favet, & suffragatur.

Post Decretum Urbani VIII. potest Sa  
cerdos, cui Missæ celebrandæ tra  
duntur, per alium satisfacere,  
collato illi minore stipendio, alia  
parte stipendij sibi retenta.

61. Suppono per Decretum Ur  
bani VIII. supra relatum  
pariter prohiberi, ne Sacerdos, cui  
Missæ celebrandæ traduntur cum  
certa eleemosyna; v.g. duorum  
Regalium, per alium satisfacere  
queat collato illi minore stipen  
dio: v.g. Regali, aut Regali, &  
medio, alia parte stipendij sibi re  
tentia: „ ac similiter ( ait ) omne  
„ damnable lucrum ab Ecclesia  
„ removere volens prohibet Sa  
„ cerdoti, qui Missam suscipit ce  
„ lebrandam cum certa eleemosy  
„ na, ne eandem Missam alteri,  
„ parte ejusdem eleemosynæ sibi  
„ retenta, celebrandam commit  
tat.

62. Dico primò, assertum pro  
positionis Damnatae fuisse, quod  
non obstante hoc Decreto Urba  
ni, poterat Sacerdos, cui Missæ  
celebrandæ traduntur, per alium  
satisfacere collato illi minore sti  
pendio, alia parte sibi retenta:  
quod meritò, & justissimè dam  
natur tanquam lucrum iniquum, &  
abominabile ex re sacrosancta pro  
veniens; vel etiam quia supponi  
tur, quod Sacerdos nullo titulo  
possit

possit sibi retinere eam partem stipendij : sed sic est , quod absque titulo aliquo nunquam sit licitum retinere rem alienam , quinimò est contra justitiam cum onere restitutionis ergo &c.

63. Dico secundò , quod quāvis Sententia Bordonij apud Filgueiram in Cen. Pontif. pag. 151. citato etiam Torrecilla in 2. impress. consult. tract. 3. consult. 9. diff. 2. sub. num. 18. §. Advierto lo secundò , asserverit , quod Sacerdos committens alteri Missam celebrandam minore stipendio collato , alia parte sibi retenta non peccet mortaliter , sed venialiter absque onere restitutionis , etiam post Decretum Urbani VIII. quod licet non sequatur Torrecilla , putat tamen cum Prado non esse damnatum ab Alexandro VII. in hoc Decreto : quia inquiunt , propositio damnata asserebat , Sacerdotem posse licet sibi retinere partem stipendij : Opinio verò Bordonij , dicens , peccari venialiter , non affirmat , esse licitum ; quia hoc caret omni culpa ? ergo hæc opinio Bordonij non erit damnata.

Ego autem existimo , hanc opinionem non solum non posse ad praxim deduci , sed præterea per Decretum Alexandri condemnari : & ratio est , quia propositiones damnatae adhibentes hæc verba ( est licitum , permisum , potest ,

&c. ) condemnantur secundum subiectam materiam . ita ut si materia propositionis sit in re gravi , damnetur tanquam grave peccatum , si levis , velut leve , & dixi 1. part. Prax. in 4. impressione facta in Burgos , & in impressione facta Cesaraugustæ tract. 11. sub num. 5. & supra dictum est trad. 10. num. 7. pag. 336. & in alijs modernis impressionibus videntur possunt fundamenta hujus doctrinæ : sed sic est , quod materia hujus propositionis 9. sit gravis : ergo sub peccato quoque gravi damnatur : Minor est certa , quia stipendum Ordinarium unius Missæ , nempe duo Regales , potest esse materia levis , ejusque retentio totalis , vel partialis peccatum veniale : sed propositio damnata loquebatur non de unica Missa in singulari , sed in plurali , in que sensu etiam loquitur opinio Bordonij ( nam si loqueretur de levitate , non esset dubium de ejus doctrina ) ergo materia propositionis damnatae est gravis ergo illud potest Sacerdos , tanquam mortaliter , & non tantum venialiter illicitum damnatur.

64. Multò minus assentiri possum , Sententiam Bordonij non damnari , quo ad eximendum Sacerdotem ab onere restitutionis partis stipendij sibi retentæ , collato alteri minore stipendio : quia hæc propositio damnatur vel operopolita

## Propositio IX. Damnata.

361

secundum  
ut si ma-  
re gravi-  
ve pecca-  
leve, ut  
impressum  
impossum  
est. 11. sub  
est trad.  
& in aliis  
us viden-  
tibus doct-  
materi-  
t gravis:  
que gravi-  
rta, quia  
unius Mis-  
s., potell  
que reten-  
peccatum  
damnat  
a Missa it  
i, in quo  
pinio Bon  
ar de leu  
ubium de  
teria pro-  
gravis  
, tanqui  
ntum ve  
tur.  
entiri po-  
lonij non  
ndum Si-  
tutionis  
tæ, co-  
dio: qui  
velop-  
polica  
posta iustitiae: ergo damnatur  
tanquam opinio eximens ab onere  
restitutionis: antecedens proba-  
tur; retentio rei alienæ absque  
titulo, est contra iustitiam: sed  
sic est, quod in hac propositione  
declaretur Sacerdoti nullum suf-  
fragari titulum pro retentione illius  
stipendij; ergo Declaratur, &  
damnatur in hac propositione,  
retentionem illius partis stipendij  
esse contra iustitiam, Confirmatur  
verbis Decreti Urbani VIII.  
qui hoc reputat, *ut damnabile lucrum*: sed sic est, quod lucrum  
injustum sit contra iustitiam, adeo-  
que restituendum: ergo secundum  
Decretum Urbani, ea pars stipen-  
dij est restituenda: sed Alexander  
VII. damnat hanc propositionem  
conformiter ad Decretum Urbani:  
ergo si in hoc damnatur, ut lucrum  
damnabile, & contra iustitiam  
retentio illius partis stipendij,  
idem damnabitur per Decretum  
Alexandri VII. ergo dicendum est,  
non tantum peccare graviter, Sa-  
cerdotem sibi retinentem in nota-  
bili quantitate eas partes stipen-  
diorum Missarum, quas alteri ce-  
lebrandas committit cum minori  
stipendio, sed ulterius teneri ad  
restitutionem.

65. Dico tertio, non damnan-  
tur opiniones supra adductæ, tract.  
12. cap. 4. part. 3. n. 155. pag. 84. part.  
2. afferentes, primò, quod: Ca-  
pellanus, cui Fundator stipendiū

majus ordinario reliquit, possit  
per alium satisfacere collato illi  
minore stipendio: secundò, quod  
quando ex amicitia, aut *intuitu*  
*persona*, majus stipendium alicui  
datum, possit alteri Missas cele-  
brandas committere collato mi-  
nore stipendio: tertio, licitum  
fore, si ille, cui Sacerdos alter  
Missarum celebrationem commit-  
tit, scit eum largiorem eleemosy-  
nam accepisse, & eam sic sciens  
voluntariè cedit, modò tamen  
id fiat citra pactionem, & inten-  
tionem lucri, & omnino sincerè:  
ego pro stipendio tantum accipio,  
tibi congruum dabo: vide? an  
velis: nec etiam hic ille, vel al-  
ter hinc inde queratur; lucrum  
enim id sapit, & mercatorum  
contractum, cuius evitatio est  
motivum intrinsecum Pontificis  
in his prohibitionibus: ita docet  
cum Lumbier, Torrecilla ubi su-  
pra num. 19. Videatur tract. 12.  
citatus ubi hæc, & aliæ doctrinæ ad  
hanc materiæ pertinentes habentur.

## PROPOSITIO X. Damnata.

*Non est contra iustitiam pro pluri-  
bus Sacrificejs stipendium accipere,  
& Sacrificeum unum offerre: ne-  
que etiam est contra fidelitatem,  
etiam si promittam, promissione  
etiam juramento firmata, danti  
stipendium, quod pro nullo alio  
offeram.*

Z z

66. Hu-

66. Hujus Propositionis tres sunt partes: prima, affirmans non esse contra justitiam pro pluribus Sacrificijs stipendum accipere, & Sacrificium unum offerre: Secunda, non esse contra fidelitatem promittere danti stipendum, quod pro nullo alio offerretur, licet revera offeratur; & tertia, hoc verificari etiam promissione jumento firmata, his suppositis.

67. Dico primò, graviter peccat, qui pro pluribus stipendijs unicum Sacrificium offert; & oppositum est casus expresè damnatus in hac propositione: & merito, quia inter dantem, & accipientem stipendum, est fermè contractus implicitus, & innominatus, nempe *do, ut facias: do stipendum, ut facias secundum meam intentionem Sacrificium*: *do tibi unum stipendum, ut unum Sacrum pro me celebres, tibi do duo, tria, aut plura, ut duo, tria, aut plura Sacrificia pro me offeras*: sed contra justitiam est non observare contractus, vel quasi contractus: ergo contra justitiam delinquit Sacerdos, qui pro pluribus stipendijs unicum Sacrificium offert; & hoc intelligendum est, non solum de stipendijs congruis, sed etiam de exiguis, & incongruis.

Hinc infertur, quod Sacerdos pro pluribus stipendijs unicum Sacrificium offerens, teneatur resti-

tuere vel Domino stipendum, aut per se, vel per alium tota Sacrificia offerre, quot fuerunt accepta stipendia; quia pro pluribus stipendijs unicum Sacrificium offerre est contra justitiam, non utcumque, sed contra justitiam commutativam; ita cum Auerla, Filgueira *super hanc propositionem* 10. sed qui operatur contra justitiam commutativam tenetur ad restitutionem: ergo Sacerdos pro pluribus stipendijs unicum Sacrificium offerens, tenetur ad restitutionem.

68. Dico Secundò, ejusmodi Sacerdos non solum peccat contra justitiam, verùm etiam contra fidelitatem, si post promissionem danti stipendum factam, quod pro eo tantum Sacrificium offeret, pro alio etiam celebret: ratio est, quia violatio justæ promissionis est contra virtutem fidelitatis: sed in hoc casu violatur justa promissio: ergo hæc violatio est contra virtutem fidelitatis.

69. Dico tertio, si hæc promissio sit juramento firmata, ejusmodi violatio non solum est contra virtutem fidelitatis, sed etiam contra virtutem Religionis: ratio est, quia virtus Religionis præcipit, ut adimpleantur vota, juramenta &c. ergo qui non adimpleret justam promissionem juramento firmatum, hanc virtutem offendit; Et si hujusmodi promissio fiat absque ani-

mo  
me can  
peccatu  
quin ma  
quia dei  
in juran  
tum m  
materia  
present  
promissi  
ergo qu  
adimple  
mento f  
graviter  
materia  
Attar  
rendi Mi  
dium hi  
polymo  
non ad  
ordinari  
se in Ser  
12. cap.  
part. 2. p  
emissio  
sententi  
ro si ma  
quia dei  
in juran  
ria est g  
vis, pro  
de Bassa  
num. 3  
de futur  
rio sit a  
menti :  
graviter  
vis, &  
vis.

mo eam adimplendi, grave periurij peccatum incurritur, quamvis alioquin materia esset levis : ratio est, quia defectus veritatis de praesenti in juramento promissorio peccatum mortale perjurij est, etiam si materia sit levis : sed veritas de praesenti est intentio adimplendi promissionem juramento firmatā : ergo qui non habet intentionem adimplendi promissionem juramento firmatam est perjurus, & graviter peccat, quamvis alias materia esset levis :

Attamen si in promissione offrendi Missam pro solo dante stipendum habeatur par intentio, & postmodum mutata voluntate non adimpleatur, si materia est ordinarium stipendum unius Missae in Sententia supra relata tract. 12. cap. 4. part. 3. n. 176. pag. 93. part. 2. posterior violatio juramenti emissi non esset mortale secundum sententiam probabilem ; secus vero si materia esset gravis, ratio est, quia defectus veritatis de futuro in juramento promissorio si materia est gravis, est mortale, si levius, probabiliter, est veniale. vide Bassæum Verb. *Juramentum 4. num. 3.* sed sic est, quod veritas de futuro in juramento promissorio sit adimpletio realis talis jura- menti : ergo qui id non adimplet, graviter peccat, si materia est gravis, & leviter, si materia est le-

70. Dico quartò, in hac propositione non damnatur opinio, secundum quam Sacerdos, postquam promisit danti stipendum, quod pro nullo alio sacrificium offeret, potest partem specialissimam fructus sacrificij sibi propriam pro se, aut pro alio applicare : ratio est, quia is, qui promittit Sacrificium collatori stipendij, solum promittit pro eo applicare id, quod tenetur ex justitia, sed quod tenetur ex justitia est pars media, seu substantialis fructus, non vero pars correspondens celebranti : ergo hanc pro se, vel pro alio poterit applicare, etiamsi promiserit danti stipendum, quod pro nullo alio offeret : pro hac tamen partes specialissima correspondente Sacerdoti, aliud stipendum accipi nequibit, cum hoc sit damnatum in propositione 8.

## PROPOSITIO XI.

Damnata.

*Peccata in Confessione omissa, seu obliita ob insensum periculum vita, aut ob aliam causam non tenemur in sequenti Confessione exprimere.*

71. Suppono primò in Confessione Sacramentali aliqua peccata absolvī, & remitti directè, alia indirectè : Directè absolvuntur, & remittuntur ea peccata, quæ expressè confessioni subiiciuntur, modò in poenitente non sit obex

id impediens: indirecte remittuntur peccata omissa in Confessione, aut ex oblivione naturali, aut ob aliam justam causam, ob quam licet dimidiare Confessionem: v. g. causa justa dimidiandi Confessionem est periculum mortis, in quo infirmitas non dat tempus exprimendi omnia peccata; vel quando in casibus reservatis non est facilis recursus ad superiorem, & instat praeceptum, seu obligatio communicandi, aut celebrandi, vel quando peccatum, aut ejus circumstantia est reticenda, ne Confessarius veniat in cognitionem complicis.

72. Suppono secundò, peccata indirecte remissa in Confessione esse aperienda, cum commodè fieri potest; secus verò directe remissa; posseque contingere, quod peccata nec directe, nec indirecte sint remissa absque obligatione ea iterato confitendi; ut contingit in Sententia, admittente Sacramentum validum, & informe; nempe quando poenitens confitetur omnia sua peccata, & ob aliquem obicem Sacramentum est informe, & simul validum; huic inquam non remittuntur pro tunc peccata, & nihilominus non tenetur ea iterato confiteri, sed ablato obice ea remittuntur, & Sacramenti fructus percipitur.

73. Dico primò, peccata omissa ex oblivione naturali, vel ob in-

stans periculum vitae, vel ob aliam justam causam, tenemur in sequenti Confessione exprimere, & contrarium damnatur in hac propositione tanquam scandalosum, & practicè falsum: ratio est, quia integritas Confessionis est de jure Divino, vi cuius tenemur confiteri omnia, & singula peccata species, & numero, post debitam & diligentem eorum præmeditationem; ut constat ex Concilio Tridentino. sess. 14. cap. 5. & Canon. 8. sed qui ex oblivione, aut ob aliam justam causam omisit in Confessione aliqua peccata, hanc legem non adimplevit: ergo in Confessione sequenti ea exprimere tenetur.

74. Dico secundò, non damnatur opinio juxta quam is, qui ex oblivione, aut ob aliam justam causam omisit aliquod peccatum in annua Confessione, non tenetur id confessim confiteri; sed potest differre, usque dum instet præceptum annuae Confessionis, vel periculum mortis, aut præceptum Communionis, sic Torrecilla super hanc propos. 11. Filgueira super eandem propos. in fine: ratio est, quia sensus propositionis damnatae fuit, quod non teneamur confiteri peccata omisa, seu oblita ob justam causam: hæc opinio autem hoc non asserit, sed quod possint diffiri usque ad instans præceptum annuae Confessionis: ergo hæc opinio

nihil non dicitur  
Filgueira  
seat; ei ta  
inquit, pe  
ta in annu  
tinent ad  
ideoque a  
necessariam  
fiteri, qua  
aut comm  
deantur ci  
trax, pag. 3  
75. Dic  
natur opin  
qui confite  
talia absque  
& addens e  
minus qua  
niscatur p  
numero, i  
peccata co  
affirmans,  
centum pe  
rims pliss,  
ur poenite  
aut quinqu  
occurrenti  
Sacrament  
i. que. 1.  
chilis, qu  
nata ferme  
confessis,  
loquuntur  
lis, sed su  
confessa cu  
sue: ergo h  
natur opin

ob aliam  
n sequen-  
& con-  
c propoli-  
sum, &  
est, qui  
st de juri  
r confite-  
cata spe-  
debitam &  
neditatio-  
cilio Tri-  
Canon. 8.  
ob aliam  
Confessio-  
c legem  
n Confes-  
ere tene-  
a damna-  
, qui ex  
i justam  
eccatum  
on tene-  
, sed po-  
stet pra-  
nis, vel  
receptum  
ecilla, su-  
ira super  
est, quia  
ata fuit,  
teri pec-  
b justam  
em hoc  
fint dif-  
receptum  
hac op-  
nio

nio non damnatur: Verum, et si  
Filgueira damnatam non esse cen-  
seat; ei tamen non adhæret, quia  
inquit, peccata omissa, seu obli-  
ta in annua Confessione per se per-  
tinent ad talem Confessionem,  
ideoque ad eam perficiendam,  
necessarium est ea in immediate con-  
fiteri, quam primum memorie,  
aut commoditati proponentur. vi-  
deantur circa hoc dicta 1. part.

Prax. pag. 3. num. 4.

75. Dico tertio, neque dam-  
natur opinio, afferens, quod is,  
qui confiteretur decem peccata mor-  
talia absque plurium recordatione,  
& addens ea verba *parum plus aut*  
*minus quamvis postmodum remi-*  
*niscatur peccata fuisse duodecim*  
*numero, non teneatur hæc duo*  
*peccata confiteri: neque opinio*  
*affirmans, quod in accusatione*  
*tentum peccatorum, dicendo *pa-**  
**rum plus, vel minus non tenea-**  
**tur penitens confiteri quatuor,**  
*aut quinque alia peccata memorie*  
*occurrentia: Videatur Leander à*  
*Sacramento part. 1. tract. 5. diff.*  
*5. queß. 10. & 1. 15. Probatur con-*  
*clusio, quia in propositione dam-*  
*nata sermo erat de peccatis non*  
*confessis, atqui hæc opiniones non*  
*loquuntur de peccatis non confes-*  
*sis, sed supponunt expressa, &*  
*confessa cum addito plus, minu-*  
*sue: ergo hæc opiniones non dam-*  
*nantur: Et à fortiori neque dam-*  
*natur opinio, juxta quam confes-*

sus vigesies, inveniens postea se  
tantum decies illud peccatum  
commisisse, non tenetur numerū  
retractare: nam id penitens fecit  
bona fide, & Confessio fuit integra,  
cum in numero majori contineatur minor: Sic Bassæus *Verb.*  
*Confessio Sacramentalis 4. num. 20.*  
Neque damnatur opinio Sanchez  
*in select. diff. 41. num. 18.* quod ei,  
qui peracto sufficienti examine  
omnia peccata memorie occur-  
rentia confessus est, non tenea-  
tur postmodum instituere examen  
de præterita vita, utrum vel ne  
aliquid peccatum Omiserit: quia  
hæc opiniones, ut patet, valde dis-  
crepant à propositione damna-  
ta.

76. Dico Quartò, neque dam-  
natur doctrina adducta 1. part.  
hujus prax. tract. 2. cap. 1 num. 10.  
pag. 35. & tract. 6. cap. 1. num. 6.  
pag. 116. nimurum, quod is, qui  
in Confessione non potest exprimere certum, & determinatum  
numerum peccatorum, satisfa-  
ciat, si se accuset de habitu, &  
conscientia peccandi, & conse-  
quenter si recordetur de tali, aut  
tali individuo peccato, non tenea-  
tur id confiteri: ratio est, quia in  
ea accusatione habitus includitur  
peccatum postea occurrrens, &  
directè remissum, quod valde dif-  
fert ab asserto propositionis dam-  
natae, quando meretrix omnibus  
suit exposita, & concubinarius

tenuit concubinam tanquam uxorem, si numerus certus peccatorū haberi non possit à Confessario sufficiet tempus explicare, quo concubinarius permansit in concubinatu, utendo concubinā loco uxoris, & meretrix in meretricio; tenetur tamen meretrix quantum potest, exprimere species, & circumstantias mutantes speciem, ut toties cum conjugatis, vel clericis sacrorum ordinum, vel contra naturam &c. Bassæus *supr. num. 21:*

## PROPOSITIO XII.

Damnata.

*Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.*

77. Suppono primò, aliquos causas Jure communi esse Episcopis reservatos, & alios jure particulari: jure communi reservantur Episcopis causis reservatis Papæ, quando sunt occulti; & jure particulari sunt reservati Episcopis ijs, quos ipsimet sibi reservant in, aut extra Constitutiones Synodales; cum hoc discrimine, quod casuū reservatorum in Constitutionibus Synodalibus perseveret reservatio etiam mortuo Episcopo, aut ad alium Episcopatum translato, sed reservatorum extra Synodus per particulare decretum cessat refer-

vatio defuncto, aut derelinquentे Sedem Episcopo; & in hoc secundo Sensu non solum Confessorius Regularis, verum etiam quisvis approbatus poterit ab ijs absolvere, modò noviter non referventur.

Suppono secundò, quemlibet Confessarium posse à reservatis absolvere, obtenta ad id Episcopi facultate, absque transgressione hujus Decreti Alexandri VII.

78. Suppono tertio, Religiosos Mendicantes à Pontificibus, Sixto, Vrbano, Eugenio Quartto, & Julio Secundo obtinuisse privilegium absolvendi à casibus reservatis Episcopis; ita docent Miranda, & Rodriguez citati in proprijs locis à Filgueira in *Censur. Pontific. pag. 161. & 162.*

Suppono Quartò, inter Regulares esse communicationem privilegiorum, ita ut plures Religiones non mendicantes grudeant privilegijs Mendicantium; & hi gratijs, indultis, & privilegijs aliorum Ordinum Mendicantium & non mendicantium; ut videri potest in Bassæo *Verb. Privileg. 5. & in supplemento*, ubi refert varias conclusiones summorum Pontificum.

79. Dico primò, Mendicantes nequeunt absolvere à casibus reservatis Episcopis, non obtenta ad id Episcoporum facultate, cuius oppositum damnatur in hac propositione 12. & consequenter caten-

Regulari  
privilegi  
terant o  
bus rese  
vigore n  
principal  
go cum c  
int huji  
cantum  
cipaliter  
cateri R  
participa  
ipis acce  
dere pot  
80. D  
stio dam  
casibus,  
reservant  
reservativ  
proinde  
quid M  
vere à c  
servatis I  
net Moy  
g. disp. 8.  
8. 17. L  
num. 623  
per hanc  
idem affe  
Prado:  
sitione d  
casibus,  
Episcopo  
ut ex ead  
quod M  
huijimo  
tione ca  
Summo

Regulares, qui per participationem privilegiorum Mendicantium poterant olim absolvere à dictis casibus reservatis, modò eorundem vigore non possunt; quia cessante principali, cessat accessorium: ergo cum cessaverint, & sublata fuerint huiusmodi privilegia Mendicantium, quibus primariò, & principaliter concessa fuerunt, neque ceteri Regulares ob generalem participationem, in qua sunt quasi ipsi accessorij, ijs uti, potiri, & gaudere poterunt.

80. Dico secundò, hæc propositio damnata solum loquitur de casibus, quos jure ordinario sibi reservant Episcopi, non verò de reservatis ijsdem jure communi; prouidèque non damnatur opinio, quod Mendicantes possint absolvere à casibus jure communi reservatis Episcopis: ita cum alijs tenuerit Moya *in sui select. tom. I. tract. 3. diff. 8. quest. 6. §. Unico, num. 16.* & 17. Lumbier *in fragm. tom. 2. num. 623. & 731.* & Torrecilla super hanc Proposit. Consult. 2. n. 3. idem afferit cum Cursu morali, & Prado: & ratio est, quia in Propositione damnata sermo est de illis casibus, ad quorum solutionem Episcoporum facultas requiritur, ut ex eadem colligitur: sed sic est, quod Mendicantes non indigeant huiusmodi facultate pro absolutione casuum Papalium (cum à Summo Pontifice ad id habeant

facultatem) non solum quando sunt occulti, sed etiam publici, ut inquit Moya, Lumbier, & Torrecilla, exceptis casibus publicis Bullæ Coenæ (*ibid. num. 8.*) ergo Mendicantes absque transgressione condemnationis Alexandri VII. possunt absolvere à casibus Papalibus jure communi Episcopis reservatis.

81. Dico tertìò, nequid amnatur assertum, quod Mendicantes vi Bullæ Cruciatæ possint absolvere à casibus etiam jure particulari Episcopis reservatis: ita cum cursu Morali, & Prado docet Torrecilla *ubi supra num. 10. in secunda impressione:* ratio est, quia secundum propositionem damnatam, Mendicantes vi suorum Privilegiorum possunt absolvere: secundum nostrā autem conclusionem vi Bullæ Cruciatæ, per quam conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus jure particulari Episcopis reservatis: ergo non damnatur assertum, quod Mendicantes ex privilegio Bullæ Cruciatæ à prædictis casibus absolvere valeant.

82. Dico quartò, in hac propositione non damnantur, nec revocantur Privilegia Mendicantium dispensandi, vel commutandi vota, & juramenta, aut dispensandi in impedimento petitionis debiti cum eo, qui voto castitatis obstritus contraxit matrimonium, aut post

post contractum matrimonium consanguineam uxoris in primo, aut secundo gradu consanguinitatis cognovit: ratio est, quia in propositione damnata agebatur de casibus reservatis, nos autem dicimus de votis, juramentis, & alijs valde diversis: ergo condemnatio non subiacet opinio, quod Mendicantes uti possint suis Privilegijs in ordine ad commutationem, & dispensationem votorum, juramentorum, ac petitionis debiti:

83. Dico quintò, nec videtur in hac propositione damnata comprehendendi opinio, quod Mendicantes possint absolvire à censuris reservatis Episcopis; hocque infero ex doctrina Megalæ, apud Dianam part. 3. tract. 2. resol. 13. quæ dicit, Decretum Clementis Octavi auferens à Regularibus facultatem absolvendi à casibus reservatis Episcopis, non prohibere, quin possint absolvire à censuris iisdem reservatis: ergo etiamsi per hoc Decretum Alexandri damnetur, quod Mendicantes possint absolvire à casibus reservatis Episcopis, non tamen damnabitur, quod possint absolvire à censuris ijs reservatis, nam à diversis non sit illatio: verumtamen hanc doctrinam non sequor, quamcumlibet ob dictam ratione non videatur damnata.

84. Et si quis quereret, an

Religiosi non Mendicantes possint absolvire à casibus jure particuli Episcopis reservatis virtute suorum privilegiorum, cum id non habeant per participationem privilegiorum Mendicantium; Propono hoc dubium tantummodo curiositatis, & ingenij gratia, non quod affirmem, aut sequar rationes, & discursus mox referendos, sed ad doctos, & pios Authors meum judicium remittendo. Videlur igitur, quod si Religiosi non Mendicantes haberent aliquod proprium & peculiare privilegium absolvendi à casibus jure particuli Episcopis reservatis, possint eo uti non obstante Decreto Alexandri VII: & ratio est, quia hoc Decretum loquitur solum de Religiosis Mendicantibus: ergo non debet extendi ad non Mendicantes: consequentia probatur; quia odiosa non sunt amplianda, sed restringenda; hæc condemnatione est odiosa: ergo non est extendenda ad eos, quos non exprimit: sed non exprimit Religiosi non Mendicantes: ergo ad hos non est extendenda.

85. Dicet aliquis, esse Decretum Urbani Octavi Romæ emanatum 17. Novembris 1628. omnibus Regularibus generaliter interdicens absolutionem catuum reservatorum Episcopis: ergo deo, & non concessso, quod hoc Decretum Alexandri VII. non extenderetur

tendere  
ex sola p  
Octavi  
posse ab  
Episcopi  
stante D  
drum,  
ste Filigu  
163. §.  
olvore à  
idem affa  
part. 10.  
dit Bassie  
folum vi  
dum dub  
tum, & r  
nijis: erg  
Decretum  
stat, qui  
sibus res  
vere: er  
di Septim  
non exten  
tes, vide  
sent vi al  
dentalis à  
tis absolv  
Ex qu  
inferri, c  
possent a  
vere, ca  
ad id pr  
peculiare  
Mendicant  
icipation  
vilegijs r  
supra di  
cum Me

tenderetur ad non Mendicantes , ex sola prohibitione tamen Urbani Octavi dicendum est , eos non posse absolvere à casibus reservatis Episcopis. Respondeo , non obstante Decreto Urbani VIII. Leandrum , & Hurtadum docuisse , teste Filgueira in *cens. Pontific. pag. 163. §. quo* , Regulares posse absolvere à prædictis ; cum Filgueira idem asserit Vitalis , apud Dianam *part. 10. tract. 13. resol. 22.* & adiit Bassæus hoc Decretum Urbani solum vigere in Italia , ac Hurtadum dubitare , utrū promulgatum , & receptum fuerit in Hispanijs : ergo juxta hos Doctores Decretum Urbani VIII. ; non obstat , quin Regulares possint à casibus reservatis Episcopis absolvere : ergo si Decretum Alexandri Septimi in hac propositione 12. non extenditur ad non Mendicantes , videtur sequi , quod hi possent vi alterius privilegij id concedentis à casibus Episcopis reservatis absolvere.

Ex qua doctrina videtur posse inferri , quod etiam Mendicantes possent ab ejusmodi casibus absolvere , casu quo non Mendicantes ad id privilegium proprium , & peculiare haberent , quia cum Mendicantes habeant Bullam participationis , vi hujus gaudent privilegijs non Mendicantium , ut supra dictum est , *num. 77.* ergo cum Mendicantes juxta tenorem

hujus propositionis 12. damnatæ non possint virtute suorum privilegiorum à casibus reservatis Episcopis absolvere , videtur id posse per participationem privilegiorum non mendicantium , supposito hujusmodi privilegio ijs concesso.

Hæc volvi dicere per modum argumentationis , non verò ex eo , quod hanc doctrinam sequar , aut eam probabilem censem , aut consulam , tum ob supradictas rationes , tum quia extat aliud Decretum Clementis Decimi in Constitutione , que incipit *Superna &c.* quam refert Bullarium Magnum *tom. 5. pag. 494.* ejusque mentione facit Lumbier *tom. 2. sum. num. 1180. & seq. & tom. 3. num. 1699.* & Torrecilla in suis Consult. Moral. *tract. 2. consult. 4. num. 12. & seq.* quod Decretum ita loquitur : „ Ex „ facultatibus per Mare magnum , „ aliave privilegia Regularibus cu- „ juscumque Ordinis , instituti , „ aut Societatis , etiam JESU , „ concessis , factam ejus non esse „ potestatem absolvendi in casibus „ ab Episcopo sibi reservatis : P. Torrecilla tamen *supra num. 30.* dicit , quod in Hispanijs non fuerit acceptata hæc Constitutio Papæ Clementis Decimi , saltem universaliter , quo ad punctum facultatis Monialium subditarum Ordinario confitendi Regularibus ; licet non dicat , quo ad nostrum punctum : addit tamen *eod. tract.*

370 Tract. XVII Explicatio prop. dam. ab Alex. VII.

Consult. 5. in 2. impressione, quod in publicatione dicti Decreti Matriti facta, pro ejusdem quoque executione supplicatum fuerit, sed cum de hoc authenticè non constet, & constet de Decreto, huic standum est.

PROPOSITIO XIII.

Damnata.

Satisfacit præcepto annua Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato,

86. Suppono primò, post Concilium Trid. sess. 25. cap. 15. de reformat. ad administracionem Sacramenti Pœnitentia præter Ordinem Presbyteratus, necessariam esse approbationem Ordinarij; hancque approbationem esse testimonium authenticum sufficientia Sacerdotis pro hoc munere subeundo.

Suppono secundò, hanc approbationem requiri non solum in Sacerdotibus Sæcularibus, verum etiam in Regularibus, ut subditorum Episcopi confessiones excipere queant, ad excipientias vero Confessiones aliorum Regularium non requiritur approbatio Episcoporum, sed Prælatorum suorum respectively.

Suppono tertio, quod Regulares, quamvis ejusmodi approbatione pro excipientis Confessioni-

bus secularium indigeant, iurisdictionem tamen immediatè à Pontifice accipiant, posita tanquam conditione approbatione Episcopi.

87. Dico primò, is qui constetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato, non satisfacit præcepto annua Confessionis, & Sententia oppositum adstruens damnata mandat per hoc Decretum Alexandri VII.

& meritissimè, quia licet Regulari potestatem jurisdictionis immediatè à summo Pontifice habeat; approbatio tamen Episcopi pro ejusdem executione, tanquam conditio necessaria requiritur: ergo si justè, siue injustè denegat Episcopus approbationem, Regulari Jurisdictionem exercere absolvendo nequit: ergo Confessiones factæ erunt nullæ: subluso: qui per nullam Confessionem non satisfat præcepto annua Confessionis, ut ex sequenti propositione patet: ergo qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato, annua Confessionis præcepto non satisfacit.

Exhinc damnata declaratur opinio, quam docet Fagundez in præcepto Eccles. lib. 7. cap. 2. nro 15. plerique alij pariter docuerunt dicentes, quod Regularis idoneus injustè reprobatus ab Episcopo possit exaudire Confessiones, ac esset approbatus; quia si talis Regularis reprobatus posset tangere

approbationem, Confessio validatur, fieri possit; naturam opinionis reportare possit Confessio 88. demna modo, F. alij sucipiendes dependunt anno Regula stentes latorum cerdoti probat ceptu fates, qui scopo, fario ab plendo fisionis: cum Pra lis comm quia Nov favorabili gularium 89. Dur opinio quod R audiend:

approbatus eas exaudire , etiam Confessiones cum eo factæ forent validæ: ergo per ipsas posset satisfieri præcepto annuæ Confessionis; sed sic est, quod hoc sit damnatum : ergo pariter damnatur opinio , quod Regularis idoneus reprobatus injustè ab Episcopo , possit velut approbatus exaudire Confessiones.

88. Dico secundò , non condemnatur opinio , affirmans pri-mò , Regulares confitentes cum alijs sui Ordinis à prælatis ad excipiendas Subditorum Confessiones deputatis , satisfacere præcep-to annuæ Confessionis : secundo , Regulares extra Monasterium existentes cum licentia suorum Prælatorum , confitentes cuilibet Sa-cerdoti Regulari , aut sæculari ap-probato , ab Episcopo , eidem præcepto satisfacere : quia Regula-tes , quamvis non sint subditi Epi-scopo , indigent tamen Confes-sario ab eo approbato pro admis-plendo præcepto annuæ Confes-sionis : Idem tenet Cursus Moralis cum Prado de Novitijs , & famu-lis commensalibus Regularium , quia Novitij: & ejusmodi famuli in favorabilibus veniunt nomine Re-gularium.

89. Dico tertio , nec damnan-tur opiniones dicentes primò , quod Regularis approbatus ad audiendas tantum virorum , &

non sceminarum confessiones , ex eo , quod quadragesimum annum non pertigerit , possit earum quo-que Confessiones audire. secun-dò , quod Regularis pro tempo-re determinato approbatus , possit eo elapsò virtute Bullæ , aut Ju-bilæi eligi in Confessarium : ter-tiò , quod Regularis approbatus posita injusta revocatione licentia Ordinarij possit nihilominus vigo-re Bullæ exaudire ; videatur Torre-cilla ubi supra num. 33. & sequent. ratio est , quia propositio dam-na-ta supposuit Regularem nulla ap-probatione gaudere , atqui hæ opini-ones aliquam benè supponunt: ergo non damnantur , quamvis ego non assentiar ; quod pro de-terminato tempore approbatus , vel revocationis sententiam pas-sus ; sit transacto illo tempore per Bullam , aut Jubilæum eligibilis.

Ex quo infertur , quod appro-batus in uno Episcopatu absque transgressione hujus condemna-tionis , per Privilegium Bullæ sit eligibilis in Confessarium in alio Episcopatu: vel juxta Sanchez de Matrim. tom. I. lib. 3. disp. 34.n. 2. & alios , quod approbatus in una Dicecesi possit extra ipsam ex-cipere Confessionem subditi Epi-scopi , qui eum approbavit , se-clusa etiam licentia Ordinarij loci , in quo est de præsenti. Adver-tendum tamen , quod licet hæ duæ propositiones non dannen-

tur per Decretum hic explicatum, fuerunt tamen damnatae per Bullam Clementis X. quæ incipit: *Superna &c. & postremo, Sanctitas Innocentij XII. eas damnavit tanquam temerarias, erroneas, & scandalosas per Bullam emanatam 19. Aprilis Anno 1700. quæ incipit: Cum sicut non sine gravi animi dolore &c.* Ubi fertur sententia excommunicationis reservatae Summo Pontifici contra præsumentes eas docere, defendere, edere, prædicare: Nec damnatur assertum, quod Pœnitens qui habet sola peccata venialia, confitens Regulari reprobato ab Episcopo, satisfaciat præcepto annuae Confessionis.

90. Dico quartò, condamnationi non subiacet sententia, juxta quam is, qui confitetur Regulari sine licentia sui Prælati præsentato, & approbato ab Episcopo validè confitetur: ut inquit Diana part. I. tract. II. resol. 13. & consequenter per talēm Confessionem præcepto annuae Confessionis satisfecit, quia propositio damnata loquitur de Regulari reprobato ab Episcopo: sed hæc opinio non loquitur de reprobato, sed approbato: ergo hæc opinio non est damnata: Nihilominus quamquā hoc verum sit, opponitur tamen Constitutioni Julij III. tenoris sequentis: „licentias audiendi Confessiones emanatas ab Episcopis esse nullas, si sine Superioris

, consensu impetrantur, Fratrea talis Regularis peccat, aut mortaliter, ut absolute tenet Pereginus vel ut rectius dicit Megala apud eundem Dianam *ibidem*. hoc determinandum esse ex vi suæ Regulæ, & Constitutionum, quæ si ad mortale obligant, mortaliter talis Confessarius peccabit, si ad veniale, tantum venialiter.

## PROPOSITIO XIV.

Damnata.

*Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesia*

90. Suppono primò, Confessionem posse esse nullam, vel defectu Confessarij, vel defectu pœnitentis: defectu Confessarij quidem; si careat Jurisdictione absolvendi à peccatis confessis, aut formam absolutionis vel non proferat, vel sine debita intentione: Defectu pœnitentis, si ex malitia aliquod grave peccatum, vel aliquid essentiale omittat.

Suppono secundò, Confessionem posse esse nullam, quo ad valorem, & effectum simul, vel tantum quo ad effectum, ut in Sacramento valido, & informi jura Sententiam id docentem.

92. Dico primò, damnatum in propositione 14. est assertum, quod faciens Confessionem voluntariè nullam, satisfaciat præcepto Ecclesiæ, nam licet aliquibus

*Propositio XIV. Damnata.*

373

præceptis satisfieri possit per actum malum *ex accidenti*: v. g. is, qui audit Missam ex vanitate, aut ad eam audiendam pergit ad Ecclesiā animo videndi personam turpiter amatam, satisfacit præcepto Ecclesiæ audiendi Missam; hoc tamen non potest habere locum in eo, qui voluntariè nullam facit Confessionem, & ratio disparitatis est, quia Ecclesia solum præcipit essentialiam audiendi Missam; is, qui eam audit, aliunde peccans, audit essentialiter Missam: ergo satisfacit huic præcepto; sed de essentialia Confessionis est validitas: ergo qui hanc voluntariè nullam facit, præcepto Ecclesiæ satisfacere nequit. Hinc damnata venit opinio, quam probabilem putavit Bassæus *Verb. Confessio Sacramentalis 1. num. 13.* nempe, quod publicus Vfurarius, aut meretrix, confitentes sine proposito relinquendi occasionem proximam, adeoque dimissi absque absolutione, satisfaciant præcepto Confessionis annuæ; quia hujusmodi personæ (idem dico de alijs in occasione proxima constitutis) faciunt Confessionem voluntariè nullam: ergo nec præcepto Ecclesiæ satisfaciunt: consequentia est certa, antecedens probatur; quia dictæ personæ voluntariè nolunt relinquere occasionem proximam peccandi: atqui nolens voluntarie relinquere occasionem proximi-

mam peccandi, facit confessionem voluntariè nullam: ergo tales personæ faciunt Confessionem voluntariè nullam: minor probatur Confessio voluntariè nulla, ea est, quæ voluntariè fit sine proposito emendationis: atqui is, qui voluntariè renuit relinquere occasionem proximam peccandi, voluntariè non habet propositum emendationis: ergo qui voluntariè renuit relinquere occasionem proximam, facit confessionem voluntariè nullam.

Ex quo infertur, absolutum absque proposito relinquendi occasionem proximam non satisfacere præcepto annuæ Confessionis: ratio est, quia, qui non habet propositum derelinquendi occasionem proximam voluntariam, nec habet voluntariè propositum emendationis: sed qui voluntariè non habet propositum emendationis, facit confessionem nullam: ergo qui confitetur sine proposito derelinquendi occasionem proximam voluntariam, non satisfacit præcepto Ecclesiæ, etiamsi Confessarius eum absolvat vel ex ignorantia, vel ex alio respectu: Verum, si occasio peccandi esset involuntaria, propter eam præcisè absolutus sine proposito eam derelinquendi, satisfaceret præcepto Ecclesiæ, nisi ob aliam circūstantiam faceret confessionem voluntariè nullam.

A a a 3

93. Dico

93. Dico secundò, non damna-tur assertio, quòd satisfaciat præcepto Confessionis is, qui eam fa-cit nullam, non sua culpa, sed Con-fessarij, vel carentis Jurisdictione, vel non proferentis verba absolu-tionis, aut sine debita intentione, modò pœnitens hos defectus igno-ret: ratio est, quia juxta proposi-tionem damnatam, qui facit con-fessionem voluntariè nullam, sa-tisfacit præcepto Ecclesiæ: sed sic est, quòd in nostro casu pœnitens non faciat confessionem voluntariè nullam, sed involuntariè, cum ignoret causam nullitatis: ergo hæc assertio non est damnata. Ve-rum est, quòd si pœnitens postmo-dum sciret suam Confessionem fuisse nullam, teneretur iteratò confiteri ea peccata, à quibus nec directè, nec indirectè fuit absolu-tus, & si novit Confessarium care-re Jurisdictione, non satisfacit præcepto, cum confessionem volun-tariè nullam faciat.

94. Dico tertìò, neque damna-tur assertio, quòd satisfaciat præcepto, qui facit Confessionem va-lidam, & informem: ita Lumbier tom. 2. suns. num. 735. Torrecilla in *Consili. tract. 2. consult. 10. num. 13.* & probatur, quia qui facit Sa-cramentum validum, licet infor-me, non facit confessionem volun-tariè nullam; sed juxta proposi-tionem damnatam satisfacit præcepto, qui facit Confessionem vo-

luntariè nullam: ergo non damna-tur assertio, quòd satisfacit præ-cepto qui facit confessionem vi-dam, sed informem.

Quod verificatur non solù quando confessio est informis defectu extensionis doloris ad omnia peccata mortalia, verùm eti- quando est informis ex defectu te-reditatis, quod accidit, quando omittitur aliquod peccatum ex gligentia etiam culpabili, mo- non sit crassa, aut supina, aut rectè voluntaria, in quo casu emittit confessionem validam, informem Sotus *In 4. dist. 18. qua-3. art. 3. §. Sed est hic.*

95. Dico quartò, qui facit con-fessionem voluntariè nullam, que-do instat ejus præceptum, incur- in excommunicationem latam aliquibus Episcopatibus contraria-satisfacientes præcepto Ecclesiæ: ratio est, quia, qui facit confes-sionem voluntariè nullam, non facit præcepto Ecclesiæ: atquie communicatio fertur contratales ergo qui facit confessionem volun-tariè nullam, excommunicatio incurrit: Torrecilla tamen ubi *pranum. 21.* contrarium proba-le censet cum Diana, Baffeo, alijs. Ex hac conclusione inferitur non absolutum, ob impedimentum occasionis proximæ voluntariæ incidere pariter in hanc excommu-nicationem, cum hic non satis-faciat præcepto Ecclesiæ, idem ei-

de male cationem quando e ne invol dictam ex facit confi-ctu non su rotum de num. 92. 4 96. Di tur asserti cepto anni omittit ali erronee ne vis error e quia juxta tam satis qui facit e nullam: omittens conscientiis libri visum diat confere nondamni faciat præc nis, omitt quod cum etiam vinc tale: min bile est, qu riantia etia catum, q esse peccat ale, non siones, in sufficiat, omisso : i quez, & a

de malè absoluto ob eandem occasionem voluntariam , non verò, quando est absolutus cum occasione involuntaria ; neque incurrit dictam excommunicationem , qui facit confessionem nullam ex defensu non suo, sed Confessarij, quod totum deducitur ex supradictis num. 92. & 91.

96. Dieò quintò , non damnatur assertio , quòd satisfaciat præcepto annuae confessionis , qui omittit aliquod peccatum , putans erroneè non esse mortale , quamvis error esset vincibilis : ratio est , quia juxta propositionem damnatam satisfacit præcepto Ecclesiæ , qui facit confessionem voluntariè nullam : sed probabile est , quòd omittens aliquod peccatum cum conscientia erronea etiam vincibili visum non mortale , non faciat confessionem nullam : ergo non damnatur assertio , quòd satisfaciat præcepto annuae confessionis , omittens aliquod peccatum , quod cum conscientia erronea etiam vincibili putat non esse mortale : minor probatur , quia probabile est , quòd omittens cum ignorantia etiam vincibili aliquod peccatum , quod erroneè putat non esse peccatum , vel non esse mortale , non teneatur iterare confessiones , in quibus illud omisit , sed sufficiat , se accusare de peccato omisso : ita cum Navarro , Vaszquez , & alijs Diana part. 3. tract.

4. resol. 108. & ego ijsdem terminis docui 1. part. prax. tract. 10. num, 13. pag. 339. ergo cum probabile sit in hoc casu , non adesse obligationem reiterandi confessiones , sequitur , fore probabile , tales confessiones non esse voluntariè nullas , & consequenter non comprehendendi in condemnatione nostram conclusionem , cuius doctrinam impugnat P. F. Emanuel à Conceptione in suo tract. de pœnit. disp. 2. quest. 23. uum. 295. sed cum ejus objectionibus adæquatè responde rim 1. part. bujus prax. tract. 10. n. 13. & seq. pag. 339. videantur ibi dicta.

## PROPOSITIO XV.

Damnata.

*Pœnitens propria autoritate subfiti-  
tuere sibi alium potest , qui loco  
ipsius pœnitentiam adimpleat.*

97. Suppono primò , pœnitentiā à Confessario pœnitenti impositam , aliam esse medicinalē , aliam satisfactoriam . Medicinalis est , quæ imponitur ad cavaenda peccata , & futuros relapsus , ac pœnitentem ab animæ infirmitate præservandum ; satisfactoria est , quæ imponitur pro peccatis confessis , & extinguendo reatu pœnæ ipsis debito : de pœnitentia medicinali non est dubium , quòd teneatur pœnitens eam per se ipsum facere ; quia si pœnitenti imponitur , ut jejunet , carnem suam

ma-

*VII.*  
maceret ad rebelles suas passiones  
subjugandas, nequit hic effectus  
haberi, etiam si alius loco poeniten-  
tis jejunet.

Suppono secundò, poenitentiam,  
seu satisfactionem *in voto* esse par-  
tem essentialem Sacramenti Poenitentiae; non verò *in re*: v. g. ani-  
mus, & intentio acceptandi poenitentiam justam, & rationabilem à  
Confessario imponendam, est pars  
essentialis Sacramenti, ac proxima  
eius materia, ita quod absque hoc  
animo, & proposito nulla sit con-  
fessio; quamvis subsequens eius  
adimplatio *in re* non sit pars essen-  
tialis, nec materia proxima poenitentiae, sed eius pars integralis.

98. Suppono tertio, Confessa-  
rios regulariter loquendo, teneri  
in Confessione, quantum spiritus,  
& prudentia suggesserit pro qual-  
itate criminum, & poenitentias fa-  
cilitate salutares, & convenientes  
satisfactions injungere, ne si forte  
peccatis conniveant, & indulgen-  
tiū cum poenitentibus agant; le-  
vissima quidem opera pro gravissi-  
mis delictis injungendo; alienorum  
peccatorum participes efficiantur:  
ita Concilium Trid. *sess. 14. cap. 8.*  
Verum est, in aliquibus casibus ex-  
cusari Confessarios, leves poeni-  
tentias pro gravibus culpis impo-  
nentes: v. g. quando poenitens est  
morti proximus, aut impotens ad  
eam adimplendam, vel quando  
potest lucrari Jubilæum, aut Indul-

gentiam plenariam, vel tali, & tan-  
ta contritione, compunctione, ac  
lacrymis accedit, ut non tam  
maculam peccati abstergere, ve-  
rū etiam reatum penā expi-  
valeat, & in similibus.

99. Suppono quartò, quodque  
nitens teneatur poenitentiam tolle-  
rabilem, & humanæ fragilitati  
commodatam acceptare, accepta  
tamque adimplere: ita Bonacor-  
tom. *I. de Penit. Sacram. diff.*

*quaest. 5. punct. 4. num. 1. & ceteri.*  
D. Thom. Scoto, Riccardo, Su-  
rez, Valentia, Coninch, Layma  
& alijs Barbosa *in Collect. sup. cit.*

*8. cit. Trid.* alioquin frustraneus  
esset onus Confessarij imponere  
poenitentiam, si poenitens eam  
teneretur acceptare, & adimplere  
ex quo infertur, mortaliter pecca-  
re poenitentem, non impletare  
poenitentiam gravem acceptata-  
sive gravis illa poenitentia injuncta  
fuerit pro mortalibus alias no-  
confessis, sive pro mortalibus alias  
confessis, sive etiam pro vendili-  
bus; ratio est, quia faciens contra  
obligationem *in re* gravi peccato  
mortaliter; qui verò non adim-  
plet poenitentiam levem, non per-  
cat mortaliter, etiam si poenitentia  
injuncta fuerit pro peccato mor-  
ali, nunquam alias confessio. Bonacor-  
tina *ibi, num. 4.*

100. Dico primò, non licet poenitenti propria authoritate sibi sub-  
stituere alium, qui loco ipsius poenitentiae

adimplere  
suis damnatio-  
nis, & juris  
probabilitati-  
onis, seu a-  
ctus rela-  
canquam  
go poenite-  
tialium, q.  
Sacramen-

*101. I.*

deminatur  
poenitentia  
Confessarij  
sive poenitentia  
Torrecilla  
nem n. 9.

*pog. 178.*

*runt S. T.*

Durandu-

ra: ratio  
tionis dan-

tens prop-

subsituere  
poenitentia  
sive opinio-

tensid pro-

thoritate  
tur opinio-

tens auth-

sibi alium  
sive poenitentia  
commut-

junctam

## Propositio XV. Damnata.

377

nitentiam à Confessario injunctam adimpleat; & contrarium est causus damnatus in hac propositione. & jure merito declaratur improbabilis hæc opinio, quia satisfactio, seu adimpletio poenitentiae est actus relativus ad Sacramentum, tanquam pars ejus integralis: ergo poenitens nequit sibi substituere alium, qui adimpleat id, quod in Sacramento sibi imponitur.

101. Dico secundò, non condemnatur opinio, secundum quam poenitens autoritate, & licentia Confessarij potest per substitutum sive poenitentiae satisfacere: ita Torrecilla super hanc propositionem n. 9. & Filgueira *super eandem pag. 178.* §. In hac: idem docuerunt S. Thomas, S. Bonaventura, Durandus, & alij ibi citati à Filgueira: ratio est, quia opinio propositionis damnatae fuit, quod poenitens propria autoritate posset sibi substituere alium, qui loco ipsius poenitentiam adimpleret; sed nostra opinio non dicit, quod poenitens id propria, sed Confessarij autoritate faciat: ergo non damnatur opinio, secundum quam poenitens authoritate Confessarij possit sibi alium substituere, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat.

102. Dico tertio, neque damnatur opinio, secundum quam licet poenitenti propria autoritate commutare poenitentiam sibi injunctam à Confessario, in aliam

æqualem, vel meliorem: Torrecilla *ibid. num. 10.* ratio est, quia propositio damnata loquitur de satisfactione poenitentiae per substitutum: nostra autem de commutatione poenitentiae in æqualem, vel meliorem adimplendam ab ipsomet poenitente: ergo non damnatur opinio, secundum quam poenitens propria autoritate potest commutare poenitentiam in æqualem, vel meliorem: verum quamvis hæc opinio non sit damnata, eam tamen non sequor, sed oppositam cum Sanchez *in sum. tom. I. lib. 4. cap. 11. num. 36.* quia commutatio poenitentiae est actio Sacramentalis, & est actus Jurisdictionis, qui fit à Confessario, tanquam à Superiore; poenitens autem non potest in se actionem jurisdictionis Sacramentalis exercere, cum nullus sit sibi Superior.

103. Dico quartò, non condemnatur opinio, quam probabilem putat Leander à *Sacram. part. I. tract. 5. disp. 9. quast. 91.* nempe, quod poenitens, qui per se ipsum nequit adimplere poenitentiam, possit alium propria autoritate ad id subrogare: ratio est, quia poenitens cum impotentia adimplendi poenitentiam ad hanc non tenetur: ergo absque culpa potest eam omittere: atqui per alium eam adimplere melius, & satius est, quam omittere: ergo

B b b

in

in hoc casu potest per alium eandem adimplere: attamen si aliam præter assignatam potest adimplere, hujus commutationem à Confessario obtinere curet, & in hoc casu per alium satisfacere non posse existimo.

104. Dico Quintò, si pœnitenti fuit pro pœnitentia eleemosyna injuncta, satisfacit per alium eam largiendo: v. g. Paterfamilias per Filium, Famulum, pauperi: quia revera hic satisfacit per se, licet immediate eam non largiatur pauperi; præterea intentio Confessarij injungentis eleemosynam non est, ut pœnitens eam per se ipsum tribuat, sed ut de suis bonis succurrat necessitati pauperū, sed hoc adimpletur etiam per aliū, elargiendo eleemosynam: ergo hoc modo satisfiet: limitatur nostra conclusio, quando Confessarius ex justa causa præciperet expressè pœnitenti, ut ipsemet immediate daret eleemosynam, tunc enim per alium eam dando, non satisfaceret.

## PROPOSITIO XVI.

Damnata.

*Qui Beneficium Curatum habent; possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario.*

105. Suppono, per Beneficium Curatum intelligi Bene-

ficium Parochiale cum annexo onere curæ animarum, & per simplicem Sacerdotem intelligi Probyterum nec approbatum, non expositum ab Ordinario ad eiuspiendas Confessiones juxta Decretum Sacri Concilij Tridentini

23. cap. 15. de reform.

106. Dico primò, in hac propositione 16. damnatur assertum quod Parochus, seu Curatus possit sibi eligere in Confessarium quemvis simplicem Sacerdotem etiam non approbatum ab Ordinario ad hujusmodi Ministerium ratio hujus condemnationis est, quod etsi olim Jus in cap. fin. de pœni. remiss. concederet Prælati facultatem eligendi sibi in Confessarium simplicem Sacerdotem, modis diversis, & idoneum; Parochi tamen non veniunt nomine Prælatorum: ergo non possunt gaudere hac facultate, nec tales in Confessarium sibi eligere, etiam si Doctor, Lector, Licentiatus, graduatus in Theologia, Jure Canonico, aut eximius Concionator, cum etiam isti licentia & confirmatione Episcopi ad audiendas confessiones indigeant: ita cum Henriquez, Suarez Coninch, Rodriguez, Fagundez, & alijs Barbosa de potest. Epis. part. 2. alle. 2. num. 15. idem dicit cum alijs collect. super. cap. 15. cit. Tr. num. 3. &c. 10.

107. Dico secundò, quantum

Ilibet cum Prado sentiat Torrecilla in Consult. tract. 2. consult. 1. num. 19. pag. 99. secundæ impressionis; quod in hac condemnatione non comprehendantur Episcopi, cæterique Prälati, habentes curam animatum; quod etiam opinati sunt Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. diffic. 55. num. 4. Coriolanus, Valerus, & alij citati à Diana part. 3. tract. 2. resol. 3. contrarium tamen docent Suarez, Azorius, Filliucius, Megala, Mollesius, & alij citati à Diana, Coninch, Fagundez, & cæteri, quos citat, & sequitur Barbosa de potest. Episcop. part. 2. alleg. 25. num. 211. idem docet cum Lugo, & alijs idem Barbosia Concil. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. num. 20. quod esse verum censendum est, cum ita decreverint Gregorius XIII. & Sacra Congregatio teste Diana, & Barbola loco. citato.

Dices: Episcopus potest Sacerdoti simplici, quamvis non sit ipsius subditus dare facultatem axaudiendi suas oviculas; ergo etiam eundem potest sibi in Confessariū eligere: Respondeo, distinguo antecedens: potest dare facultatem exaudiendi suas oviculas prævia approbatione, aut judicio de idoneitate, vel aliquo alio modo, concedo: absque approbatione, aut dicto judicio, nego, & eodem modo distinguo consequens, & nego consequentiam.

Contra. eadem Confessio facta ab Episcopo simplici Sacerdoti, est virtualis hujus approbatio: ergo &c. distinguo antecedens; eadem confessio est virtualis approbatio, si Episcopus id faciat, judicando simplicem Sacerdotem idoneum pro Confessario, concedo antecedens; si hoc modo non faciat, nego antecedens: quia Concilium cap. 15. cit. dicit, quod idoneus judicetur; & si talis non judicatur, nec potest conferre approbationem, nec jurisdictionem, ut resolvit Barbosa <sup>super</sup> hunc locum Concil. num. 35.

108. Dico tertio, per hoc decretum Alexandri VII. non damnatur opinio, quod Religiosus Parochus possit de licentia sui Prälati sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem ab Ordinario non approbatum; quia per propositionem damnatam concedebatur facultas Beneficiato, ratione curæ eligendi sibi in Confessarium Sacerdotem simplicem: sed nostra opinio non concedit hanc facultatem ratione curæ, sed ratione licentia sui Prälati: ergo in hac condemnatione non comprehenditur opinio, quod Religiosus Parochus possit de licentia sui Prälati sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem, videatur supra num. 86.

109. Dico quartò, neque damnatur per hoc Decretum opinio, B b b 2 quod

quod Prælati Regulares; v. g. Generales, Provinciales, Priors, Guardiani &c. possint sibi eligere Confessarium simplicem Sacerdotem eorum Subditum, præbendo facultatem, ut ipsos absolvat: quia propositio damnata loquitur de ijs, qui habent beneficium Curatum, sed in rigore Generalatus, Provincialatus, Prioratus &c. non sunt beneficia Curata: ergo non erit datum, quod Generales Provinciales, Priors, Guardiani &c. possint sibi eligere in Confessarium Sacerdotem simplicem eorum Subditum.

110. Dico Quinto, quamvis probabilis sit opinio asserens, quod approbatus in uno Episcopatu possit in alio eligi in Confessarium virtute Bullæ; & etiam detur opinio, idem concedens ei, qui dereliquit curam animarum, non propterea tamen poterit Curatus ratione suæ curæ, confiteri approbato tantum in alio Episcopatu, vel Parocho, qui dereliquit officium Curatum; ratio est, quia ex hoc Decreto Alexandri constat, Parochum non gaudere privilegio concessso Prælati cap. fin. cit. eligendi sibi Confessarium ad libitum: ergo absque alio privilegio non poterunt sibi eligere in Confessarium non approbatum in suo Episcopatu, aut sine actuali jurisdictione: atqui is, qui est tantum approbatus in alio Episcopatu, aut

à Cura destitutus, non habet actualem jurisdictionem: ergo hunc Parochus in Confessarium sibi eligere non poterit.

111. Dico Sexto, Prælati Regulares nequeunt exaudire facultates etiam Sacerdotes, nisi sint approbati ab Ordinario. Probatur quia Prælati Regulares, nec ut Prælati, nec ut Regulares habent jurisdictionem super seculares, nec hi sunt eorum subditi: ergo nequeunt in eos exercere jurisdictionem absolutionis absque Ordinarij approbatione: consequentia probatur; quia jurisdictionis absolutionis nequit exerceri à Prælati, vel ab his ad id deputatis, nisi in suos subditos: sed Prælatus Regularis non est Superior secularium, & cum non sit approbatus ab Ordinario, nec est ab eo ad id deputatus: ergo Prælatus Regularis absque approbatione Episcopi seculares absolvere nequit.

112. Dico Septimo, Parochus, seu Curatus nequit Sacerdotem simplicem non approbatum deputare ad excipiendo suorum Parochianorum Confessiones: ita cum alijs tenet Barbosa de potest Episcop. part. 2. alleg. 25. num. 25. quia si Parochus posset hujusmodi facultatem dare Sacerdoti simplici, posset pariter eidem committere, ut ipsum exaudiatur: sed sic est, quod Parochus nequeat hoc

hoc secundum  
ex propria  
neque p  
jure con  
ticulari  
re facul  
piendas  
fessione  
batum a  
  
PRO  
  
libitu  
calunn  
se, v  
minar  
modus  
suppet  
mator  
gioſo,  
& cor  
ſa im  
113. S  
  
cidere a  
mine inc  
quando  
stantis l  
rum, a  
nem no  
ſio.  
Suppo  
licitum  
modera  
tuendar  
etiam a  
vel nota

hoc secundum facere , ut constat ex propositione damnata : ergo neque primum ; insuper nec de iure communi , nec de aliquo particulari constat , Parochum habere facultatem deputandi ad excipiendas suorum Subditorum Confessiones , Sacerdotem non approbatum ab Ordinario : ergo &c.

## PROPOSITIO XVII.

Damnata.

*Illicitum Religioso , vel Clerico , calumniatorem gravia crimina def se , vel de sua Religione spargere minantem , occidere , quando alias modis defendendi non suppetit , uti suppetere non videtur , si calumniator sit paratus , vel ipsi Religioso , vel ejus Religioni publicè , & coram gravissimis viris prædicta impingere , nisi occidatur.*

*113. Suppono primò , nulli privatæ personæ licere occidere aliam , nisi cum moderamine inculpatæ tutelæ , nimirum , quando spectatis omnibus circumstantijs loci , temporis , personarum , aliud medium ad defensionem non suppetit , quām occidio.*

*Suppono secundò , non solum illicitum esse occidere servato hoc moderamine inculpatæ tutelæ , ad tuendam propriam vitam , sed etiam ad defendendam famam , vel notabilem substantiam : dico*

notabilem , quia ob conservacionem unius numi aurei nequit occidi fur ; ut dixi 1. part. hujus prax. tract. 10. num. 123. pag. 369.

*114. Suppono tertio , Propositionem damnatam duo contine re : primum , lictum esse Religioso , vel Clerico occidere quilibet minantem se , vel suam Religionem infamare , spargendo crima gravia , quando alias modus hoc damnum imminens reparandi non suppetit : Secundum in ea contentum est , quod non videatur aliud remedium ad id suppetere , si calumniator sit paratus , vel ipsi Religioso , vel ejus Religioni publicè , & coram gravissimis viris prædicta impingere , nisi occidatur.*

*115. Dico primò , Hæc propo sitio damnatur tanquam improbabilis , & scandalosa secundum ambas partes in ea contentas ; & quo ad ambas est practicè falsa : Probatur quo ad primam partem : nam verus Ecclesiasticorum honor est pro calumniatoriis orare , & Christi Domini mansuetudinem imitari , cum alia non occurruunt licita , & decentia media se , suaque Religionem defendendi ; cum ijs præfertim dictum fuerit : Discite à me , quia mitis sum , & humiliis corde . Matth. cap. 11. Occiso verò calumniatoriis graviter moderationem excedit , qua nostrum honorem tueri possumus Ecclesia stici ;*

stici; Quidquid ex ipso silentio, & patientia major plerumque honor resultat, sicut e converso gravissimum dedecus pareret, calumniam calumniatoris occisione repellere, unde apparet, non esse id medium idoneum, & moderatum, dedecus evitandi. Quod si quis dixerit, jus unicuique inesse proprium honorem defendendi, libenter concedo, dummodo per media defendatur, quæ juxta uniuscujusque statum debitū moderamen non excedant.

Probatur etiam falsitas propositionis damnatae quo ad secundam partem; quia, quamquam calumniator sit paratus spargere ea crima, alius tamen modus absque ejus internectione defendendi supereft: v. g. interponendp personas graves, minitando iustitiam vindicativam, timorem Domini, ejusque vindictam repræsentando, alijsque pluribus modis: ergo falsum est assertum, quod quando calumniator est paratus publicè, & coram gravissimis viris criminam impingere, alius modus hæc damnare reparandi non suppetat, nisi occidatur.

116. Dico secundò, non solum est illicitum interficere calumniatorem minantem de Religioso, Clerico, vel de Religione gravia crima spargere, verum etiam ea de facto spargentem, non licet interficere: ratio est, quia occiso

non est licita, nisi cum moderamine inculpatæ tutelæ: sed sice, quod occidere, spargentem criminæ de Religione, Religioso, vel Clerico, non esset cum moderamine inculpatæ tutelæ: ergo in hoc casu occidere non licebit. Minor probatur; moderamen inculpatæ tutelæ est, quando alius modulus defendendi non suppetit, sed in hoc casu, alius modulus defendendi suppetit: nimurum obligando ex iustitia calumniatorem ad se publicè retractandum, ac de falsitate, mendacio, & maleficiencia eundem convincendo: ergo occidere in hoc casu non erit cum moderamine inculpatæ tutelæ. Verum est, quod quamvis non sit licitum occidere de facto talia crima spargentem; hic casu tamen non damnatur in propos. I. quia in hoc solum est fermō de calumniatore minante, aut parato prædicta publicè impingere, hæc autem opinio loquitur non solum de minante aut parato infamare, sed etiam de facto infamante, quod est valde diversum.

117. Dico tertio, hæc condemnatio non loquitur de Clerico, qui primâ tantum tonsurâ initiatus absque habitu Clericali & Clerica, aut ex ordinatione Episcopi, vel ejus Vicarij ad servitium alicujus Ecclesiae non est depositatus, nec est in Seminario, aut Universitate, tanquam definiti<sup>cos</sup>

tus ad n  
quia. To  
dictionib  
fori: ut  
23. cap.  
ergo si  
bus pote  
nō nom  
ejusmodi  
minis in  
genda,  
hujus pre  
et hoc f  
licet pra  
Calumni  
paratum  
famanter  
damnum  
nomen o  
dictum ei  
Unde  
tumvis ha  
quatur de  
giofis, ve  
illominatu  
cidere cal  
aut paratu  
famiam a  
quandoq  
alius mo  
famce rep  
tur hanc  
1. part. p  
122. p  
118. p  
grave pe  
lumniator  
ratum gr

modera-  
sed sic est,  
ntem ci-  
gioso, vel  
modera-  
: ergo in-  
icebit. Mi-  
nen incul-  
alius mo-  
petit, sed  
tus defen-  
n obligan-  
atorem ad  
n, ac de-  
& maledi-  
endo: ergo  
n erit cum  
e tutel.  
amvis non  
facto calu-  
casusta-  
propos. 17-  
rmo dece-  
aut parato-  
gere, hac  
non solita-  
infamare,  
nte, quod  
hac con-  
de Cleri-  
consurâ et  
Clericali-  
tione En-  
ad servitu-  
est depo-  
ario, aut  
delfina-  
cus

tus ad maiores Ordines: ratio est, quia Tonsuratus absque his conditionibus non gaudet privilegio fori: ut constat ex Concilio *sef. 23. cap. 6. Barbosa ibid. num. 21.*

ergo si in favorabilibus, in quibus potest dari ampliatio, non venit nomine Clerici is, qui caret ejusmodi conditionibus, multò minus in odiosis, quae sunt restrin-genda, prout est condemnatio hujus propositionis. Attamen licet hoc sit verum, non propterea licet prædicto Clerico occidere Calumniatorem minantem, aut paratum, vel etiam *de facto* infamantem, siquidem alius modus damnum reparandi, ac bonum nomen defendendi suppetit: ut dictum est in priori Conclusione.

Unde infertur, quod quamcumvis hæc condemnation non lo-quatur de sacerdotalibus, sed Religiosis, vel Clericis, ut patet, nihilominus nec ijs erit licitum occidere calumniatorem minantem, aut paratum impingere aliquam infamiam aut *de facto* impingentem, quandoquidem ut supradictum est alius modus indemnitatem suæ famæ reparandi suppetit. Videantur hanc materiam concernentia *1. part. prax. tract. 10. num 121.* & *122. pag. 368.*

aut hæc Religioso, seu Clerico, coram gravissimis viris impingere; posset tamen fortasse aliquis dicere per hoc Decretum Alexandri solùm damnari hanc propositionem, tanquam peccatum veniale; quia propositio Damnata dicebat, hoc licitum esse, *licitum est*: sed qui dicit esse veniale, non dicit esse licitum: ergo in interpretatione hujus propositionis videtur habere locum assertum, quod vigore ejus solùm veniale effet occidere ejusmodi calumniam-torem. Hoc non obstante contrarium dicendum est, nimirum, quod etiam vi condemnationis, mortale sit occidere in hoc casu calumniatorem; quia propositiones condemnantur secundum subiectam materiam: ut dixi. *1. part. Prax. tract. 11. sub num. 5. in tertia, & quarta impressione Bur-gensi, & Cæsaraugustana, Bar-cinonensi, & Ulyssiponensi, & in hac impressione tract. 10. num. 1. pag. 336.* ergo cum homicidium sit materia gravis, ut talem etiam hujus propositionis *17. casum* dñari dicendum est.

## PROPOSITIO XVIII.

Damnata.

*Licet interficere falsum Accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, a quo iniqua certò imminet Senten-  
tia, si aliâ viâ non potest innocens  
damnum evitare.* *119. Sup-*

**119.** Suppono primò, tanquam certum licitum non esse, interficere falsum Accusatorem, falsos testes, vel Judicem, à quo iniqua certò imminet Sententia, si aliâ viâ potest damnum evitari; quia hac supposita, & non adhibita non servaretur in hujusmodi homicidijs moderamen inculpatæ tutelæ.

Suppono secundò, quando certò non timetur, Judicem laturū iniquam Sententiam, sed solummodo habetur suspicio, aut timor probabilis, vel imaginarius de iniqua Sententia, nequaquam licitum esse interficere: quia vita hominis plurimi aestimatur, ac proinde non auferenda *de facto* ob conjecturam aliquam, suspicionem, aut probabilitatem de iniqua Sententia ferenda.

Major difficultas est, quando certò timetur iniqua Sententia ex prævia falsa accusatione, & mendaci depositione, nec aliud mediū defendendi suppetit, nisi accusator, testes, & Judex interficiantur; an liceat id facere? Ratio dubitandi est, quia licet mihi interficere furem, detractorem, iniquum aggressorem, si aliâ viâ nequeo me defendere, nisi interficiendo: ergo speculativè loquendo videtur licitum esse interficere falsum Accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet Sententia, si aliâ

viâ damnum evitari nequeat. Hoc non obstante.

**120.** Dico primò certum esse, & modò indubitatum, non licere interficere falsum Accusatorem, falsos testes, ac Judicem, à quo iniqua certò imminet Sententia, etiam si aliis non subsit modus le defendendi, nisi homicidium perpetretur, & contrarium damnatur tanquam improbabile, præcè falsum, & scandalosum in propositione 18. ratio est, quia tametsi Jus naturale cuilibet concedat suam vitam, famam, bona contra injustum aggressorem defendere, hoc tamen per media idonea, & moderata faciendum est; sed sic est, quod interficere falsum accusatorem, falsos testes, & Judicem, à quo iniqua certò imminet Sententia sit medium non moderatum sed excessuum, ergo id adhiberi nequit, etiam si aliud ad propriam defensionem non superfit: præterea quia per hujusmodi permissionem gravissimus damnis, & absurdis aperiret via; etenim quisvis cœca passione ductus, posset judicare faliū fuisse accusatorem, testes falsi jurasse, ac Judicem injustè operari, sive que quod passio suggereret injustos fuisse, vel mediatis, vel immediate in judicio sive causa, interficiendos esse: ergo porta hujusmodi inconvenientibus occluderetur, rectissimè hac propositio 18. damnata fuit.

Ratio  
Respond  
uique ju  
vitæ &c.  
bito mo  
adexerce  
excessivo  
lum conce  
nal ab acc  
in eo, au  
rat, qua  
appellatio  
instruat,  
cem confi  
te causæ a  
ponat. C  
ficit, ext  
imminere  
positioner  
plum ictu  
morbi pri  
harum acc  
uti volvit  
dium tam  
cessuum I  
fecus ac si  
plebis hon  
ilite vitam  
tamen vita  
enim exce  
tra commu  
tiā, ne  
nus foret,  
vata spolia  
no, non a  
riter, quia  
ad Tribun  
cloritate v

Rationi dubitandi supraposita  
Respondetur, verum esse, quod  
cuique jus concedatur ad propriæ  
vitæ &c. defensionem, cum de-  
bito moderamine procurandam,  
ad exercendam tamen medio adeo  
excessivo, qualis occisio est, nul-  
lum conceditur; sed cum ad Tribunal  
ab accusatore provocetur, suā  
in eo, aut alijs defensionem quæ-  
rat, quas possit, testes adferat,  
appellationem, aut accusationem  
instruat, vel ad Superiorem Judi-  
cium confugiat, quia pro æquita-  
te causæ authoritatem suam inter-  
ponat. Quid si nihil horum suf-  
ficit, extremam vitæ suæ horam  
imminere sibi persuadeat juxta dis-  
positionem DEI, qui ut potuit  
plum iētu tegulæ, aut vi subiti  
morbi privare vitâ, ita falsarum  
harum accusationum permissione  
uti volvit in eundem finem; me-  
diū tamen occisionis utpote ex-  
cessuum licebit nunquam: non  
fecis ac si Rex stricto ense infimæ  
plebis hominem invaderet, posset  
ille vitam suam tueri, cum Regiae  
tamen vitæ jactura non posset: hoc  
enī excessuum medium, & con-  
tra commune bonum est. Sicut  
etiam, nec casu quo Rex tyran-  
nus foret, nullius auctoritate pri-  
vata spoliari posset vitâ, vel Regi-  
no, non auditus in causa: ita pa-  
riter, quia delatis accusationibus  
ad Tribunalia, quæ publica au-  
toritate vigent, impetratur, gla-

dij operibus accusatoris, testimoniis,  
Judicisque occidente; respondere  
pro se minimè potest.

121. Dico Secundò, in pro-  
positione contentum, damnari  
tanquam peccatum mortale, &  
non solum velut veniale, ut dicit  
Pradus *super hanc propos. num. 5.*  
& cum eo Torrecilla *super eandem*  
*num. 14. in 2. impressione*; quia  
quamvis propositio damnata dicat,  
licet: qui autem dicit, quod sit  
veniale, non dicit licere, unde  
videtur salvari rigorosum sensum  
propositionis; attamen cum ma-  
teria ejus sit gravis, censenda est  
damnata tanquam gravis, & mor-  
tale peccatum, eam sequi, ut  
dixi in explicatione præcedentis  
propositio *num. 116.*

## PROPOSITIO XIX.

Damnata.

*Non peccat Maritus, occidens pro-  
pria auctoritate uxorem in adul-  
terio deprehensam.*

122. Suppono, leges Civiles  
non condemnare Mari-  
tum, occidentem propriam uxo-  
rem in adulterio deprehensam;  
quia, cum haec fundentur in præ-  
sumptionibus, & maritus ad id  
facinus non ex vindicta, sed ve-  
hementi dolore infamie correptus  
præsumatur, citra ullam penam  
civilem incurrendam, uxori-  
dium in simili casu permittitur: &

ex hinc aliqui inferunt, licitum esse marito in foro interno occidere uxorem in adulterio deprehensam, siquidem in foro externo illæsus evadit.

123. Dico primò, peccare maritum, propria auctoritate occidentem uxorem in adulterio deprehensam; cujus oppositum in hac propositione damnatur: probatur primò; quia quamvis liceat occidere ad tuendam propriam famam, hoc tamen intelligitur cum moderamine inculpatæ tutelæ: maritus occidens propria auctoritate uxorem in actuali adulterio deprehensam, non servat moderamen inculpatæ tutelæ: ergo peccat: minorem probo, quia moderamen inculpatæ tutelæ est, quando aliud ad defensionem medium non subest; sed sic est, quod maritus possit mediante Judice plectere uxorem, siveque sui honoris indemnitatem conservare: ergo propria auctoritate eam occidendo, non Servat moderamen inculpatæ tutelæ: probatur secundò, quia uxorem occidere indefensam, & non auditam in causa, est contra legem naturalem: nec potuit jus Civile contra naturalem jurisdictionem dare marito, ut sine causæ cognitione uxorem occideret, quæ forsan vi coacta in adulterium, immunis à culpa inveniretur.

124. Dico secundò, quamvis

hæc propositio proprijs terminis non loquatur de Parente, occidente Filiam in actuali fornicatione deprehensam; ob identitatem tamen rationis hujusmodi occidit illicita pariter censenda est, cum eadem paritas militet; possitque Parens refarcire injuriam sibi illam per viam justitiae, non vero propria manu occidendo Filiam: ergo si id propria auctoritate faciat, non observat moderamen inculpatæ tutelæ: idem dicendum de Filio, occidente matrem, vel fratrem, aut sororem in actuali delicto adulterij, aut fornicationis deprehensas; nempe id minus propria auctoritate licere.

125. Dico tertio, tametsi hec propositio nec loquatur de adulterio, in actuali delicto cum propria uxore deprehenso, nec de persona cum Filia, matre, sorore in actuali adulterio, aut fornicatione inventa, idem tamen dicendum, quod dictum est de Uxor, Filia, Matre, aut Sorore; quia eadem ratio, & paritas, quæ urget in occisione uxoris, Filie, Matris, aut sororis, verificatur etiam in occisione personæ in actuali delicto cum ipsis inventis.

126. Dico quartò, non condemnatur, nec erit peccatum, uxoricidium ob actuale adulterium propria auctoritate à marito commissum ex motu primo iraz, & absque ulla advertentia, & si hoc

hoc fieret  
seu cum  
peccatum  
idem dicere  
motu Filia  
aut compre  
deprehensio  
quia omni  
voluntariu  
actus, qu  
mo primò  
liber: u  
1. tract. 2.  
num. 2. &  
occidens  
motu prim  
advententi  
rem, aut  
terio depr  
& si id faci  
mo, seu  
tentia, ve  
actus erit  
loc. cit. Con  
127. D  
tur assertu  
tus esset Ju  
damnare p  
ius delictu  
cundò, e  
si Justitia  
ad morter  
dum, ea  
pro execu  
tane exeq  
uper hanc  
12. quia se  
damnata m

ex. VII.  
s terminis  
te, occi-  
fornicatio-  
lentitatem  
odi occisi-  
est, cum  
possitque  
m sibi illa  
non ven-  
do Filiam:  
oritate si  
oderamen-  
dicendum  
atrem, vel  
in actuali  
fornicatio-  
e id mini-  
cere.  
met si hec  
de adul-  
cum pro-  
, nec de-  
re, foro-  
aut forni-  
tamen di-  
st de Iuxo-  
t forore;  
ritas, que-  
s, Filie,  
erificator  
rsone in  
inventio-  
non con-  
ccatum,  
adulterii  
rito com-  
rimo ira-  
cia, & si  
hoc

## Propositio XIX. Damnata.

387

Hoc fieret ex motu secundò primo, seu cum semiplena advertentia, peccatum veniale non excederet; idem dico de occidente ex eodem motu Filiam, Matrem, sororem, aut complicem in actuali peccato deprehensos: ratio est evidens: quia omne peccatum debet esse voluntarium, & liberum, sed actus, qui provenit ex motu primò irae non est voluntarius, liber: ut dixi in meis Confer. part. 1. tract. 2. sect. 1. confer. 3. §. 1. num. 2. & num. 8. ergo maritus occidens propria auctoritate ex motu primò primo, & absque ulla advertentia uxorem, Filiam, matrem, aut sororem in actuali adulterio deprehensas non peccabit, & si id faciat ex motu secundò primo, seu cum semiplena advertentia, venialiter delinquet; quia actus erit semiplenè liber: ut dixi loc. cit. Confer. num. 9.

127. Dico quintò non damnatur assertum; primò, quod si maritus esset Judex, posset ad mortem damnare propriam uxorem, cuius delictum plenè probatur; secundò, etiamsi non esset Judex, si Justitia, postquam damnasset ad mortem uxorem ob tale delictum, eandem marito traderet pro executione sententiae, quod hanc exequi posset: sic Torrecilla super hanc propositio 19. tract. 9. n. 12. quia secundùm propositionem damnatam licet marito propria au-

ctoritate occidere uxorem in adulterio deprehensam: atqui propositiones hic relatæ non dicunt, quod maritus propria auctoritate id possit facere: ergo hæ opiniones non manent damnatae: peccaret tamen graviter maritus contra charitatem, si in his duobus casibus damnaret ad mortem, vel hujus Sententiam exequeretur ex odio, & vindicta, & non præcisè ex Zelo justitiae: idem dicendum in his casibus de occidente Filiam, matrem, sororem, aut complicem in actuali adulterio, aut fornicatione deprehensos.

128. Dico Sextò, quod quamvis secundùm rigorosam interpretationem hujus propositionis 19. videatur posse salvare ejus sensum, dicendo, non damnari assertum, quod in hoc casu occidere, sit tantum veniale, quia propositio damnata dicebat, *non peccat maritus*; qui verò dicit, quod in hoc casu peccaret venialiter, non dicit, quod non peccet: ergo videtur, posse salvare condemnationem, dicendo, solum venialiter peccari in hoc casu occidendo; attamen cum materia propositionis sit gravis affirmandum est eam damnari, ut mortaliter, & non tantum venialiter malam, ut dictum est, supra. num. 116. & 119.

**PROPOSITIO XX.**

Damnata.

*Restitutio à Pio V. imposta Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante Sententiam declaratoriam Judicis, eò quod sit pena.*

129. Suppono primò, quod, quotiescumque Beneficiatus excusatur à peccato ob omissionem Divini Officij, excusatetur pariter ab onere restitutionis fructuum ob eandem omissionem alias facienda: v. g. si ex obliuione naturali, infirmitate, tenuitate Beneficij, aut ob aliam legitimam causam, propter quam Divinum officium absque culpa omitti potest, id Beneficiatus omittat, cessat quoque obligatio restitutionis, ut colligitur ex ijsdem verbis Constitutionis, Concilij Lateranensis, & Papæ Pij V. nempe *legitimo cessante impedimento*: quomodo, quando, & quibus sit facienda restitutio fructuum ob omissionem Divini Officij, dictum est supra *tract. 12. cap. 3. num. 56. & sequent. pag. 38.*

130. Suppono secundò, restitucionem à Concilio Lateranensi, & Pio V. impositam Beneficiatis non recitantibus, non esse pœnam consimilem ijs, quas leges Civiles taxant contra occultos delatores mercium, venatores in alienis montibus, aut piscautores in reservatis flavijs &c. quia opinio proba-

bilis est, quod cum hujusmodi leges sint merè pœnales, non obligent in foro conscientiae: *juxta dicta in meis Confer. tract. 3. Conf. 6. §. 1. num. 5. pag. 448.* obligatio tamen restitutionis ob omissionem Divini Officij oritur ex carentia legitimi juris ad fructus beneficij, qui dantur propter officium.

131. Suppono tertio aliqua Beneficia habere alia onera annexa præter recitationem Divini Officij, & in his Beneficiatus non recitans, non tenetur ad restitutionem fructuum *in integrum* sed tantum respectivam & proportionatam omissioni, deductis ijs, qui correspondent alijs laboribus, exercitijs, & oneribus Beneficiati; ut dixi *tract. 12. cit. cap. 3. num. 57. & num. 69. pag. 43.*

Suppono quartò, Beneficiatum recitationis obligationi non satisfacientem primis sex mensibus post pacificam possessionem beneficij, quamvis graviter peccet, non teneri tamen ad restitutionem.

132. Dico primò, Beneficiatus, qui ob omissionem Divini Officij obligatur ad restitutionem fructuum, tenetur id facere ante Sententiam declaratoriam Judicis, & opinio contraria est casus damnatus in hac propositione 20. Etraffio est, quia Beneficiatus negligens in recitando officio *ijs* *facto* contrahit hanc obligationem, & licet concederetur, hanc esse pœnam suam

lue culpa  
penis civi  
dligant in C  
execution  
fa requiri  
ipsem et  
bet: ergo  
necessaria  
judicis, pl  
citantes, e  
stitutionis  
tam occul  
notitiam p  
index abb  
potest ferri  
declarator  
tia declarat  
plures Be  
excusare  
nis: ergo  
Sententia  
neficiciatum  
fructus pri  
133. L  
natur opis  
censem Di  
27. nem  
tutionis c  
dij non o  
commuta  
Obedient  
Justitia, l  
primis sex  
possession  
faretur a  
(Quidqui  
sumptum  
ta excusa

lue culpæ , non est tamen ex illis penis civilibus , quæ vel non obligant in Conscientia , vel ad earum executionem sententia declaratoria requiritur , sed est poena , quam ipsem et culpabilis per se exequi debet : ergo &c. deinde , quia si esset necessaria Sententia declaratoria Judicis , plurimi Beneficiati non recitantes , excusarentur ab onere restitutio- nis : etenim quam plures id tam occulte faciunt , ut ad Judicis notitiam pervenire nequeat : atqui iudex absque prævia notitia non potest ferre hujusmodi Sententiam declaratoriam , ergo si hæc Sententia declaratoria esset necessaria , plures Beneficiati non recitantes excusarentur ab onere restitutio- nis : ergo dicendum est , absque Sententia declaratoria Judicis , Beneficiatum obligari ad restituendos fructus pro rata omissionis .

133. Dico secundò , non damnatur opinio , quam probabilem censem Diana part. 2. tract. 12. resol. 25. nempe , quod obligatio restitutio- nis ob omissionem divini officij non oriatur ex virtute Justitiæ commutativæ , sed Religionis , & Obedientiæ : quia si proveniret ex Justitia , Beneficiatus non recitans primis sex mensibus post pacificam possessionem Beneficij , non excusaretur ab onere restitutio- nis : sed (quidquid sit de hoc ) probatur as- sumptum , quia propositio damnata excusabat ab onere restitutio- nis

ante Sententiam declaratoriam Ju- dicis : atqui hæc opinio non excusat ante hujusmodi Sententiam , sed loquitur de radice , à qua procedit obligatio restitutio- nis : ergo hæc opinio non est damnata .

134. Dico tertio , quamquam non damnetur hic opinio , secundùm quam Beneficiatus unâ , duabus , vel etiam octo diebus omissi- tens recitationem , non tenetur ad restitutio- nis , quia hæc opinio , ut patet differt à damnata ; hanc ta- men meritò improbabilem judicat Torrecilla in suis Consult. tract. 4. consult. 101 num. 42. in fine , cum Castro Palao , & alijs ; quia Bulla Pij V. assignat quantitatem restitutio- nis faciendam , ob quamvis in- tegram diurnam omissionem , & etiam cujusvis horæ Canonice : ergo hoc stante , nequit habere locum opinio , secundùm quam Be- neficiatus absque causa legitima non recitans una , vel altera die anni excusatur ab onere restitutio- nis fructuum pro rata omissionis earumdem dierum .

Neque damnatur opinio apud Dianam part. 9. tract. 3. resol. 67. secundùm quam recitans Divinum Officium vulgari idiomate , quamvis verè peccet , satisfacit tamen , & consequenter non tenetur ad restitutio- nis ; quia opinio damnata loquitur de non recitante , & hæc de recitante vulgari idiomate , quæ duo valde differunt . Cate-

390 *Tract. XVII. Explic. prop. dam. ab Alex. VII.*  
ra ad hanc materiam spectantia di-  
cta manent *supra tract. 12. cap. 3.*  
*cit.*

## PROPOSITIO XXI.

Damnata.

*Habens Capellaniam collativam, aut  
quodvis aliud Beneficium Ecclesias-  
ticum, si studio litterarum vacet,  
satisfacit suæ Obligationi, si Offi-  
cium per alium recitet.*

135. Suppono primò, Capella-  
niam collativam à non  
collativa, seu legata distingui in  
hoc, quod illa instituatur auctorita-  
tate ordinarij cum obligatione re-  
citandi Divinum Officium; non  
collativa verò seu legata absque  
ejusdem auctoritate, & absqne di-  
cto onere recitationis.

Suppono secundò, aliqua onera  
esse merè personalia, alia non per-  
sonalia, seu realia; merè person-  
alia sunt, quibus à propria persona,  
non ab alia adimplenda sunt v. g.  
jejunium, auditio Missæ, Confes-  
sio, Communio, recitatio &c. non  
personalia, seu realia sunt, qm̄ per  
alium adimpleri possunt, ut ele-  
mosyna, celebratio Missarum &c.

136. Dico primò, Beneficiatus  
studio litterarum vacans, non sa-  
tisfacit suæ obligationi, si per alium  
officium recitet; & contrarium  
modò est improbabile, falsum, &  
scandalosum, & ut tale damnatum,  
& valde rationabiliter; quia oneri  
personalie nequit satisfieri per alium,

sed recitatio Divini officij est onus  
personale: ergo Beneficiatus, seu  
habens Capellaniam collativam,  
quamvis studio litterarum vacet,  
vel in propria domo, vel in uni-  
versitate aliqua, huic oneri per  
alium satisfacere nequit.

137. Dico secundò; quotiescumque  
Beneficiatus legitimè excusatur  
ab onere recitationis, huic De-  
creto Alexandri VII. contra venier  
non dicitur, licet per se, vel pa-  
lios non recitet: ratio est, qui  
juxta propositionem damnatam  
studium litterarum fuit causa suffi-  
cientis, ad eximendum Beneficiatum  
ab onere recitationis per se ipsum  
præstanda; ego autem hoc non  
dico, sed quod non obligetur ad  
recitationem occurrente legitimo  
impedimento: ac proinde non  
damnatur hic assertum, quod ex-  
cusentur à recitatione Lector Con-  
troversiarum, Confessarij, Concio-  
natores, qui Conciones, & Con-  
fessiones ad aliud tempus differte  
nequeunt: Sic Torrecilla in *Con-  
sult. tract. 4. consult. 10. num. 19.*  
& 20. neque damnatur opinio af-  
serens, in Religionibus Prælatum  
studij causa posse commutare Le-  
ctoribus horarum Canonistarum  
recitationem in septem psalmos,  
septies Orationem Dominicam, &  
bis Apostolicum Symbolum reci-  
tandum: Torrecilla *ibid num. 27.*

138. Dico tertio, quod, quan-  
tumvis videatur in propositione  
dam-

## Propositio XXII. Damnata.

391

## PROPOSITIO XXII.

### Damnata.

*Non est contra iustitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis; quia collator conferens illa Beneficia, Ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficij, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.*

### 139. Suppono primò, Beneficium

*Ecclesiasticum esse jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis, ob aliquod officium Spirituale auctoritate Ecclesiae constitutum; ita ut in Beneficio Ecclesiastico tria considerentur: primum, est obligatio Beneficiati ad aliquam functionem, aut Ministerium spirituale; secundum, jus percipiendi fructus bonorum Ecclesiasticorum: & tertium, ipsimet fructus, & bona Ecclesiastica: haec sunt res mere temporales, ac proinde pro ipsis potest accipi pretium absque delicto simoniae: si pro jure spirituali Beneficij accipiatur res temporalis, est simonia ex jure Divino; si accipiatur pro jure percipiendi Bona Ecclesiastica, est ex jure humano.*

### 140. Suppono secundò, Beneficium unum esse Curatum, alterum simplex; Curatum est, quod habet annexam curam animarum: simplex, quod non habet annexum hoc onus, sed illud recitandi horas

... VII.  
ij est orna-  
ciatus, seu  
ollativam,  
um vacet,  
vel in und-  
oneri per-  
tientielcum-  
ne excusa-  
s, huie De-  
tra venier-  
se, vel pe-  
o est, qui  
amnatam,  
causa suffi-  
neficiatum  
er se ipsum  
in hoc non  
obligetur ad  
te legitimo  
ipinde non  
quod ex-  
ector Con-  
ij, Concio-  
, & Con-  
us differe-  
illa in Con-  
num. 18.  
opinio al-  
Prælatum  
utare Le-  
tonicarum  
psalmos,  
inicam, &  
lum reci-  
d num. 27.  
od, quan-  
positione  
dam-

non esse sermonem de obligatione restituendi fructus, quam incurrit Beneficiatus, seu Capellanus ob studium litterarum per alium recitans; siquidem propositio damnata dicebat, talem satisfacere sue obligationi: quod potest intelligi, eum nec peccato, nec restitutioni fore obnoxium, & condemnationi potest solum subiacere assertum, quod non peccet, non vero, quod non teneatur ad restitutionem; attamen dicendum est, Beneficiatum studij causa per alium recitantem non dumtaxat peccare, verum etiam ad restitutionem fructuum obligari: ratio est, quia ex hoc antecedente Beneficiatus peccat non recitando, bene infertur hoc consequens: ergo Beneficiatus tenetur restituere fructus: subsumo; sed sic est, quod Beneficiatus studij causa per alium recitans certò peccet, ergo certò etiam tenetur ad restitutionem.

Dices: Debito obstrictus ab eo liberatur, si aliis loco sui satisfaciat creditor: ergo si debito recitandi Beneficiati, aliis pro eo satisfaciat, liber erit à restitutione: Respondeo, distinguo, si debitum est reale concedo, si est personale, ergo, cum autem debitum, seu onus recitandi Divinum Officium, est personale, hinc est, quod Beneficiatus nec satisfaciat, nec eximatur ab onere restitutionis, si per alium recitet.

ras Canonicas, celebrandi aliquas Missas, interessendi choro, juxta fundationem talis Beneficij. Potest etiam Beneficiatus esse simpli citer Titularis; & id, quod datur in titulum perpetuum, nequit tolli absque gravi causa: vel potest esse manualis, seu *ad nutum*, quod Patronus, seu Prælatus tollere potest.

141. Suppono tertio, Beneficium posse acquiri per præsentationem, electionem, collationem, aut resignationem: Quando Patronus præsentat aliquem ad Beneficium, modus, quo postmodum Superior illud confert, vocatur institutio; quando beneficium confertur per electionem, modus quo Superior concurret, vocatur confirmatio, & quando ad Episcopum, vel Prælatum Ecclesiasticum pertinet collatio Beneficij, absque prævia præsentatione, aut electione, modus quo illud confert, vocatur collatio: Permutatio est, quando unum Beneficium datur pro altero auctoritate legitimi Superioris: & Resignatio est, quando ceditur Beneficium in favorem alterius eadem auctoritate præsuposita.

142. Dico primò, sensum propositionis damnatae fuisse, quod Patronus, seu Elector ad Beneficium possit absque violatione iustitiae conferre Beneficium pecunia interveniente, ea ratione,

quia non exigeretur pecunia pro Beneficio, sed pro emolumento, ex tali Beneficio Beneficiato ob venturo: & quia Patronus non tenebatur tali personæ, sed adbitum cujcumque alteri Beneficium conferre, ideoque ob hanc liberam collationem posse accipi dictam pecuniam; quod totum condemnatur ut practice improbabile; quia nemo potest percipere lucrum ex re non sua: atqui emolumentum temporale Beneficij, non spectat ad Patronum, seu Electorem: ergo ex eo nequit percipere lucrum: insuper eti Patro nus non teneatur Beneficium conferre tali determinatae personæ, tenetur tamen illud alicui conferre: ergo ex eo quod determinatae personæ conferat, non propterea potest emolumentum percipere, alioquin gratiam vendere.

143. Dico secundò, q uod quantumvis in propositione non exprimatur; num sit, vel ne Simonia beneficium propter pecuniam conferre, sed solummodo, quod hoc non sit contra iustitiam, at tamen dicendum est, non tantum delinqui contra iustitiam, sed etiā Simoniam faltem ex jure humano committi, beneficium pecunia interveniente conferendo: ita Torrecilla super hanc propos. 22. num. 142. quia jure humano prohibetur tanquam simonia receptio pecuniae ob collationem Beneficij

Ecclesiastis hum Patronu interventi um.

144. I tor Bene te sit Si contra i dictione habet tiu

premum titulum i tenetur e pecunia i

Beneficiu tuere: & premum a

te Sente tuendum non amis

sententia xerit; V

bilius est Judicis P

tuendum rie non e de his co tem Ecco danti, q rumque verb. Sim

## *Propositio XXIII. Damnata.*

393

Ecclesiastici : ergo saltem contra  
ius humanum erit Simonia , si  
Patronus non gratis sed pecunia  
interveniente conferat Benefi-  
cium.

144. Dico tertio , cum colla-  
tor Beneficij pecunia intervenien-  
te sit Simoniacus , & operetur  
contra justitiam , ad ejusdem re-  
stitutionem tenetur ; quia nullum  
habet titulum sibi retinendi illud  
petrum , sed qui nullum habet  
titulum retinendi rem alienam ,  
tenetur eam restituere : ergo qui  
pecunia interveniente confert Be-  
neficium , tenetur eandem resti-  
tuere : & quamvis aliqui velint ,  
premium acceptum in hoc casu an-  
te Sententiam Judicis esse resti-  
tuendum ei , qui dedit , quia is  
non amisit pretij dominum , post  
sententiam vero , cui Judex addi-  
xerit ; Verius tamen , & proba-  
bilis est , etiam ante Sententiam  
Judicis premium istud esse resti-  
tuendum Ecclesiae : quia ordina-  
tio non est Judex , qui Episcopos  
de his condemnnet , & contra men-  
tem Ecclesiae est , ut restituatur  
danti , quia Ecclesia intendit ut-  
rumque punire : vide Bassium  
*verb. Simonia 7: num. 1.*

145. Dico quartò non damna-  
tur tanquam Simonia , nec con-  
tra justitiam id , quod solet dari  
pro Bullis in collatione Beneficij ,  
nec quando in permutatione Be-  
neficij authoritate Superioris pia-

gujus Beneficium reservatur ; &  
sic in pluribus alijs casibus 1. part.  
*hujus prax. tract. 10. num. 174. &*  
*sequent. pag. 384.* quia omnes hi  
valde differunt ab asserto Propo-  
ositionis 22. hic damnatae.

## *PROPOSITIO XXIII.*

Damnata.

*Frangens jejunium Ecclesiae , ad*  
*quod tenetur , non peccat mor-  
taliter , nisi ex contemptu , vel*  
*inobedientia hoc faciat , puta ,*  
*quia non vult se subiungere pre-  
cepto.*

146. Suppono primò , tanquā  
certissimum , & de Fide , in Eccle-  
sia dari potestatem condendi leges  
ad gravem culpam obligantes , &  
*de facto* plures fuisse conditas leges  
Ecclesiasticas cum ejusmodi obli-  
gatione , quānam autem condi-  
tiones requirantur ad hoc , ut ob-  
ligent , videri potest *in Confer. part.*  
*1. tract. 3. Confer. 3. §. 1. num. 2.*

Suppono secundò , transgressio-  
rem legis Ecclesiastice ad mortale  
obligantis , mortaliter peccare ,  
præcisō etiam contemptu : ut dixi  
*in meis Confer. ibid. num. 1. & ve-*  
*niale ex genere suo , fieri mortale*  
*ex accidenti posito contemptu le-*  
*gis , ut pariter docui *in Confer.**  
*tract. 2. sect. 4. Confer. 2. §. 1.*  
*num. 7.*

147. Dico primò , frangens je-  
junium , ad quod tenetur , sec-  
  
D d d luso

luso etiam contemptu , aut inobedientia , graviter peccat ; & contrarium est casus damnatus in hac propositione : ratio est , quia leges Ecclesiasticae inducunt obligationem peccati mortalis , quando materia est gravis , & legislator ad gravem culpam obligare intendit : sed sic est , quod jejuniū sit materia gravis , & Ecclesia id præcipiat cum intentione obligandi ad mortale , ut constat ex consuetudine , & communī Fidelium opinione : ergo jejuniū obligat ad mortale : at qui prævaricator legis obligantis ad mortale , graviter peccat , etiam secluso contemptu , aut inobedientia : ergo frangens jejuniū , ad quod tenetur graviter peccat secluso etiam contemptu , aut inobedientia .

148. Dico secundò , non damnantur opiniones , eximentes à jejunio ob ætatem , infirmitatem , laborem , aut ob alias justas causas : ratio est evidens : quia in propositione damnata erat sermo de frangente absque contemptu jejuniū , ad quod tenetur , sed hæc opiniones non loquuntur de obligato ad jejuniū , sed de exemplis ob alias causas , ergo hæc opiniones in condemnatione non comprehenduntur .

149. Ex hac conclusione inferitur , quod nulla ex sequentibus opinionibus in hac propositione damnatur . 1. opinio , quam cum

alijs censet probabilem Battus Verb. *jejunium* 2. num. 6 , nempe sexagenarios , licet viribus polleant , excusari à lege jejuniū . 2. opinio Leandri à Sacram. part. 3. tract. 1. disp. 8. q. 19. qui dicit , sc̄ominatio quod citius quam homines fendant , non obligari ad jejuniū , cum ad quinquagesimum annum per venerint ; quod probabilius est de conjugatis , quæ filios generunt . 3. opinio , secundum quam , quis facta debita diligentia dubia adhuc est , an expleverit vigendum primum annum , non tentur ad jejuniū , quia non est professio pro precepto jejuniū , sed pro libertate illius dubitantis . Diana part. 4. tract. 3. resol. 21. Veritatis , tam senes , quam adolescentes ob ætatem à jejunio excusatos , teneri abstinere à carnibus diebus vetitis . 4. opinio docent cœgros , & convalescentes non obligari ad jejuniū , etiam si eorum culpa infirmitas ijs advenit ; nec eos , qui ob debilitatem stomachi necessarium alimentum horis determinatis sumere nequeunt ; Leander ibi q. 25. 5. opinio asserens , non obligari ad formam jejuniū eos , qui ob infirmitatem possunt vesci carnis Henriquez lib. 7. cap. 13. num. 12. 6. opinio , juxta quam is , qui incoenatus non potest capere solum nec tenetur jejunare : Johannes Sanchez in select. disp. 54. n. 13. 150. Inari opinio Peregrinatio ex lege si nioris , deri poter confir. 5. secundo , sufficiens rationabilis part. Tertiò , item praua formitatis mittitur jecum nequando . At de prædicta num. natura opinio care eum vici , putandi causa non quia inquisi cufat . Baa Verb. jecum , nec e meri ad je difficultat eviuntur , ob ingentem Leander 2. disp. 8. q. 151. In non damnata quam Jovis sit

1. Bassus  
6. nempe  
spolleant,  
2. opinio  
3. tract. 3.  
seminas co-  
nes feni-  
ciū, cum  
num per-  
ilius est de-  
enuerunt  
quam,  
tia dubia  
rit vige-  
non tene-  
on est pol-  
junio, fer-  
antis. Dia-  
21. Veri-  
dolescen-  
o excusa  
carnibus  
o docen-  
tes not-  
tiamsi eo-  
s adven-  
bilitatem  
imentum  
nere ne-  
5. 5. op-  
ari ad for-  
infirmi-  
arnibus  
num. 1.  
is, qu-  
ere som-  
e: Joan-  
4. n. 1.  
5. 50. In-

150. Infertur pariter non dam-  
nari opiniones eximentes; primò,   
Peregrinos, & vagos à jejunis  
ex lege speciali præceptis in ter-  
itorij, ubi hospitantur: ut vi-  
deri potest *in meis Confer. tract. 3.*  
*Confer. 5. §. 2. num. 10. & 11.*  
secundò, Pauperes non habentes  
sufficiens alimentum ad unicam  
rationabilem refectionem: Azo-  
nius *part. I. lib. 7. cap. 17. q. 7.*  
Tertiò, Uxorem, quæ ob timo-  
tem prauæ valetudinis, aut de-  
formitatis, vel metu viri non per-  
mititur jejunare, vel maritum,  
cum nequit reddere debitum je-  
junando. Bonacina *tom. 2. diff.*  
*ad. de præcept. Eccles. quest. I. punct.*  
*ad. num. 14.* quartò, nec dam-  
natur opinio, docens, non pec-  
care eum, qui jejunium non Ser-  
vit, putans se justam non jeju-  
nandi causam habere, licet re ipsa  
causa non sit justa, & sufficiens;  
quia inquit bona fides ipsum ex-  
culcat. Bonacina *ibid. num. 20.*  
Sa *Verb. jejunium num. 14.* Quin-  
to, nec ea quæ asserit, non te-  
neri ad jejunium eos, qui magnâ  
difficultatem in jejunando expe-  
riuntur, non ex vitio gulæ, sed  
ob ingentem calorem naturalem.  
Leander à Sacram. *part. 3. tract. 5.*  
*q. 8. quest. 140.*

151. Infertur pariter ex dictis,  
non damnari i. opinionem, jux-  
ta quam si quis dubitet, an die  
jovis sit hora duodecima mediae

noctis, & post adhibitat diligen-  
tiam adhuc manet dubius, potest  
edere carnes, & econtra si sit dies  
sabbathi, aut jejunij, & dubitetur,  
an sit media nox, aut hora duo-  
decima noctis sonuerit, non po-  
test edere carnes, nec cœnare,  
quia in primo casu possessio stat  
pro libertate, in secundo pro præ-  
cepto. Bassus *Verb. jejunium 2.*  
*num. 11. 2.* quod qui ex inad-  
vertentia, aut ignorantia jejunij  
aliquo die bis comedit, reliquo  
tempore sit immunis ab obliga-  
tione jejunij: Bonacina *ubi supra*  
*quest. I. punct. 3. num. 8. 3.* quod  
qui mane notabiliter comedit, sive  
ex malitia, sive ex inadvertentia  
non teneatur ea die amplius jeju-  
nare: Leander *ubi supra quest. 145.*  
& 146. qui tamen comedit ex ma-  
litia, graviter peccavit, secus  
verò, qui ex inadvertentia incul-  
pabili: Quamvis autem censeam  
hanc opinionem, excusantem à  
jejunio non esse damnatam; non  
assentior tamen, sed reliquo tem-  
pore jejunio vacandum esse adjudi-  
cō, modò matutina comedio  
loco cœnæ sufficere possit; Non  
damnantur pariter aliae doctrinæ  
relatae *in meo Dialogo part. I. tract.*  
*3. cap. 3. num. 22. & seq. pag. 69.*

## PROPOSITIO XXIV.

Damnata.

*Mollities, Sodomia, & Bestialitas,*  
*sunt peccata ejusdem speciei infimæ;*  
*ideo-*

396 *Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.*

ideoque sufficit dicere in Confessio-  
ne, se procurasse pollutionem.

152. Suppono primò , aliqua  
peccata distingui specie  
infima , & alia numero : distinctio  
specifica peccatorum desumitur ex  
diversitate objectorum , & virtu-  
tum , quibus opponuntur , vel ex  
diversa dissonantia ad regulas mor-  
rum : distinctio verò numerica de-  
sumitur ex distinctione actuum , &  
objectorum ; ut fusè explicui in  
*meis confer. part. 1. tract. 2. sect. 6.*  
*Confer. 1. §. 1. per totum, & Confer.*  
*2. §. 1. n. 1. & sequent.*

Suppono secundò , peccata , aut  
circumstantias mutantes speciem ,  
esse explicitè in Confessione ape-  
riendas ; ut constat ex Concilio  
Tridentino *sess. 14. cap. 5.* est ta-  
men valde probabile , circumstan-  
tias non mutantes speciem , sed  
intra eandem aggravantes , non  
esse necessariò in confessione expli-  
candas.

153. Dico primò , Propositio  
damnata ( ex suppositione , quod  
pollutio , Sodomia , & bestialitas ,  
quatenus convenient in ratione  
peccati *contra naturam* , essent pec-  
cata ejusdem speciei : ) affirmavit ,  
quod qui commisit sodomiam , aut  
bestialitatem satisfaciat , si dicat  
in Confessione , passus sum molli-  
tiem aut me pollvi : quod meritò  
damnatur tanquam improbabile ;  
quia pollutio , Sodomia , & be-  
stialitas habent diversam diformi-

tatem ad regulas morum : ergo  
distinguuntur specie infima , & ut  
sic necessariò erunt explicanda in  
Confessione ; nam peccata , que  
distinguuntur specie aperienda sunt  
in Confessione : atqui pollutio ,  
Sodomia , & bestialitas distinguun-  
tur specie : ergo necessariò expli-  
canda sunt in Confessione ; & con-  
sequenter , qui commisit Sodo-  
miam , aut bestialitatem , non sa-  
tisfaciet , dicendo , se commisit  
peccatum contra naturam , au-  
procurasse pollutionem , sed de-  
bet exprimere , se commisit Sodo-  
miam , aut bestialitatem .

154. Ex hac Conclusione infer-  
tur primò , quod is , qui per tactus  
Sodomiticos passus est pollutionem ,  
non satisfaciat confitendo solu-  
modo pollutionem , sed debet eti-  
a explicare tactus Sodomiticos , &  
qui ex tactibus bestialitatis passus  
est pollutionem , debet pariter ex-  
plicare in Confessione hos tactus  
simil cum pollutione : ratio est ,  
quia tactus impudici *ex fine operis*  
ad eam speciem peccatorum , quo-  
rum sunt principia , ordinantur , &  
reducuntur ; sic tactus cum for-  
mina soluta ordinantur , & redu-  
cuntur ad simplicem fornicatio-  
nem , cum conjugata ad adulterium ;  
cum Virgine ad stuprum ;  
cum consanguinea ad incestum :  
ergo tactus Sodomitici ad Sodo-  
miam , & bestiales ad bestialita-  
tem ordinantur , & reducuntur .

sed sic ef-  
domiam  
neatur id  
ergo etia  
miticis ,  
pollution  
confessione  
155. I-  
qui habu-  
Sodomia  
satisfaciat i-  
se habuit  
contra na-  
plicare ob-  
gan id fu-  
aut bestia-  
fifax hab-  
cum suo  
pollution  
italitatis  
pariter ea  
flinguent  
data spec-  
fione exp-  
desideriu-  
italitatis  
fessione i-  
dico de d-  
habetur c-  
miam , a-  
quam pr-  
stantem  
explicare  
do in de-  
talis statu  
Confer. tr-  
2. num.  
transatur

rum : ergo  
ma, & ut  
olicanda  
cata , que  
rienda fuit  
pollutio  
distinguunt  
ario expli  
ne ; & con  
fisit Sodo  
m, non si  
committi  
uram, au  
, sed de  
misifile Se  
tem.  
ione infer  
i pertactu  
pollutione  
do solun  
debet cui  
liticos ;  
atis pauci  
pariter ex  
hos tactus  
ratio est  
fine opini  
um, quo  
chantur , &  
cum fie  
, & redu  
ornication  
d adulce  
stuprum  
ncestum :  
ad Sodo  
bestialita  
ucuntur :  
ed sic est , quod committens So  
domiam , aut bestialitatem , te  
neatur id explicare in Confessione :  
ergo etiam is , qui tactibus Sodo  
miticis , aut bestialibus passus est  
pollutionem , hujusmodi tactus in  
confessione explicare tenetur.

155. Infertur secundò , quod  
qui habuit desiderium pollutionis  
Sodomiae , aut bestialitatis non sa  
tisfaciat in Confessione , dicendo ,  
se habuisse desiderium peccandi  
contra naturam , sed tenetur ex  
plicare obiectum sui desiderij , nem  
pean id fuerit pollutio , Sodomia ,  
aut bestialitas ; quia desiderium ef  
ficax habet eandem specie malitia  
cum suo objecto : atqui obiecta  
pollutionis , Sodomiae , aut be  
stialitatis distinguuntur specie : ergo  
pariter earum desideria specie di  
stinguuntur : sed sic est , quod pec  
cata specie distincta sint in confes  
sione explicanda : ergo qui habuit  
desiderium efficax pollutionis , be  
stialitatis , aut Sodomiae , in Con  
fessione id explicare tenetur. Idem  
dico de delectatione morosa , quae  
habetur circa pollutionem , Sodo  
miam , aut bestialitatem ; & quā  
quam probabile sit morosè dele  
ctantem in scemina , non teneri  
explicare ejusdem statum , quan  
do in delectatione à formalitate  
talis status praescindit : ut dixi in  
Confer. tract. 2. sicc. 5. Confer. 1. §.  
2. num. 16. in peccatis tamen con  
naturam est disparitas , ac proin

de morosæ eorum delectationes  
explicandæ sunt. Vide Dianam  
part. 9. tract. 6. resol. 3.

156. Dico secundò , non dam  
nantur opiniones , dicentes 1.  
peccato Sodomiae obnoxium non  
teneri explicare in confessione , an  
fuerit agens , vel patiens , an cum  
mare , vel foemina commiserit , an  
haec fuerit Virgo , vel soluta ; 2.  
in bestialitate non esse necessa  
rium explicare speciem bestia : Sic  
Torrecilla in suis consult. tract. 9.  
super. hanc propos. 24. num. 2. & 3.  
quia haec opiniones ut patet , sunt  
valde diversa à damnata ; & ob  
eandem rationem non damnatur  
opinio , juxta quam cognoscens  
Sodomiticè consanguineam , non  
tenetur in Confessione explicare  
circumstantiam consanguinitatis ;  
ut dixi in Dialog. part. 1. tract. 6.  
cap. 2. nnn. 9. pag. 118. nec ea ,  
qua asserit , quod passus pollutio  
nem ex cogitatione , aut delecta  
tione ad diversa obiecta muliebria ,  
non teneatur explicare statum  
ejusmodi foeminarum , modò non  
habuerit desiderium cum iisdem  
peccandi , sed simpliciter ad ma  
jorem delectationem capessendam  
cogitationem in illis firmaverit :  
Videatur etiam haec doctrina in  
Dialog. ubi supra cap. 1. propè finem ,  
num. 8. pag. 117.

157. Dico tertio , quamvis hic  
non damnetur opinio , excusans à  
mortali , confricantem inhonestas

brutorum partes , etiamsi hoc faciat intentione inspiciendi seminis; quia hæc opinio multum distat à propositione damnata : eam tamen à veritate alienam esse censeo cum Bonacina *tom. I. q. 4. de matrimon. punct. 9. num. 15.* tum quia est aëtus nimis obscurus , & in honestus , valde repugnans rectæ rationi , tum quia valde disponit ad ulteriore libidinem : proinde que peccati mortalis damnandus.

158. Postremò rectè advertendum est in fine hujus propositionis , in qua est sermo de peccatis contra naturam , quæ in pluribus Episcopatibus solent reservari vel omnia , vel aliqua ; quod si reservetur casus his verbis : *qui committet peccatum contra naturam . præfertim cum bestijs* ; prout reservatur in Episcopatu Pampelonensi in casu 25. tunc censemur reservata pollutio , sodomia , & bestialitas , ut adnotauit *I. part. hujus tract. II Append. cas. 25.* Nota 25. pag. 433. Quamvis R. P. F. Emanuel à Conceptione in suo tract. de Paenit. disp. 6. quæst. 11. n. 879. 880. & seq. suam Sententiam probabiliorem putet , in qua dicit , in hoc casu non reservari pollutionē voluntariam , & externè procuratam ; quia eam solum , quæ procedit à cogitatione , aut delectatione interna voluntaria , mecum convenit *num. 885.* non esse reservatam : cum vero ejusdem do-

Etinam loc. cit. jam impugnaverim , hic denvo eam refutare , non est opera æ pretium.

## PROPOSITIO XXV.

Damnata.

*Qui habuit copulam cum soluta , satisfacit confessionis præcepto , dicens , commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem , non explicando copulam.*

159. Dico primò , qui habet copulam cum foemina soluta , non satisfacit præcepto integratis Confessionis , dicendo , commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem , sed tenetur explicare copulam ; & contrarium est id , quod condemnatur in hac propos. 25. ratio est , quia quantumvis actus internus , & externus constituant unum numero peccatum , hoc tamen non obstante , qui peccavit externè , non satisfacit Confessionis præcepto , si actum internum absque externo explicet , ut communis Theologorum affirmat : ergo nec habens copulam satisfaciet , si solummodo dicat , se commississe cum soluta grave peccatum contra castitatem : probatur consequentia ; quia peccatum cum soluta contra castitatem , potest patrari per actum internum desiderij : ergo si solum dicatur peccatum cum soluta non explicatur actus externus ; imo si

sum p  
tem cu  
dus ,  
non su  
sed hæc  
adimple  
Confessi  
160. I  
tur sente  
I. trax. 6  
quod tac  
sequente  
cessariò  
sed quo  
dus suffi  
subsequen  
cum ani  
tunc eni  
peccatum  
suis select  
que. 2.  
qui habui  
que inter  
si protin  
teneatur  
fione exp  
ne copula  
est , quia j  
natam p  
rat . nec  
atqui hæ  
pliçandar  
opinione  
161. I  
tur opinio  
Leandro  
I. disp. 8  
quod Ca

sum peccato gravi contra castitatem cum soluta explicarentur tactus , oscula , amplexus , hoc non sufficeret supposita copula , sed hæc pariter esset explicanda adimplendo præcepto integratatis Confessionis.

160. Dico secundò, non damnatur sententia relata in *Dialog. part. i. tract. 6. cap. 3. num. 13. pag. 119.* quod tactus præcedentes, & subsequentes copulam , non sint necessariò explicandi in Confessione, sed quod explicata copula ipsi tactus sufficienter explicitur; nisi subsequentes copulam haberentur cum animo répetendi accessum, tunc enim eorum omissione esset peccatum: nec sententia Moyæ in *sua select. tom. I. tract. 3. disp. 2. quæst. 2. num. 2.* ubi dicit, quod si, qui habuit tactus cum foemina absque intentione copulæ ab initio, protinus secuta est copula, non teneatur eosdem tactus in Confessione explicare; quia in confessione copulæ censentur inclusi: ratio est, quia juxta propositionem damnatam posita etiam copula , non erat necessarium eam explicare: atque hæc propositiones dicunt, explicandam esse copulam: ergo hæc opiniones non damnantur.

161. Dico tertio, nec damnatur opinio Azorij: & aliorum, apud Leandrum de Sacram. part. I. tract. 1. disp. 8. §. 3. quæst. 30. dicens, quod Catholicus, qui peccavit cum

foemina Gentili, seu Infideli, non teneatur explicare circumstantiam carentiæ Baptismi; quod etsi datum non sit: verum tamen non puto, sed oppositum; quod probabilius esse affirmavit Leander *ibi: nec opinio, quam probabilem censet Leander ibi quæst. 59.* quod qui habuit copulam cum foemina defuncta, satisfaciat confessioni, dicens, se habuisse pollutionem, quod pariter asserit Diana *part. 9. tract. 9. resol. 1.* neque opinio, juxta quam is, qui occasionaliter habuit copulam cum foemina dormiente, non committat formaliter peccatum raptus : Leander *ibi quæst. 60.* quamvis si esset conjugata, diceretur adulterium , si Virgo stuprum &c. non damnantur inquam hæc opiniones , quia earum sensus valde differt à propositione 25. hic damnata.

162. Dico quartò, nec damnantur opiniones I. quod habens oscula, non teneatur explicare in Confessione, in qua parte ea habuerit; quia licet sint in partibus pudendis, omnia oscula sunt ejusdem speciei: Diana *part. 3. tract. 4. resol. 225. in fine II.* quod sponsi de futuro , habentes accessum ad alteram personam , non teneantur explicare circumstantiam sponsalium : Henriquez *lib. 11. cap. 13. num. 4.* III. quod habens copulam cum Virgine voluntariè consente, stuprum formale non committ-

mittat, nec circumstantiam Virginitatis teneatur aperire, sed sat esse, si dicat, habui copulam cum soluta; juxta dicta *supra part. I. tract. 6. cap. 4. num. 23. pag. 124.*

IV. quod qui per totam noctem cum amasia dormivit, non est opus, ut dicat, ego eam cognovi per tot vires, sed feci, quod votui, dummodo non habuerit interruptionem mentis, & operis. Zanardus *part. I. cap. 18.* huic tamen doctrinæ non adhæreo; quia hoc modo non explicatur numerus peccatorum, qui tamen in uno major est, quam in alio: ergo dicendo feci, quod volui, non declaratur numerus: nec doctrinæ Zerolæ *cap. 12. quæst. 12.* juxta quam si quis haberet rem cum concubina tota nocte, non tenetur exprimere hanc gravitatem, sed sufficit confiteri numerum peccatorum, videlicet semel, vel bis fornicatus sum, quæ doctrinæ licet hic non damnetur, & eam nonnulli quoque sequantur, ego tamen, ut dixi, eam non sequor; quia qui dormit per totam noctem cum concubina, præter concubitus, ordinariè alias obscenitates, actibus non omnes continuas, committit, ergo &c. Videatur Diana *part. I. tract. 7. resol. 39. & part. 3. tract. 4. resol. 67. §. resol. 39.* V. quòd vir, aut foemina amittentes voluntariè, & spontaneè Virginitatem, non teneantur explicare, id esse peccatum, quo pretiosam

hanc margaritam amiserunt: ratio cur nulla ex propositionibus *num. 160.* usque huc relatis non damnetur, est, quia propositione damnata dixit, habentem copulam cum soluta satisfacere confessioni, dicendo, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem absque explicatione copulae. Opiniones autem adductæ ab his multūm differunt, ut singula consideranti patebit.

## PROPOSITIO XXVI.

Damnata.

*Quando Litigantes habent pro se opiniones àquæ probabiles, potest inde pecuniam accipere pro favore sententia in favorem unius prius alio,*

*163. Suppono primò, quod in causis civilibus Judex neatur ferre Sententiam juxta opinionem probabilem, nec possit in conscientia minus probabilem sequi, cum hoc sit damnatum ad Innoc. XI. in prop. 2. cuius explicatio habetur *I. part. hujus tract. 10. num. 22. pag. 343.**

Suppono secundò, quod jure communii cautum sit Judicibus ordinarijs, & delegatis, ac infernib[us] Ministris accipere munera litigantibus, idem prohibent leges Castiliae: ut videri potest in *Palma part. 7. de justit. & jure, tract. 3. diss. 2. punct. 21. §. I. n. 5. & 13.* *164. Dico*

*164. Dices habes probabili accipere favorem trarium prop. 26. d[icit] est f[ac]t[us] rendas S[ecundu]m, & necessari nequit a renda Se p[ro]re[ce]p[re]tatio[n]e incitat, u[er]susque frequentemente, i[licet] mag[is] illas; p[ro] amore lu[bi]to spec[ie]lem usq[ue] hat: & opinione literat[em] u[er]sum distat: est damn accepta c[on]veniali, dicta nunc cumque propositi p[ro]p[ri]etate Judi quod vi solum pe*

ex. VII.  
serunt : ra-  
tionibus a  
relatis non  
propositio  
item cop-  
acere con-  
nisi cum lo-  
contra cali-  
one copule:  
ictae ab he-  
ingula con-

**XXVI.**

nt pro se op-  
es, potest fa-  
re pro fer-  
m unius pr  
., quod in  
s Judex te-  
m juxta op-  
1, nec po-  
probabilen-  
mnatum ab  
z. cuius ex-  
. hujus pra-  
343.  
quod jure  
adicibus or-  
ac inferie-  
e munera  
ibent lego-  
estin Palau-  
, tract. 3.  
n. s. & 12.  
164. Dico

164. Dico primò, quando litigan-  
tes habent pro se opiniones æquè  
probabiles, nequit Judex pecuniam  
accipere pro ferenda Sententia in  
favorem unius præ alio ; & con-  
trarium est casus damnatus in hac  
prop. 26. & meritissimè ; quia Ju-  
dex est stipendio conductus ad fe-  
rendas Sententias in causis litigant-  
ium, & in alterutrorum favorem  
necessariò eas expediendas : ergo  
nequit accipere pecuniam pro fe-  
renda Sententia in favorem unius  
præ alio : Præterea alia ratione est  
condemnabilis ista propositio, nem-  
peratione scandali. Judicem enim  
incitat, ut se quotidie vendat, per-  
versusque mente Justitiae ordinem  
frequentibus injustitijs corrumpat:  
mente, inquam, perversus : nam  
licet magna sit opinionum inæqua-  
litas ; passione tamen, & cocco  
amore lucri perducetur, ut adhi-  
bito speciali ad id studio ad æqua-  
lem usque probabilitatem pertra-  
hat : & æquè probabilem judicet  
opinionem, quæ alterius probabi-  
litas ut attingat, quam longif-  
lime distat. & hæc opinio censenda  
est damnata sub mortali, quando  
accepta quantitas est gravis, & sub  
veniali, quando levis, juxta supra  
dicta num. 118. & 121. quantum-  
cumque attento rigore verborum  
propositionis damnatae, quæ dicit,  
pref. Judex: videatur posse salvari,  
quod vi hujus condemnationis sit  
solum peccatum veniale; siquidem

afferens Judicem in hoc peccare  
venialiter, non dicit, quòd possit,  
*quia id solum possumus, quod jure*  
*possumus* : contrarium tamen te-  
nendum est. ut dixi loco citato.

165. Dico secundò, quantum-  
vis propositio damnata loquatur in  
terminis de opinionibus æquè pro-  
babilibus in favorem litigantium,  
idem tamen est judicium, quando alteruter litigantium habet opinio-  
nem probabiliorem, aut jus cer-  
tum; quia eadem, & etiam potior  
ratio militat, quòd nequeat Judex  
accipere pecuniam pro ferenda  
Sententia in favorem unius præ  
alio, quando unus litigantium ha-  
bet jus probabilius, aut certum,  
quam dum habet æquè probabile:  
ergo sicut Judex nequit accipere  
pecuniam pro ferenda sententia  
in favorem unius partis, quæ ha-  
bet jus æquè probabile, ac ejus ad-  
versa, à fortiori, neque poterit  
accipere pro eadem ferenda in fa-  
vorem partis, quæ habet jus pro-  
babilius, aut certum.

166. Dico tertio, non damna-  
tur hic expressè opinio Lessij lib.  
2. de justit. cap. 14. dub. 9. num.  
64. apud Dianam part. 3. tract. 5.  
resol. 55. quamvis saltem virtu-  
aliter sit damnata, nempe, quod  
stando in solo jure naturæ, si forte  
circa litem aliquam ea est varie-  
tas sententiarum, ut Judici liberum  
sit utramlibet partem in judicando  
sequi, non sit contra justitiam, si  
Eee Ju-

Judex aliquid ab una parte accipiat, ut in ejus potius favorem judicet. Quia propositio damnata dicebat, id absolute esse licitum Judici; sed sic est, quod opinio Lessij non dicat hoc absolute, sed stante jure naturali esse licitum, secluso semper jure positivo, quod tamen id fieri prohibet, ut ipsemet Lessius *loc. cit.* docet: ergo non damnatur opinio afferens, quod attento jure naturali non sit contra justitiam, si Judex aliquid accipiat à litigante pro ferenda sententia in favorem ipsius opinionis probabilis.

167. Dico Quartò, Quamquam in hac propositione damnata non sit Sermo in proprijs terminis, quod Judex teneatur restituere acceptū à litigante, in cuius fauorem tulit Sententiam: ut cum Prado tenet Torrecilla in *Consult. tract. 1. Consult. 1. sub. num. 144. in secunda impressione*: idque rationibus metaphysicis, & fundamentis valde ingeniosis defendit idem Doctissimus P. *num. 145. & sequent.* Ego tamen arbitror cum Lumbier *num. 172.* quod non solum peccet Judex accipiens pecuniam à litigante, in cuius favorem fert Sententiam, verum etiam quod teneatur ad restitutio-nem; quia nullus adest titulus, vi cuius Judex possit sibi hujusmodi pecuniam retinere: ergo ad ejus restitutionem tenetur: consequen-tia est clara, antecedens probatur: titulus retinendi dictam pecuniam

alias esse nequit, quam gratuita do-natio litigantis, qui dominium in Judicem receptorem transtulit: sed sic est, quod haec recepicio sit abrogata à lege, ut probat Sanchez in *Cons. tom. 1. lib. 3. cap. unic. dub. 1. num. 26.* ergo nullus adest titu-lus, ob quem Judex possit sibi re-tinere pecuniam à litigante accep-tam pro Sententia in favorem sua opinionis ferenda.

168. Dico Quintò, licet haec opinio damnata loquatur de per-ceptione pecuniae pro ferenda Sen-tentia, non verò expressè de aliis, quae non sit pecunia; attamen tan-quam certum tenendum est, quod Judex non solum pecuniam, sed nec quidquam aliud possit accipere à litigante pro Sententia in ejus fa-vorem ferenda. Ita Palauis *supra num. 15.* tum quia eadem ratio, & paritas militat de pecunia, ac de quacumque alia re; tum quia ita expressè id sanctit lex Regia Calif-iliæ *leg. 5. tit. 9. lib. 3.* his verbis: Correctores, Ministri, & Judices nostrarum Civitatum, Pàgorum, & locorum, tam salariati, quam non salariati; tam Ordinarij, quam Delegati, nullatenus accipere prae-sumant, nec publicè, nec clam, nec per se, nec per alios munera aliqua à nulla, vel nullis personis, cuiuscu-mus status, & conditionis litiganti-bus coram ipsis, sive munera sint in auro, sive argento, sive pecunia, panno, vestimentis, cibis, aut alijs hujusmodi &c.

Limi  
supra na  
damnati  
accipere  
in modi  
ter dies  
mera lib  
verisimil  
periculur  
ejusmod  
169.  
stio dam  
liter, nu  
promissio  
tus rei a  
hil omni  
Judicem  
litigante  
in favore  
lis ferat.  
quia pro  
fior, quæ  
Judex ac  
gis liber  
quando  
missum f  
dici debit  
missione  
Baldo, I  
Caltro P  
pecuniar  
tem Ser  
fraus in  
quod do  
intendat  
170.  
natur aſ  
ſit offerri

Limitat hoc P. Torrecilla *ubi supra num. 64.* dicens, non esse damnatum, quod Judices possint accipere aliqua comestibilia, si sint in modica quantitate, & paucos inter dies consumptibilia, & hæc ex mera liberalitate offerantur; quod verisimile videtur, modò non subit periculum perversionis Judicis ob ejusmodi dona comestibilia.

169. Dico Sextò, hæc propositio damnata non loquitur formaliter, num Judex acceptare posit promissionem pecuniae, vel alterius rei accipiendæ à litigante; nihilominus dicendum est, non posse Judicem ejusmodi promissionem à litigante acceptare, ut Sententiam in favorem suæ opinionis probabilis ferat. Palaus *ubi supra num. 15.* quia promissio est adhuc pernicio-nor, quam donum, quandoquidé

Judex accepto dono remanet magis liber ad justè judicandum, ac quando sperat id, quod ipsi promissum fuit: Neque licitum est Judici debitori litiganti acceptare remissionem debiti, vel ut addit cum Baldo, Matieno, & Menochio Castro Palaus *ibid.* accipere mutuò pecuniam pro ferenda in ejus favorem Sententia; quia præsumitur fraus in hoc mutuo, nimirum, quod donatio colore mutui palliari intendatur.

170. Dico septimò, non damnatur assertum, quod litigans posse offerre Judici, aut ejus Ministris

aliqua munera ad redimendam vexationem; nempe quando probabiliter timet sibi faciendam injustitiam: Torrecilla *loc. cit. num. 163.* quia propositio damnata dixit posse Judicem accipere pecuniam à litigante, pro favorabili ipsi Sententia ferenda: sed hæc opinio non dicit posse Judicem accipere pecuniam, sed litigantem eam offerre ad redimendam vexam: ergo non damnatur assertum, quod possit litigans offerre pecuniam, aut munera Judici ad redimendam vexationem, videlicet ne injustam Sententiam ferat, de qua probabiliter dubitatur. Quod confirmari potest à paritate beneficiorum, in quibus absque simoniais, qui habet jus in re aliquam pecuniam ad injustam vexationem redimendam offerre potest: ergo &c.

171. Dico Octavò, neque damnatur opinio Layman *lib. 3. sect. 3. tract. 4. cap. 4. num. 9.* apud Diana part. 3. tract. 4. resol. 45. asserens, quod attento jure naturali possit aliquid accipi à litigante pro expedienda ejus causa ante alias eodem tempore patrocinio suscep-tas; ita Torrecilla *supra num. 168.* quia secundùm propositionem damnata Judex poterat accipere pecuniam pro ferenda Sententia in favorem unius præ alio: atqui hæc opinio non propter hoc, sed propter expeditionem causæ unius præ alia, dum litigantes jure temporis æqua-liter

liter gaudent, pecuniam posse accipi astruit: ergo haec opinio non intelligitur damnata.

Advertendum tamen est, quod si alterius causa ante eam colligantis tribuentis pecuniam deberet expediri, non posset Judex accipere pecuniam pro celeriori hujus expeditione; quia injuria fieret alteri: atqui cum alterius injuria nequit Judex accipere pecuniam, pro concludenda citius alia causa: ergo &c. Præterea advertendum est, quod si causa litigantis largientis pecuniam esset ante alias expedienda, non posset Judex accipere dictam pecuniam ob celeriorem ejus expeditionem, quia ad hanc in conscientia tenetur; qua propter in æquali tantum cursu duarum causarum dicitur non condemnari assertum, quod Judex possit accipere pecuniam pro expedienda una præ alia; quod licet condemnationi non subjacere censem, hanc tamen doctrinam non sequor, tum quia non invenio iustum titulum, ob quem Judex possit dictam pecuniam accipere: tum quia hoc esset causa, quod Judices cupiditate excæcati, causas tempore æquales esse censerent, quæ tamen aliquo jure anteriores essent.

## PROPOSITIO XXVII.

Damnata.

*Si Liber sit alicujus Junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectio à sede Apostolica tanquam improbabilem.*

172 **S**uppono primò, probabilitatem unam esse intrinsecam, extrinsecam alteram: intrinseca est fundamentum, & ratio, quod opinio innititur: extrinseca est auctoritas Doctorum opinioni patruncinantium: probabilitas extrinseca dependet ab intrinseca; quia in tantum præbemus assensum auctorati Doctoris, in quantum putamus eum ratione fulciri: Pom aliquæ opiniones sunt cæteris tuitiores, & aliquæ probabiliores, & aliæ minus probabiles; quod videri potest in meis Confer. part. I. tract. I. Conf. I. num. 5. 6. & 7. & Confer. 2. num. 4.

173. Suppono Secundò, nullam ex opinionibus damnatis à Sede Apostolica esse in conscientia sequendam, quamvis plures, & Classici Authores eam docuerint, & etiam si præcipue solidis fundamentis, validis rationibus fulciri videatur: Neque sunt sequendæ opiniones, quas Doctores communiter censurant, ac improbabiles existimant, quamvis unus, vel alter author eas sequatur.

174. Suppono tertio, ad probabi-

habilitat  
morum  
at solida a  
fulciatur  
orem co  
abolita &  
non sit ab  
tur Bonac  
punct. 9. n.  
Suppono  
habitatem  
ta eam i  
non possi  
mo, sed  
chez infel  
men non  
tionem ra  
tionem,  
propterea  
babilis; q  
uent, eti  
appareat  
chez lib. I  
175. D  
positionis  
nlo inven  
demi aust  
babilis, du  
& damnat  
ca: quod  
quandoqu  
moder  
ni probab  
lum, & ra  
vel docto  
rgo non  
Author t  
nem, hæ  
Nec valeat

habilitatem alicujus opinioneis quan-  
tuor conditiones requiri, prima,  
ut solida aliqua, & non leviratione  
ficiatur: secunda, ut nullum er-  
orem contineat, tertia, ut non sit  
abolita & antiquata: Quarta, ut  
non sit ab Ecclesia damnata: videa-  
tur Bonacina tom. 2. disp. 2. q. 4.  
punct. 9. num. 1.

Suppono Quartò ad eandem pro-  
babilitatem pariter requiri, ut con-  
tra eam ratio convincens adduci  
non possit; alioquin non esset op-  
nio, sed error, ita Joannes San-  
chez in select. disp. 14. num. 8. atta-  
men non ex eo, quod aliquis solu-  
tionem rationis impugnantis op-  
nioem, adinvenire non possit,  
propterea hæc censenda est impro-  
babilis; quia alij faciliter eam sol-  
vent, etiamsi alicui irrefragabilis  
appareat. Videatur Thom. San-  
chez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 6.

175. Dico primò, assertum pro-  
positionis damnatae fuit, quòd op-  
nio inventa in libro alicujus mo-  
derni auctoris censeri debeat pro-  
babilis, dum non constet rejectam,  
& damnatam esse à Sede Apostoli-  
ca: quod justissimè damnatur;  
quandoquidem Auctor ex eo, quòd  
modernus, non præbet opinio-  
ni probabilitatem, sed fundamen-  
tum, & ratio, qua eadem probatur,  
vel doctrina & pietas Authoris:  
ergo non ex eo, quòd modernus  
Author typis mandaverit opinio-  
nem, hæc probabilis censenda est.  
Nec valet dicere, quod si licet se-

qui dictamen talis Authoris quan-  
do oretenus consulitur, liceat pa-  
riter ejusdem impressum dictamen  
sequi; cum id, quod prælo datur,  
exactius, & applicatiùs ponderetur,  
& perpendatur tanquam coram  
Mundo, & ejus censura compare-  
ndum, & subiiciendum, quod est  
fundamentum opinionis damnatae:  
Respondetur enim ad hoc, quod  
consulens oretenus Authorem, id  
bona fide faciat, nec alios majoris  
notæ Doctores consulendos quæ-  
rere teneatur; ex supposito etiam,  
quod is, quem consultit casum pro-  
positum velut unicum mature per-  
pendet; cum verò in libro plures  
casus imprimantur, facilimè con-  
tingit, quod aliquis ex ipsis non  
benè perpendatur ab Authore, qui  
si amicus est vanitatis, ac idæis, &  
metaphysicis solius sui ingenij ratio-  
nibus addictus, in veritate inqui-  
renda, & proponenda periclitatur:  
Quis dubitat, quemvis posse sequi  
dictamen oretenus dandum à Mag-  
no Augustino, Ecclesiæ lumine, &  
eruditionis Apolline? & tamen hic  
eximius, & gravissimus Doctor ali-  
qua scripsit, quæ postmodum retrah-  
etavit: ergo &c.

Hinc damnatam adjudico op-  
pinionem, dicentem, quòd non so-  
lùm possimus sequi opinionem im-  
pressam Authoris moderni, verùm  
etiam ea, quæ obiter, & incidenter  
in margine, & indice libri posuit;  
quia si in ijs, quæ ex proposito, &

406 *Tract. XVII. Explic.* *Prop. dam. ab Alex. VII.*  
præmeditatè scribuntur, aliquis error excurrere solet, quantò magis in ijs, quæ incidenter solum, & obiter tanguntur tam in corpore libri, quam in margine, & indice, in quibus tanta diligentia non afolet apponi.

176. Dico secundò, non damnatur assertum, quòd Author modernus, pius, & doctus rationi innixus, ac singulares opiniones exponere non ambiens, possit facere opinionem probabilem: sic tradit Torrecilla in hanc propositionem *tract. 8. Concl. 5. num. 11.* ratio est, quia propositio damnata ad probabilitatem alicujus opinionis ajebat, sufficere, si ejus author sit modernus: hoc autem sat esse non dico, sed necessarium esse, quòd Author sit pius, doctus, non singularis in opinionibus, & rationi innixus: ergo non damnatur assertum, quod Author modernus cum ejusmodi conditionibus opinionem probabilem constituere possit.

177. Dico tertìò, neque damnatur assertum Castro Palai *tom. 1. tract. 1. diff. 2. punct. 1. num. 3.* quòd si res, pro qua est opinio, ab Authoribus agitata non sit, nemini potest esse dubium, dictum unius gravis, & pij Doctoris moderni, qui ratione firma intelligitur moveri, sufficere ad opinionem probabilem constituendam tam sibi, quam alijs: si verò res controversa sit à paucis, potest vir doctus ad-

versus illos sentire, si rationem suam in contrarium habeat; ratio quòd hoc assertum non damnatur, est; quia non dicitur, quod Author ex eo, quòd sit modernus, & sua opinionem prælo dederit, eandem probabilem constitutat, sed quia firma ratione munitur, quod est fundamentum probabilitatis intrinsecæ: ergo non damnatur assertum, quòd Author modernus possit constituere opinionem probabilem, quando firma ratione fultur, & ab Authoribus non sit agitata, vel à paucis controversa sit.

178. Unde infertur, singularem Authorem posse constituere opinionem probabilem adversus communem, modò ratione firma, & solida intelligatur moveri, ita Azorius *part. 1. lib. 2. cap. 17. quaf. 6.* Villalobos *in fine tom. 1. tract. 1. diffie. 4. num. 17.* Ut autem opinio alicujus Doctoris adversus communem probabilis censeatur, non sufficit, si perfunctoriè, & incidenter & occasione alicujus argumenti dicta sit, nam quæ dicuntur incidenter, fortè ad colorem, non ad probationem dicuntur; requiritur, ut ex professo, & resolutoriè dicatur, ita Castro Palaus *ibi, supr. num. 5.* & quòd hæc opinio non reprobetur; probatur, quia non dicitur, ut in propositione damnata, quod ad fundandam probabilitatem sufficiat, si opinio in libro alicujus Authoris

rhoris moderni inveniatur, sed requiri, quod Author singularis firma ratione muniatur, & resolutio-  
nē de ea tractet, quod est valde di-  
versum à casu damnato in hac pro-  
pos. 27.

Advertendum tamen est cum  
Lezana, Lumbier tom. 2. frag. 7. n.  
52, quod Author modernus ad  
constituendam suam opinionem  
probabilem sex conditiones neces-  
sariò habere debeat. Prima, ut sit  
pius, & bonus, non litigiosus, aut  
passione ductus: secunda, ut sit  
doctus, & versatus in materijs,  
non tantum scholasticis, sed etiam  
moralibus: Tertia, ut ex professo  
materiam tractaverit: Quarta, ut  
ratio, qua munitur, sit firmior, &  
melior ac ea Sententiae adversæ:  
Quinta, ut cæteri Doctores com-  
muniter eam improbabilem non  
centiant: & sexta, ut talis opinio  
non sit damnata ab Ecclesia: Con-  
currentibus his conditionibus te-  
net Lumbier, quod opinio singu-  
laris Authoris sit tuta in praxi, & n.  
31. in fine sentit, id non fuisse dam-  
natum ab Alexandro VII.

179. Dico Quartò, non dam-  
natur hic assertum, quod liceat se-  
qui opinionem probabilem, relictā  
probabiliori, & opinionem tutam,  
relictā tūtiori, præterquam in casi-  
bus damnatis ab Innocentio XI in  
propositione 1. 2. 3. & 4. evidenter  
probatur; quia propositio damnata  
dixit, posse quempian amplexari

opinionem ex eo, quod in libro ali-  
cujus moderni Authoris impressa  
habeatur: atqui nostra conclusio  
hoc non dicit, sed quod possimus  
sequi opinionem probabilem, reli-  
cta probabiliori, & tutam, relictā  
tūtiori: ergo hic non damnatur af-  
fertum, quod possimus sequi opini-  
onem probabilem, relicta proba-  
biliori, & tutum, relictā tu-  
tiori.

## PROPOSITIO XXVIII.

Damnata.

*Populus non peccat, etiam si absque  
ulla causa non recipiat legem à Prin-  
cipi promulgatam.*

DE materia receptionis legum  
Ecclesiasticarum, & sacerdotiū  
ex professo tractavi in meis Confer-  
part. 1. tract. 3. Confer 2. per totam;  
ubi hæc materia poterit videri, cum  
non parvi momenti sit, id, quod  
ibi dictum est ad majorem intelligentiam  
hujus propositionis damnatæ; videatur præsertim ibi *casus*  
4. num. 27. 28. 29. & seq. Hic Sol-  
lum de necessarijs ad ejusdem intel-  
ligentiam, & Sensum, in quo dec-  
laratur practicè falsa, differam.

180. Dico primò, Populus qui  
absque ulla causa non recipit legem  
à Principe promulgatam, peccat;  
& contrarium formaliter, & rectè  
damnatur in hac propositione 28.  
quia Populus tenetur obedire suo  
Principi: atqui si absque peccato  
posset non recipere ejus leges, non  
tene-


teneretur ei obedire : ergo peccat populus, qui absque causa legem à Principe promulgatam non recipit: Et quamvis in hac Conclusione solummodo dicatur, quod peccat præscindendo à peccato mortali, vel veniali; tenendum tamen est, quod si materia legis sit gravis, graviter quoque peccet, absque causa eandem non recipiens, & si levius, leviter, ut dictum est *supr. n. 121. & 118.*

181. Dico secundò, non damnatur assertum, primò, quod populus non peccat ex justa causa legem à Principe promulgatam non recipiens; quia juxta propositionē damnatam non peccat populus, etiam absque ulla causa non recipiens legem promulgatam à Principe; ego autem dico eum non peccare si ex justa causa non recipiat. Secundò, quod lex non acceptata à populo non obliget in conscientia, ut cum Lumbier, & Torrecilla dixi *loc. cit. Confer. num. 3.* Tertiò, quod lex non promulgata non obliget; siquidem propositio damnata dixit, posita etiam promulgatione populum non peccaturum, legem non acceptando: ergo non damnatur assertum, quod populus non peccet, non recipiens legem non promulgatam, vel eam non observans.

182. Ex hac doctrina infertur, sequentes opiniones adductas *in Confer. 2. citata* non condemnari :

Primò, quod leges Principis facularis nisi recipiantur, non obligent, quando à populo habet potestatem legislatiuam condendi leges sub conditione ejus consensus: Secundò, quod non obligent leges humanæ, quando opponuntur *Foro*, aut consuetudini receptæ à populo, vel quando sunt arduæ, & obleviati difficiles, *ead. confer. num. 11. num. 8. & 9.* Tertiò, quod leges Pontificiæ, & Civiles non obligent, si Legislator advertens eas non recipi, & observari, pro earumdem observantia non instet, *ibid. num. 10.* vel si contra legem præscriptam legitima consuetudo *ibid. num. 11.* Quartò, quod non peccet populus, ex justa causa, petens à Principe dispensationem à lege, qua supplicatione interposita, suspenditur extunc obligatio legis; *ibid. num. 17. & 18.* Quintò, quod lex non obliget, quando dubitatur, an ea recepta, vel ne *num. 12.*

Nulla ex his doctrinis est damnata; quia nulla dicit, quod populus non peccet, etiam si absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam, sed quod non obligent leges non receptæ, vaquando dubitatur de earum receptione; quod valde differt a asserto propositionis damnata.



PRO  
In die jejuna  
quid  
quantum  
frangit  
183. SU  
carnium  
nem, &  
latiuncula  
formaliter  
ritor mo  
frangere  
quæ si abs  
tur, erit  
madmod  
furto, lev  
talem cul  
rum est,  
ciat, ut q  
dens in di  
tur, & l  
materiæ  
erit uncij  
na part. 5  
184.  
jejunij se  
dit, si no  
ne come  
contrariu  
improbab  
quod in  
parvitate  
antece  
mendi, f  
accidens

## PROPOSITIO XXIX.

Damnata.

*In die jejunij, qui sapientis modicum quid comedit, et si notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.*

183. Suppono, de essentia jejunij, praeter abstinentiam carnium, esse unicam comeditionem, & quamvis concedatur colatiuncula, haec tamen non dicitur formaliter comedio; suppono pariter modicam quantitatem non frangere essentialiter jejunium, que si absque ulla necessitate sumatur, erit peccatum veniale, quemadmodum modica quantitas in furto, levis defectus in Missa &c. talem culpam non excedunt; verum est, quod modica causa sufficiat, ut quis modicum quid comedens in die jejunij a veniali excusat, & haec quantitas parvitatis materiae non frangens jejunium, erit unciarum duarum: inquit Diana part. 5. tract. 5. resol. 11.

184. Dico primò, qui in die jejunij sapientis modicum quid comedit, si notabilem quantitatem in fine comederit, frangit jejunium, & contrarium censuratur tanquam improbabile in hac propos. 29. quod intelligendum est, sive ea parvitates sumantur ex voluntate antecedenti omnes eadem die sumendi, sive sumantur casu, & per accidens, juxta occasiones diver-

tas comedendi illa die: & ratio est, quia haec parvitates continuantur in ventriculo in ordine ad nutritiōnem: ergo sive ex intento, sive ex accidenti sumantur, violabunt jejunium illius diei, si omnes simul sumptae notabilem quantitatem constituant.

185. Dico secundò, damnatur pariter opinio, quam cum alijs docuit Leander à Sacram. part. 3. tract. 5. diff. 5. quæst. 10. videlicet, quod in die jejunij quotiescumque sumitur haustus, liceat aliquid modicum comedere, ne potus noceat, modò hoc non fiat in fraudem jejunij: quamvis hanc opinionem non damnari Sentiat cum Prado, Torrecilla super banc prop. tract. 9. sub num. 8. in 2. editione pag. 477. ratio nostræ conclusionis est; quia quantumvis non fiat in fraudem jejunij, verificatur eadem ratio, intentum, & termini proprij propositionis damnatae: ergo à condemnatione non eximetur opinio, quod dictæ quantitates sumi possint, modò non fiat in fraudem jejunij. Nec assertum, quod sumantur, ne potus noceat, potest id cohonestare, aut liberare à condemnatione; siquidem si hoc sufficeret, posset pariter dici, quod neque damnaretur opinio, vi cuius licitum est pluries modicum comedere ad instantiam, & preces amici, quod non concedit Torrecilla ibid. num. 8. ergo nec conceden-

Fff

dum

410 *Tract. XVII. Explicatio prop. dam. ab Alex. VII.*

dum erit, quod condemnationi non subjaceat opinio juxta quam licitum est pluries parum comedere, ne potus noceat, modò non fiat in fraudem jejuniij.

186. Dico tertio, non damnatur opinio communis, affirmans iteratum potum jejuniū non frangere: & hoc intelligitur non solum quando sumitur ad extinguendam sitim, verū etiam ad sustentationem, & moderationem famis. sic Fagundez in 4. *præcept. lib. I. cap. 3. num. 19.* quia propositio damnata loquebatur de comeditione; *quis sapius comedit, nostra autem de potu, ex quo tamen non infertur, licitum esse multoties in die jejuniū sumere Chocolatam, cum hæc non sit potus, sed cibus, ut dixi 1. part. hujus praxe. tract. 3. cap. 3. in fine num. 30.* pag. 71.

Hinc infertur, in hac condemnatione comprehendi assertum, quod sumptio modica iterata vuarum, pomorum, pirorum, malorum citreorum.

& hujusmodi fructuum non frangat jejunium, si omnes hæ parvitates notabilem quantitatem constituant: & probatur; quia hi fructus non sunt potus, sed cibus, ut dicit Leander *ubi supra quæst. 6. 7. & 8.* atqui damnatur assertum, quod in die jejuniū sapius modicum quid accipi possit, et si notabilem quantitatem quis comedat: ergo

pariter damnabitur assertum, quod in die jejuniū possit quis sapius modicum quid de pomis, piris, vuis &c. comedere, si notabilem quantitatem comedederit.

187. Dico Quartò, non damnatur assertum, quod plures parvitates sumi possint in die jejuniū, quando omnes simul sumptæ non excedunt quantitatem, semel licet comedibilem. v. g. licitum est sumere duas parvitates unius unciae qualibet vice; quia cum possint sumi duas unciae simul, & semel absque fractione jejuniū, poterunt edam sumi duas unciae binis, ternis, quadrinariis, & repetitis vicibus: & ratio est, quia propositio damnata annuebat parvitati, quamvis et ea notabilis quantitas resultaret; ego autem non concedo, ut ex parvitatis resultet notabilis quantitas, sed tantum duarum unciarum, quæ non frangit jejunium: ergo non damnatur assertum, quod plures parvitates sumi possint, quando ex ijs simul sumptis quantitas duas uncias excedens non resultat.

188. Dico Quinto, neque damnatur opinio Sanchez *diss. 52. n. 3.* quæ dicit, quod non frangat jejunium is, qui inadvertenter in die jejuniū sumit plures parvitates ( saltem non peccat) nec propterea tenetur abstinere à collatiuncula, præterquam si propè tempus collatiunculae comedisset, & parvitates ( addo ego) ad notabilem

quan-

quantitat  
quamqua  
frangi ma  
parvitatem  
notabiliter  
rent, cul  
ne inadve  
no non  
stat; quia  
diversis a  
damnata  
189. L  
tur opinio  
quantitat  
necessitat  
advenient  
quantitat  
comedere  
Confessio  
quid man  
concionat  
aliud mo  
pectore,  
licité com  
potest pra  
multò ma  
rit semel,  
sumi: nec  
Sanctitas  
condemn  
de hujusf  
rijs: v. g.  
tibus; de  
vitium in  
de Leand  
24. & 25  
Placet  
ut jejun

xx. VII.  
am, quod  
pius mo-  
rū, vuis &c.  
uantitatē  
non dam-  
ures par-  
tēs jejunij,  
mptæ non  
mellicit  
um est su-  
ius uncia  
n possit  
semel ab-  
erunt etiā  
nis, qua-  
s: & ra-  
damnata  
amvis ex  
sultaret;  
ut expar-  
s quanti-  
nclarum;  
m: ergo  
quod plu-  
, quando  
itas duas  
tat.  
que dam-  
52. n.  
frangat  
center in  
arvitates  
ropterea  
juncula,  
pus col-  
parvita-  
tabilem  
quan-

## Propositio XXIX. Damnata.

411

quantitatem non pervenerint: Et quamquam videatur in hoc casu frangi materialiter jejenum, si hæ parvitates materiam gravem, seu notabilem quantitatēm constituerent, culpa tamen non esset ratio- inadvententiae: & quod hæc opinio non damnetur, liquidò constat; quia loquitur terminis valde diversis ab ijs, qui in propositione damnata continentur.

189. Dico Sextò, non damnatur opinio juxta quam is, qui manè quantitatēm duarum unciarum ex necessitate comedit, potest vesperi adveniente nova necessitate aliam quantitatēm duarum unciarum comedere: v. g. Confessarius diù Confessiones excepturus modicū quid mane comedit, & Vesperi concionaturus, ante Concionem aliud modicum pro corroborando pectore, vel post, ob debilitatem hœc comedit; quia ex justa causa potest pratermitti jejenum: ergo multò magis ex eadem causa potest semel, & iterum modicum quid sumi: nec est verisimile, quod sua Sanctitas rem adeo rationabilem condemnet: idem esto judicium de hujusmodi laboriosis Ministriis: v. g. de iter pedestre suscipientibus; de serò prandentibus ob servitum in mensa Dominorum. Vide Leandrum part. 3. tract. 5. q. 20. 24. & 25.

Placet hic advertere, quod si ut jejenum spirituale non stat cū

frequentia lapsus voluntarij, ut modò quis scienter dicat unum verbum otiosum, modò unum mendacium leve &c. ita non stat jejenum corporale, cum quis modò comedit parùm, postea aliud parùm, & sic deinceps. Jejunet ergo oculus ab aspectibus curiosis, auris à fabulis, à rumoribus, à curiositatibus: Jejunet lingua à detractione, ab inutilibus, & inanibus verbis. Jejunet manus ab otiosis signis, & laboribus: jejunet anima à vitijs, & sic totus homo à cunctis peccatis etiam levibus jejunare debet, ut dicatur ponere jejenum spirituale: sic pariformiter jejunet homo ab omni cibo corporali, si uult verum corporale jejunium ponere.

## PROPOSITIO XXX.

Damnata.

Omnis *Officiales*, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunij, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

190. Suppono primò, dari aliqua munia, ac officia laboriosa, & incompatibilia cum jejunio, & alia levia cum eodem compatibilia: officia laboriosa, & incompatibilia cum jejunio; ut sunt ea Rusticorum, Hortulanorum, Fabrorum, futorum, & similium, excusant ab obligatione jejunij: Officia, & exercitia levia, ut sunt

Fff 2

ea

412 *Tract. XVII. Explic. Propos. dam. ab Alex. VII.*

ea Pictorum, Sartorum, Barbiton-  
forum, & hujusmodi, à præcepto  
jejuniū non eximunt.

Suppono secundò, quòd quam-  
tumvis aliquod officium, & exer-  
citium ex sua natura sit cum jeju-  
nio compatibile, respectivè tamen  
ad aliquam personam possit esse in-  
compatibile ob debilitatem vi-  
riū.

191. Dico primò, Opinio Pro-  
positionis damnatae fuit, quod om-  
nes Officiales corporaliter in Re-  
publica laborantes, quamvis non  
essent certi, quòd eorum labor es-  
set incompatibilis cum jejunio, ab  
hoc tamen essent excusati; quod  
justissimè tanquam improbabile re-  
probatur; quia jejunium est lex  
Ecclesiastica gravem obligationem  
inducens in foro conscientiæ: ergo  
ut quis ab ea sit exemptus, causa  
vera, & legitima requiritur: ergo  
si officiali non constat, nec se certi-  
ficat, quòd ipsius labor sit cum je-  
junio incompatibilis, ab hujus ob-  
ligatione immunis esse nequit.

192. Dico secundò, non dam-  
natur opinio, quòd omnes Offi-  
ciales, quorum labor cum jejunio  
est incompatibilis, ab ejus obliga-  
tione sint exempti; quia propositio  
damnata dicebat esse excusatos,  
quamvis non se certificarent, an  
labor sit compatibilis cum jejunio:  
ergo si constet, quòd eorum labor  
sit incompatibilis, à tali obliga-  
tionē erunt excusati: videatur

Diana part. 3. tract. 9. resol. 8. &  
part. 8. tract. 7. resol. 40.

Unde infertur, neque reprobat  
opiniones, excusantes à jejunio,  
primò Concionatores, qui per to-  
tam Quadragesimam ter, aut qua-  
ter in Septimana Verbum DEI dis-  
seminant; secundò Judices, & Ad-  
vocatos, Procuratores, Scribas,  
Notarios, qui multū laborant,  
ita ut totum diem in suo munere  
insument. Tertiò, Coquos Com-  
munitati 60. personarum inter-  
vientes: Quartò, famulos, & fa-  
mulas multū laborantes in sco-  
pando, poliendo, alportando  
aquam: Quintò, in Quadrage-  
sima se flagellantes usque ad sanguinem;  
& alios, quos refert P. Tor-  
recilla *super hanc propos. num. 11.*  
¶ 192. neque damnatur assertum,  
quòd rustici, ceterique mercenarij,  
& operarij non solum excusen-  
tur à jejunio eo die, quo laborant,  
verum etiam eo die, quo laborem  
intermittunt, ut si interveniat dies  
festus, vel pluia, & præsertim si  
jejunando grave sentirent incom-  
modum ob laborem præcedentis  
diei, vel si redderentur inepti ad  
laborem sequentis diei, juxta ju-  
dicium prudentis viri: Torrecilla  
*ibidem num. 113.*

193. Dico tertìo, neque repro-  
batur assertum, quòd aliquis Offi-  
cialis sit excusatus ab obligacione  
jejunij, licet ejus labor sit ex na-  
tura sua levis, sed ob debilitatem

virum  
patibilis  
delicatae  
do mult  
tur ed je  
rum asse  
nata exc  
quamvis  
composi  
labore,  
excuso al  
possibilit  
tali subie  
stituto:  
fertum,  
tus à jeju  
natura su  
junio ob  
patibilis.

Hinc t  
assertum  
quamvis  
sint esse  
mitatem  
fas, quæ  
no excus  
nata exc  
ficiales r  
natione b  
aut alias  
excuso:  
fertum,  
etiam le  
mitatem  
exempti

**PROPOSITIO XXXI.**  
Damnata.

virium est ipsi gravis, ac incompatibilis cum jejunio: v. g. sartor delicate complexionis in laborando multum sufferens non obligatur ed jejuniū: & probatur nostrum assertum; quia propositio dānata excusabat Officiales à jejunio, quamvis non se certificant de incompossibilitate jejuniū cum eorum labore, ego autem à jejunio non excuso absque notitia hujus incompossibilitatis, sed eam suppono in tali subiecto debili, & viribus defituto: ergo non reprobatur assertum, quod officialis sit excusatus à jejunio, licet ejus labor sit ex natura sua levis, est tamen cum jejunio ob debilitatem virium incompatibilis.

Hinc sequitur, neque reprobari assertum, quod omnes officiales, quamvis eorum labor sit levis, possint esse excusati à jejunio ob infirmitatem, & alias hujusmodi causas, quae secluso labore alios à jejunio excusant; quia propositio dānata excusabat à jejunio omnes officiales ratione laboris: at qui non nō hujus, sed ob infirmitatem, aut alias hujusmodi causas eosdem excuso: ergo non reprobatur assertum, quod omnes officiales, siam leviter laborantes ob infirmitatem, & alias causas, à jejunio exempti esse queant.

*Excusantur absolutè à præcepto jejuniū omnes illi, qui iter agant equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei confiant.*

**194.** *S*uppono in hac propositione tria contineri; primū, quod omnes iter agentes equitando, utcumque iter agant, vel in lectica, carpento, curru, equo, &c. excusent à jejunio; secundum, etiamsi iter non sit necessarium, & Tertium, etiamsi iter unius diei confiant.

**195.** Dico primò, **absolutè non excusantur à jejunio omnes iter agentes equitando, vel in lectica, carpento, curru &c. etiamsi iter necessarium non sit, & iter unius diei confiant;** cujus oppositum in hac propositione 31. reprobatur: & merito; quia pro exemptione à lege jejuniū requiritur, ut labor sit cum ipso incompatibilis: sed sic est, quod cum jejunio non sit incompatibile, absolutè loquendo, iter unius diei equitando, in curru, carpento &c. ergo iter unius diei hoc modo conficiens, à præcepto jejuniū non excusat.

**196.** Dico secundò, non damnatur Sententia asserens, quod iter equestre unius diei excusat ab obligatione jejuniū personam, quae in eo confiendo, ex complexione

particulari magnam contrahat laſitudinem; ratio est, quia propositio damnata omnes absolute iter agentes equitando, à jejunio excusabat, mea autem sententia non absolute omnes, sed tantum respectivè ob debilitatem complexionis multum sustinentes, in ejusmodi itinere, excusat: ergo non damnatur Sententia asserens, quod iter agens unius diei equitando, excusetur à jejunio, si multum in eo confiendo sustineat.

197. Dico tertio, neque damnatur assertum, quod iter necessarium, & plurium dierum agens equitando, excusetur à jejunio; quia propositio damnata loquitur de agente iter unius diei, & non necessarium; ego autem de conficiente iter necessarium; & plurium dierum: licet autem id non esse damnatum censem, censeo tamen non quocumque iter necessarium & plurium dierum excusare à jejunio, nisi alia circumstantia iter grave, & dolorosum reddens concurrat: v. g. cursor postæ, aut equester velociter incedens, & similes, qui multum defatigantur in itinere ad jejunium non tenentur: *Torrecilla super hanc propos. num. 16.* si verò iter conficiens plurium dierum multum sufferat, ac propter itineris continuationem virium debilitatem experiatur, aliqua die moram faciat, non tenetur vi hujus condemnationis ad jejunium. *Juxta supradicta num. 190. in fine.*

198. Dico Quartò, neque damnatur assertum, quod iter unius diei necessarium agens equitando, si via alimento careat sufficienti ad unam refectionem in die jejunii sumendam, non teneatur ad jejunium; quia si domi manens, & ejusmodi alimento carens, non tenetur ad jejunium, à fortiori, nec iter agens ob eandem causam. Et si petas, quænam censenda sit congruens refectione ad jejunium, Respondeo juxta aliquos non sufficere panem in quantavis quantitate, sicut nec etiam fructus, & olera, sed requiri cibos, qui sint majoris nutritionis; quia cibi prædicti moraliter censentur incongrui, & insufficientes ad completam sustentationem: ut videri potest in *Balaſeo, Verb. Jejunium 2. num. 6.* in *Leandro à Sacram. part. 3. tr. 5. disp. 8. quaſt. 42. & 43.* cum distinctione tamen loqui debemus, nempe si persona est robusta, ac cibis rusticis assueta, tunc dicere, sufficere panem, fructus, olera, vel legumina; si vero sit delicata, ac in pretiosis obſonijs vescens, usum habens, ac proinde ex olerum, vel leguminum, fructuum, ac panis esu nocumentum passura, haec non constituent sufficientem ad jejunium refectionem, & consequenter non tenebitur ad jejunium.

199. Dico Quinto, in hac condemnatione non est sermo de iter pedeſtre agentibus, ſtat ex tate: ac itate manū Decretū a jejunio, te. Unde opinioneſ mō, pedeſtreſ ſecundo, ſtientie plexionis, pedeſtreſ non neceſſe cumeuntebus venali circummeanqui pedite circuitio unde labor obligation Leander ſ propositione de itinere do conſecrati de itinere p. Ex dicti deſeffum e creationem teneri ad jatio est cibilis; Hoc intelligi de vieti, aut cum illo inſuecepta ita peccata

pedestre suscipientibus, sed de iter agentibus equitando; ut constat ex textu propositionis damnatae: ac proinde cum sua probabilitate manent opiniones, ante hoc Decretum probabiliter excusantes à jejunio, ejusmodi iter conficienes. Unde infertur, non reprobari opiniones excusantes à jejunio, primò, pedestres tota die itinerantes; secundò, trium leucarum iter conficienes pedestres delicatae complexionis, & non assuetos; tertio, pedestres conficienes iter etiam non necessarium: Quartò, circumstantes civitatem cum mercibus venalibus si per totam diem circumneant; quia comparantur ijs, qui pedites iter agunt, talis enim circuitio valde defatigat corpus, unde labor sufficiens est, ut solvat obligationem jejunandi: Videatur Leander *supra quæst. 99.* quia in propositione damnata erat sermo de itinere non necessario equitan- do confessio: nos autem loquimur de itinere pedestri.

Ex dictis infertur primò, valde defessum ex labore sumpto ob re-creationem, vel ex ludo pilæ, non teneri ad jejunium, si talis defatigatio est cum eodem incompossibili; Hoc tamen cum distinctione intelligi debet; quia vel talis præ-vidit, aut prævidere debuit, quod cum illo impedimento voluntarie a se suscepito non valebit jejunare? Ita peccabit mortaliter ob suam

causam non jejunando: vel non prævidit, aut expertus est, ex illo impedimento sequi necessitatem non jejunandi? & in hoc casu non peccabit postea non jejunando nec in se nec ob suam causam; Villalobos *part. I. tract. 23. diffic. 4. num. 11.* idem dico de fatigato in vena- tione, aut alijs indifferentibus corporalibus exercitationibus.

Infertur hanc condemnationem nihil prorsus loqui de pauperibus stipem ostiatim emendicantibus, qui à Doctoribus communiter ab obligatione jejunij eximuntur, sa- tis enim jejunat, qui parcè come- dit; Verum cum hujus vitæ genus adeo ab alijs laboribus immune sit, si aliqui fortè essent, qui sibi possent unicam comedionem ad sustenta- tionem vitæ sufficientem quotidie providere ex ijs, quæ in alimen- tum, vel emendicata colligunt, vel in duabus, aut tribus Religio- num januis gratis accipiunt., à jejunio non excusantur; utpote quorum labor non est cum jejunio incompatibilis: ita Lumbier *tom. 2. super hanc propos. num. 779. pag. (mibi) 651.*

## PROPOSITIO XXXII.

### Damnata.

*Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.*

200. **S**uppono Consuetudinem legitimè introductam, habere

habere vim legis, & obligare in  
foro conscientiae ut dixi *tom. I.*  
*Confer. tract. 3. Confer. 7. §. 3. num.*  
*17. & 21.* ubi explicui conditiones  
requisitas ad consuetudinem, ut  
vim legis habeat.

201. Dico primò: evidens est,  
consuetudinem non comedendi  
ova, & lactacinia in quadragesima  
obligare, & contrarium est casus  
damnatus in hac propositione 32.  
quia haec consuetudo est de re ho-  
nesta voluntariè introducta, & à  
tempore immemorabili acceptata  
tanquam obligatoria in Ecclesia  
DEI; habetque omnes conditio-  
nes requisitas ad consuetudinem,  
adhoc, ut habeat vim legis, & obli-  
get: ergo evidens est obligare con-  
suetudinem non comedendi ova,  
nec lactacinia in Quadragesima; &  
quamquam verum sit, quod haec  
propositio non loquatur explicitè,  
quanta sit hujusmodi obligatio, an  
levis, vel gravis, tenendum est  
tamen ad peccatum lethale obli-  
gare; quia lex in materia gravi ad  
lethalem culpam obligat: atqui  
consuetudo legitima, qualis est ea  
non comedendi ova, & lactacinia  
in Quadragesima, est lex, & in  
materia gravi: ergo ad lethalem  
culpam obligat.

202. Dico secundò, condemna-  
tioni non subjet opinio afferens,  
non extare præceptū Ecclesiasticū,  
obligans ad ova, & lactacinia in qua-  
dragesima non comedenda: ut be-

ne probat N. P. Torrecilla *super*  
*hanc propositionem num. 19. & seq.*  
quia propositio damnata aſſervat,  
non esse evidens, quod consuē-  
do non comedendi ova, & lactaci-  
nia in Quadragesima obliget: nos  
autem affirmamus hanc consuetu-  
dinem sub mortali obligare, & lo-  
lum dicimus condemnationi non  
subjacere opinionem afferentem,  
quod ejusmodi obligatio à præcep-  
to Ecclesiastico ortum non habeat:  
ergo condemnationi non subiacet  
opinio afferens, non extare præcep-  
tum Ecclesiasticum, obligans  
ad ova, & lactacinia in Quadrage-  
simā non comedenda: Quamvis  
autem id hic non damnetur, te-  
nendum est tamen, dari præcep-  
tum Ecclesiasticum ad ova, & lac-  
tacinia in Quadragesima non come-  
denda obligans: Torrecilla *ibid. n.*  
*23. & 26.*

203. Dico tertio, neque con-  
demnationi subest opinio, secun-  
dum quam in alijs jejunis extra  
Quadragesimam v. g. in quatuor  
temporibus, & jejunis de præcep-  
to, in Hispaniis non sunt prohibita  
ova, & lactacinia, nec ex lege, nec  
ex consuetudine: ita Torrecilla  
*num. 30. ratio est;* quia propositio  
damnata loquitur de Quadrage-  
simā, sed nostra opinio de hac non  
loquitur, sed de alijs jejunis extra  
Quadragesimam, ergo condemna-  
tioni non subest opinio, quod in  
jejunis extra quadragesimam  
ova,

ora, & la-  
lege, nec  
sunt.

204. D  
nio afferere  
Quadrage  
ova, & l  
adocque l  
tem virtua  
recilla *super*  
formaliter  
ratio est,  
loquitur d  
tem non d  
indus dieb  
reputant c  
jus opinio  
liter, & e  
opinio affer  
Quadrage  
lactacinia  
huic opin  
itam vera  
diebus Do  
ova, & la  
absque Bu  
ra Congre  
dicis mand  
quodam  
fuit, ut t  
tract. II.  
abi *supra* :

Unde in  
non dam  
lactici ab  
possint ijs  
dragesima  
tractamer

204. Dico Quartò, falsa est opiniō afferens, quod in Dominicis Quadragesimæ possint comedī ova, & lacticinia absque Bulla, adocque licet non formaliter, saltem virtualiter est damnata: Torrecilla *supra num. 31.* quod non sit formaliter, & explicitè damnata; ratio est, quia propositio damnata loquitur de Quadragesima, hæc autem non de Quadragesima, sed de iulius diebus Dominicis, quas non reputant dies quadragesimales hujus opinionis Patroni: ergo formaliter, & explicitè non damnatur opinio afferens, diebus Dominicis Quadragesimæ licita esse ova, & lacticinia absque Bulla: Nec ego huic opinioni adhæreo, sed oppositam veram esse sentio, juxta quā diebus Dominicis Quadragesimæ ova, & lacticinia in Quadragesima absque Bulla vetita sunt; quia Sacra Congregatio S. Officij, & Indicis mandarunt, hanc Sententiam aquodam libro deleri, quod factū fuit, ut testatur Diana *part. 10. tract. 11. resol. 46.* ♂ Torrecilla *supra num. 32.*

Unde infertur, quod quamvis non damnetur opinio, quod Ecclesiastici absque Bulla lacticiniorum possint ijs vesci in Dominicis Quadragesimæ, & Dominica Palmarū; haec tamen opinio non est censenda

vera, quantumvis hic non sit damnata propter rationem numero præcedenti dictam.

205. Dico Quintò, neque damnatur opinio afferens, primò, quod pauperes mendicantes absque Bulla possint vesci in Quadragesima reliquijs lacticiniorum in mensa eorū, qui cum privilegio Bullæ ea comedunt. Secundò, quod rustici, cæterique egeni, aut itinerantes possint absque Bulla comedere in Quadragesima ova, & lacticinia, quando aliud obsonium non habent, quo unicam comeditionem ad sustentationem vitæ sufficiētē instituere possint: Leander à Sacram. *part. 3. tract. 5. disp. 3. q. 15.*

q. 16. ♂ q. 17. probatur nostra conclusio; quia hæc opiniones non affirmant, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadragesima non obliget juxta assertum propositionis damnatae; sed quod supposita obligatione per se hujus consuetudinis, per accidens in relatis casibus ab ea aliqui excepti sint.

206. Dico Sextò, Non damnatur assertū, primò: quod in Quadragesima absque Bulla sint licita ova, & lacticinia ob infirmitatem, aut alia causam: v.g. quia pisces nocent sanitati: secundò, Musici conducti ad canendum, five salarium, aut præbendam adidhabentes possunt non servare jejuniū, si ad canendum redderentur inhabiles, non

enim causa jejunij astrictus est aliquis diminutè suum exequi munus : Vide Dianam part. 1. tract. 9. resol. 11. tertio, quod is, qui ex privilegio potest vesci ovis, & lacticinijs, possit quoque comedere pisces, quando ex ovis, & lacticinijs nequit unicam comedionem congruam instituere, vel quia continua eorum comedio fastidium parit: sic Azorius part. 1. lib. 7. cap. 10. quæst. 5. Haec doctrinæ discrepant à propositione damnata, ut constat ex dictis num. præcedenti, proindeque non sunt damnatae.

207. Advertendum primò, quod non ex eo, quod quis excusat à jejunio, propterea possit vesci ovis, & lacticinijs, cum præceptum jejunij, & præceptum prohibens lacticinia sint distincta : sic Rustici, & cæteri Mechanici, ac operarij, exercentes artes laboriosas absoluuntur à jejunio in Quadragesima, & tamen non propterea possunt comedere lacticinia: sic fœminæ prægnantes, & lactantes deobligantur à jejunio, & tamen non ideo possunt vesci ovis, & lacticinijs, si sint robustæ, in Sententia Dianæ part. 4. tract. 4. resol. 126.

Advertendum secundò, quod diebus quadragesimæ vescens sèpiùs lacticinijs sine Bulla, peccet, toties, quoties vescitur ; quia prohibitio vescendi lacticinijs est divisibilis, adeoque licet semel violetur, non

propterea cessat obligatio prohibitionis : Videantur dicta 1. part. bujus Prax. tract. 3. cap. 3. num. 28. pag. 70.

## PROPOSITIO XXXIII.

Damnata.

*Restitutio Fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quacumque elemosynas, quas annu beneficiarius de fructibus sui beneficij fecerit.*

208. DE RESTITUTIONE FACIENDA  
Beneficiario ob omissionem horarum locuti fuimus supra tract. 12. cap. 3. n. 56. pag. 38. part. 2. & in hoc tract. in explicat. prop. 20. quapropter hic solummodo denecessarijs ad intelligentiam hujus propositionis differam ; Et suppono, quod obligatus ad recitationem Divini Officij ratione tantum Ordinis sacri, vel voti, Patrimonii vel Capellaniæ legatae non tenetur ad restitutionem ob omissionem licet graviter peccet.

209. Dico primò, assertum propositionis damnatae fuit, quod Beneficiarius supplere possit restitutionem fructuum ob omissionem horarum per quacumque elemosynas, quas antea de fructibus sui beneficij fecerit ; quod omnino damnatum est ; quia obligationi non contrariae satisfieri nequit : sed hoc est, quod Beneficiarius ante omissionem horarum nullam contrariet obligationem restitutionis ergo per

per elec  
fructibus  
satisfacer  
post om  
tracta.

210. I  
natur hic  
ius satisfi  
tionis ob  
eleemosy  
beneficij  
fecerit :

752. pag.  
do, Torr  
secunda i  
positio da  
liter de o  
tea factis  
quæ ante  
ratum fa  
loquimur  
tione ad  
omission  
damnata  
ius satisfi  
tionis per  
bus bene  
ratum fac

Notan  
habere lo  
tius habe  
non satis  
per illas e  
quod si r  
intention  
satisfacie  
garetur ,  
ib hoc o

per eleemosynas, quas antea de fructibus sui beneficij fecit, nequit satisfacere obligationi restitutionis post omissionem tantum contracte.

210. Dico secundò, non damnatur hic opinio, quòd Beneficiarius satisfaciat obligationi restitutionis ob omissionem horarum per eleemosynas, quas de fructibus sui beneficij post eandem omissionem fecerit: sic Lumbier tom. 2. num. 752. pag. (mibi) 639. & cum Prado, Torrecilla num. 50. pag. 264. secundæ impress. ratio est; quia propositio damnata loquitur univerſaliter de omnibus eleemosynis antea factis absque distinctione earū, que ante, vel post omissionem horarum factæ sunt: nos autem non loquimur genericè, sed cum restrictione ad eleemosynas factas post omissionem horarum: ergo non damnatur opinio, quòd Beneficiarius satisfaciat obligationi restitutionis per eleemosynas, de fructibus beneficij post omissionem horarum factas.

Notandum tamen est, hoc non habere locum, quando Beneficiarius habet expressam intentionem non satisfaciendi suæ obligationi per illas eleemosynas sed per alias, quod si non habeat hanc expressā intentionem, sed interpretativam satisfaciendi, nimirum, si interrogaretur, an per easdem vellet se ab hoc onere liberare, affirmativè

responderet; in hoc casu potest bene dici absque violatione hujus condemnationis, quòd per eleemosynas factas de fructibus beneficij post omissionem horarum satisfaciat in integrum, vel in partem respectivè pro ratione omissionis, & dictarum eleemosynarum.

211. Dico tertiod, neque damnatur opinio, quòd Beneficiarius supplere possit restitutionem fructuum ob omissionem horarum per eleemosynas quascumque, etiamsi non sint de fructibus beneficij; ratio est; quia non requiritur præcisè, ut Beneficiarius adimpleat restitutionem de specificis fructibus beneficij ob omissionem horarum, sed sufficit de æquivalentibus. *ut dixi supra tract. 12. cap. 3. n. 62. pag. 41. part. 2.* ergo cù in hac propositione non damnetur opinio, quòd Beneficiarius supplere possit restitutionem fructuum per eleemosynas factas de fructibus beneficij post omissionem horarum, neque damnabitur, quòd possit eandem supplere per quascumque alias eleemosynas, modò intentionem faltem interpretativam per has satisfaciendi habuerit.

## PROPOSITIO XXXIV.

Damnata.

*In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfact Præcepto.*

212. Suppono in Divino Officio duo esse consideranda:

G g 2 primū

420 *Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.*

primum est substantia, seu essentia ejus: secundum, modus; substantia est, quod recitentur septem horae Canonicæ; modus est ritus, quo haec recitanda sunt; & in hoc ritu possunt pariter duo considerari: unum est quantitas horarum, ex pluribus, vel minoribus psalmis, & lectionibus constantium; alterum est conformitas Officij recitandi ad tempus, diem, & Rubricas; v. g. Officium hebdomadæ Sanctæ maximè consonet Passioni JESU CHRISTI, & Paschale ejus triumphis, & glorijs &c.

213. Dico primò, in die Palmarum recitans officium Paschale, non satisficit præcepto, & oppositum formaliter reprobatur in hac propositione; quia, quamvis Resurrectionis Officium quo ad substantiam sit Officium Divinum; quo ad modum tamen ita dissonat Dominicæ Palmarum, ut graviter violatur præceptum illud recitandi, si in hac die Resurrectionis officium recitaretur: & quamquam verum sit, quod violatio modi præcepti multoties sit peccatum veniale, attamen quando significatio est gravis, grave quoque erit peccatum: v. g. leve quid videtur commixtio unius guttae aquæ cum viño in Consecratione Calicis, & nihilominus defectus in hoc esset mortale peccatum, ob gravem hujus cœremoniæ significationem, & Mysterium: nunc cum Officium

Palmarum significet, & ordinetur ad Passionem Christi; & Paschale ad ejus gloriam, & haec significationes sint adeo diversæ, & graves, graviter delinquit, & minimè satisfacet præcepto recitans in die Palmarum officium Paschale.

214. Dico secundò quantum vis haec propositio damnata non loquatur in proprijs terminis de Officio aliorum dierum, sed solum de Officio Palmarum, & Paschali; nihilominus tenendum est, quod quandocumque aliquod Officium habet gravem, & diversam significationem ab altero, non satisfiat præcepto, recitando unum pro altero; ac proinde in Adventu, & in tota Quadragesima non satisfiet recitando Officium Paschale, aut Pentecostes; ratio est; quia Officium Paschale, & Pentecostes significant Resurrectionem Christi, & Adventum Spiritus Sancti; & Officium Adventus, & Quadragesimæ habent valde diversam significationem: ergo tempore Adventus, & Quadragesimæ recitando Officium Resurrectionis aut Pentecostes, præcepto minimè satisfiet: idem dico de Dominis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, cæterisque diebus particularibus anni, in quibus singularia Mysteria celebantur.

215. Dico tertio, non damnatur Sententia asserens, satisfacere

sub-

substantia  
in Die Do  
rat Offici  
contra,  
pro alio,  
ulla causa  
lum; quia  
dus, & n  
gravem si  
rens: & p  
clusio; q  
loquitur d  
minica P  
quod nosti  
led de ali  
quatur, in  
tas: ergo  
stantia pr  
Dominica  
Sancti, &  
Sancti, O  
recilla sup  
34. num. 5  
in Dialog. t  
seq. pag.  
216. Hin  
die palm  
cium Pas  
tutioné pa  
spondentis  
facit præc  
restitution  
responden  
die Palma  
non satisfa  
go hic te  
tructuum  
is autem c  
ficiali rec

x. VII.  
 ordine  
 & Paschale  
 ificationis  
 aves, gra-  
 nimè sati-  
 in die Pa-  
 le.  
 quantum.  
 nata non  
 terminis de  
 sed solum  
 & Pascha-  
 lum est,  
 quod Om-  
 diueriam  
 , non sa-  
 do unum  
 n Adven-  
 sima non  
 um Pas-  
 atio est;  
 & Pente-  
 cionem  
 itus San-  
 tūs, &  
 valde di-  
 go tem-  
 agesime  
 cctionis  
 minime  
 dominicis  
 ne, &  
 que die-  
 in qui-  
 lebran-  
 lamna-  
 sfacere  
 sub-

substantialiter præcepto illum, qui  
 in Die Dominica, aut feriali reci-  
 tar Officium alicujus Sancti, aut  
 econtra, vel Officium unius Sancti  
 pro alio, si id tamē fiat absque  
 illa causa, erit veniale, secus nul-  
 lum; quia hic violatur tantum mo-  
 dus, & modus nullam diversam  
 gravem significationem secum fe-  
 rens: & probatur evidenter con-  
 clusio; quia propositio damnata  
 loquitur de Officio Paschali in Do-  
 minica Palmarum: sed sic est,  
 quod nostra conclusio non de hoc,  
 sed de alijs diebus, & Officijs lo-  
 quatur, in quo magna est dispari-  
 tas: ergo poterit satisfieri sub-  
 stantiae præcepti, recitando in die  
 Dominica, aut Feria, Officium  
 Sancti, & econtra, vel in die unius  
 Sancti, Officium alterius: sic Tor-  
 recilla super hanc propositionem  
 34. num. 52. Videantur supradicta  
 in Dialog. tract. 12. cap. 3. num. 91.  
 seq. pag. 53.

216. Hinc infertur, beneficiarium  
 in die palmarum recitantem Offi-  
 cium Paschale, obligari ad resti-  
 tutionē partis fructuum ipsi corre-  
 spondentis; quia is, qui non satis-  
 facit præcepto Officij: tenetur ad  
 restitutionem fructuum ipsi cor-  
 respondentium: atqui recitans in  
 die Palmarum Officium Paschale,  
 non satisfacit præcepto Officij: er-  
 go hic tenetur ad restitutionem  
 fructuum ipsi correspondentium:  
 si autem qui in die Dominica, aut  
 feriali recitat de Sancto, aut econ-

rra, vel Officium unius Sancti lo-  
 co alterius, cum satisfaciat præ-  
 ceptum quo ad substantiam, non te-  
 netur ad restitutionem, quamvis  
 sit Beneficiarius: Torrecilla ibi-  
 dem.

217. Dico Quartò, non dam-  
 natur Sententia afferens, quod in  
 casu urgentis necessitatis possit re-  
 citari Officium Resurrectionis alijs  
 temporibus extra Quadragesimā,  
 aut tribus Dominicis præcedenti-  
 bus: sic Lumbier tom. 2. num. 788.  
 pag. (mibi) 655. tum, quia propo-  
 sitio damnata non loquitur de alijs  
 temporibus, sed de Dominica Pal-  
 marum: tum, quia alijs tempori-  
 bus extra Septuagesimam, Sexage-  
 simam, Quinquagesimam, & Quad-  
 dragesimam, Officium non adeo  
 dissonat Paschati Resurrectionis:  
 tum etiam, quia licet hæc disso-  
 nantia adesset, ex ipsa urgentiæ  
 ratione fit probabile id, quod abs-  
 que ipsa ad proxim deduci non pos-  
 set. Et si quæras quanta debeat  
 esse hæc urgētia, & necessitas?  
 Respondeo cum Torrecilla ubi su-  
 pra sub. num. 57. non requiri tan-  
 tam, ut vi ipsius posset absque cul-  
 pa omitti Divinum Officium; quia in  
 hoc casu si non esset obligatio  
 recitandi, neque scrupulandum es-  
 set, num posset loco currentis aliud  
 Officium recitari; quocirca in hoc  
 casu illa dicenda est urgētia, &  
 necessitas, quæ licet non eximat à  
 recitatione Divini Officij, est ta-

men talis ad brevius recitandum : v. g. convalescens potest absolute recitare Divinum Officium diei currentis, licet cum labore, ratione hujus urgentiae Resurrectionis Officium recitare potest: vel iter agens necessarium tota die, nequit recitare, noctu defatigatus posset quidem, sed cum labore id adimplere, haec urgentia videtur sufficiens ad recitationem Officij Paschalis, praeterquam in diebus exceptis in Conclusione 4. & hoc modo alij casus urgentiae, & necessitatis exemplificari possunt.

## PROPOSITIO XXXV.

Damnata.

*Unico Officio potest quis satisfacere dupli præcepto, pro die præsenti, & Craftino.*

218. Suppono, præceptum recitandi septem horas Canonicas cujus individuae diei, & omnibus diebus instare præceptum easdem recitandi; quemadmodum jejunium Quadragesimæ cujus determinatae diei est alligatum, & omni die instat præceptum jejunandi; ita ut ad singulam omissionem jejunij, aut Officij unum sit peccatum, ob binam, vel ternam duo, vel tria, ad plures plura quoque peccata.

219. Dico primò, assertum propositionis damnatae fuisse, quod unico Officio possit quis satisfac-

re dupli præcepto pro die præsenti, & Craftino. v. g. si quis recite horas matutinas hora decima noctis hodiernæ, Craftinaque recitationis præceptum impleret; hodiernæ quidem; quia necdum effluxisset dies naturalis, Craftina verò; quia tunc incepisset Craftina Dies Ecclesiastica; quod est improbatum, & ut tale damnatum; quia quando plures actus individualiter præcipiuntur distinctis præceptis, per unicum actum nequit ijs satisfieri: atqui in hodierna, & craftina die sunt duo distincta præcepta, quæ præcipiunt duo distincta, & individua Officia: ergo unico Officio dupli præcepto recitandi pro die præsenti, & craftino satisfieri nequit.

220. Dico secundò, non damnatur hic Sententia afferens, per unicum actum posse plures leges, & præcepta impleri; ut docui in meis Confer. tract. 3. de leg. Confer.

§. I. num. 14. quod intelligitur quando leges non præcipiunt plures actus individualiter distinctos, sed unicum pluribus titulis: ita Lumbier tom. 2. num. 703. pag. 657. ratio est, quia hic damnata manet opinio, quod unico Officio possit quis satisfacere duobus præceptis præcipientibus duos distinctos individualiter actus: nostra aut conclusio dicit, quod possint impleri plura præcepta, præcipient unicam rem individuam pluribus

titulis: sententia astuta adimplendum præcipit  
221. Uco auditore plurimo Dominicae jejunium, & termino Sacerdotio, im  
ut dixi loco  
10. videamus alij casus  
riam; rat  
in his cap  
cepta, ha  
duos actus  
sed unicu  
tum: ergo  
& Offici  
dupli pr  
calibus.

PROPO

Regulares  
uti priv  
se & revo  
tinum

222. SU

wantiam  
elij Tric  
lum pra  
Suppo

titulis : ergo non damnatur Sententia afferens, posse plura præcep-  
ta adimpleri, quando unicum in-  
dividuum actum pluribus titulis  
præcipiunt.

221. Unde infertur, quod uni-  
co auditio sacro possit quis satisfa-  
cere pluribus fidelis : uti, si est dies  
Dominica, & Apostolo sacra; uni-  
co jejunio obligationi quadrage-  
tinae, & temporū : unico Officio Di-  
vino Sacerdos & Ordini, & Bene-  
ficio, imò & pluribus beneficijs :  
ut dixi *loco cit.* *Confer. num. 38. cas.*  
*10.* videantur *ibi num. 30. & seq.*  
alij casus spectantes ad hanc mate-  
riam ; ratio omnium est ; quia licet  
in his casibus occurrant duo præ-  
cepta, hæc tamen non præcipiunt  
duos actus individualiter distinctos,  
sed unicum diversis titulis præcep-  
tum : ergo unico sacro, jejunio,  
& Officio potest quis satisfacere  
duplici præcepto in supra relatis  
casibus.

## PROPOSITIO XXXVI.

Damnata.

Regulares possunt in foro Conscientiae  
uti prælegijs suis, quæ sunt expre-  
sse revocata per Concilium Tridentinum.

222. Suppono primò, omnes Re-  
gulares teneri ad obser-  
vantiam Decretorum Sacri Con-  
cilij Tridentini, ut idem Conci-  
lum præcipit *sej. 25. cap. 22.*

Suppono secundò, ante Conci-

lium Tridentinum, Regulares ha-  
buisse aliqua Privilegia concessa à  
sede Apostolica, quæ per dictum  
Concilium revocata fuere.

223. Suppono tertio, Privilegia  
Regularium esse in duplice genere:  
alia circa quæ Concilium Tridentinum non solum decrevit oppo-  
situm gratijs per ipsa concessis, sed  
& addidit ultra clausulam revoca-  
toriam cuiuslibet privilegij suo  
Decreto contrarij, idest: Non ob-  
stantibus quibuscumque privilegijis,  
concessionibus, præscriptio-  
nibus, consuetudinibus, facultati-  
bus &c. Alia circa quæ licet Con-  
cilium in oppositum sanxerit, clau-  
sulam tamen privilegiorum revo-  
catoriam non adjecit.

Suppono Quartò, Privilegia con-  
cessa à sede Apostolica aliqua esse  
scripta, alia vivæ vocis oracula :  
scripta sunt ea, quæ conceduntur  
in Bullis, Brevibus, & hujusmodi :  
vivæ vocis oracula sunt, quæ ore-  
tenus Summus Pontifex concessit.

224. Dico primò, Regulares  
nequeunt in foro conscientiae uti  
privilegijs suis, quæ sunt expre-  
sse revocata per Concilium Tridentinum ; cujus oppositum damnatur  
in hac propositione 36. & merito,  
quia Regulares tenentur obedire,  
& se subiçere Decretis Concilij  
Tridentini: ergo cum hoc expre-  
sse revocaverit aliqua Regularium  
privilegia, in foro conscientiae ijs  
uti nequeunt.

225. Dico

225. Dico secundò , non condemnatur Sententia afferens, Regulares posse uti privilegijs, circa quæ Concilium Tridentinum decrevit oppositum, sed absque clausula eorumdem revocatoria: Lumbier tom. 2. num. 794. Torrecilla super hanc propositionem num. 3. ratio est; quia juxta propositionem damnatam Regulares poterant uti privilegijs expressè revocatis per Concilium Tridentinum : sed sic est, quòd nostra Conclusio non dicat, Regulares posse in foro conscientiæ uti suis privilegijs expressè ab eodem revocatis, sed ijs, circa quæ licet decreverit oppositum, clausulam expressam tamen eorū revocatoriam non adjecit: ergo non condemnatur Sententia afferens, quòd Regulares possint in foro conscientiæ uti suis privilegijs, circa quæ licet Concilium decreverit oppositum, clausulam expressam tamen eorum revocatoriam non addidit.

226. Hinc infertur primò , non condemnari opinionem Henriquez, Rodriguez, Sanchez, & aliorum, quos citat, & sequitur Bonacina tom. 3. disp. 2. de excom. extra Bull. Cena , quæst. 8. punct. 14. n. 11. quòd per Concilium non revocetur Privilegium, vi cuius Regulares celebrare, sacerulares ad Divina Officia tempore interdicti admittere possunt; quia licet Concilium eff. 25. cap. 12. decernat,

ut censuræ, & interdicta nequod à sede Apostolica emanata, sed etiā ab ordinariis promulgata, mandante Episcopo à Regularibus in eorum Ecclesijs publicentur, & serventur, nullam tamen clausulam privilegiorum Regularium revocatoriam adjicit: atqui quando Concilium nullam ejusmodi clausulam ponit, Regulares possunt uti suis privilegijs, licet Concilium ipsijs oppositum decreverit: ergo &c.

227. Infertur secundò , neque condemnari opinionem Portelli, Villalobos, & aliorum, quos allegat Barbosa super Concilium in sess. 23. cap. 8. de reform. num 4. Rodriguez, & aliorum, quos citat, & sequitur Diana part. 3. tract. 2. r. 15. 31. dicentium, quòd Regulares virtute suorum Privilegiorum possint ordinari ab Episcopis extra quatuor tempora qualibet die Dominicana, aut festiva: ratio est, quia quamvis Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 8. dicat, ordinationes sacerorum ordinum statutis à jure temporibus esse celebrandas, nullam tamen clausulam Privilegiorum Regularium revocatoriam ponit: ergo Regulares virtute suorum privilegiorum poterunt ordinari extra tempora assignata à Concilio, omnibus diebus Dominicis, & festivis: tum quia in hac condemnatione non est sermo de privilegijs concessis post Concilium Tridentinum , privilegium autem

de quo  
Concilium  
Religiosi  
teste Ro  
queat. 23  
mendica  
cum ipsi  
ordinibus  
Dominic  
he. cit. &  
alleg. 17.  
228. I  
mobari fo  
Villalobos  
fitem exi  
4. tract. 1  
13. affer  
tinum no  
gularium  
Interstiti  
Praelatis,  
Conciliu  
8. 14. in  
teria, reli  
porum, ,  
falamrev  
Regulari  
natur; q  
suis privi  
oppositur  
clausula  
ut dictum  
condemni  
quòd R  
Privilegi  
Interstiti  
Praelatis.  
229.  
ves non

x. VII.  
necdum  
a, sed eti-  
ta, man-  
taribus in-  
tur, & fer-  
claustulam  
n revoca-  
ndo Con-  
claustulam  
nt uti suis  
m iplis op-  
o &c.  
3, neque  
Portelli,  
quos alle-  
um in sif.  
m 4. Ro-  
oscitat, &  
et. 2. resol.  
Regulares  
orum pol-  
pis extra-  
et die Do-  
est, qui  
dentinum  
inatione  
tis à jure  
adas, nul-  
privilegio  
catoriam  
tute suo-  
unt ordi-  
signata à  
us Domini  
ia in hac  
fermo de  
Conciliu  
ni autem  
de

## Propositio XXXVI. Damnata.

425

de quo hic loquimur est posterius  
Concilio, & à Clemente Octavo  
Religiosis minoribus Concessum  
testa Rodriguez tom. 3. quæst. Regul.  
quæst. 23. art. 5. ergo Regulares  
mendicantes, & communicantes  
cum ipsis in privilegijs poterunt  
ordinibus initiari omnibus diebus  
Dominicis, & festis: sic Barbosa  
ha. cit. & part. 2. de potest Episcop.  
alleg. 17. num. 6.

228. Infertur tertio, nequere-  
robari sententiam Rodriguez, &  
Villalobos quam citat, & proba-  
bilem existimat Castro, Palaus part.  
4. tract. 27. disp. unic. punct. 13. n.  
13. afferentem Concilium Tridentinum  
non revocasse privilegia Regularium,  
quo ad dispensationem  
interstitiorum à proprijs eorum  
Prælati, & ratio est; quia quamvis  
Concilium sif. 23. cap. 11. 12. 13.  
et 14. in qua loquitur de hac ma-  
teria, reliquerit hoc judicio Episco-  
porum, nullam tamen ponit clau-  
stulam revocatoriam Privilegiorum  
Regularium: atqui hic non dam-  
natur, quod Regulares possint uti  
suis privilegijs, quamvis Conciliū  
oppositum sanxerit absque tamen  
clausula eorumdem revocatoria,  
ut dictum est num. 223. ergo non  
condemnatur Sententia afferens,  
quod Regulares possint uti suis  
Privilegijs quo ad dispensationem  
interstitiorum à proprijs eorum  
Prælati.

229. Infertur Quartò, Regula-  
res non posse duobus sacris Ordi-

nibus eodem die initiari, nec quem-  
quam eorum ad subdiaconatus Or-  
dinem ante vigesimum secundum,  
ad Diaconatus ante vigesimum ter-  
tium, ad Presbyteratus ante vige-  
simum quintum ætatis suæ annum  
promoveri: ratio est; quia Conci-  
lium sif. citata cap. 12. & 13. non  
solum decernit oppositum, verum  
etiam addit clausulam cujuscum-  
que privilegij revocatoriam: ergo  
Regulares nequeunt Ordinibus  
sacris initiari ante ætatem à Con-  
cilio assignatam, nec eadem die  
duos sacros Ordines suscipere vir-  
tute privilegiorum ante Conciliū  
Tridentinum obtentorum, nisi alia  
post dictum Concilium noviter im-  
petraverint.

230. Infertur Quinto, neque  
condemnari sententiam, quam  
tanquam certissimam afferit Lean-  
der à Sacramento part. 2. tract. 9.  
disp. 24. quæst. 26. juxta quam Re-  
gulares approbati ab Ordinario pro  
exciplendi Confessionibus possunt  
dispensare cum conjugibus, quo ad  
petendum debitum, ob incestum  
commisum cum consanguinea  
uxoris in primo, aut in secundo gra-  
du, modo à suis Prælati ad id co-  
missionem habeant: ratio est, quia  
Concilium non revocat expresse  
hoc privilegium concessum Regu-  
laribus: ergo nec condemnatur  
Sententia, quod Regulares eo uti  
possint.

H hh

Nee

Nec obstat dicere, quod hoc Privilegium fuerit vivæ vocis oraculo concessum, & quod vivæ vocis oracula ab Urbano Octavo revocata fuerint, ut inquit Diana part. 6. tract. 8. resol. 32. Respondeo enim primò, hanc concessiōnem non solum habere rationem vivæ vocis oraculi, verū etiā Indulti, & gratiæ ex nova Constitutio-ne Pontificia concessæ. Ita Leander ibi §. Tum etiam: Respondeo secundò, dato, quod fuerit vivæ vocis oraculum, fuit tamen opinio Portelli, & aliorum, quos citatos sequitur N. P. F. Leander de Murcia super sex. cap. Reg. Seraph. quæst. 20. non fuisse revocata vivæ vocis oracula concedentia Regularibus privilegia: quæ opinio hic non condemnatur loquendo de privilegijs concessis vivæ vocis oraculo, & à Concilio expressè non revocatis: uti affirmat P Torrecilla super hanc propos. 36. num. 5. & 6. sed sic est, quod privilegium, de quo loquimur, non sit expressè à Concilio revocatum: ergo dato etiam, quod fuerit vivæ vocis oraculo concessum, non condemnatur in hoc decreto Alexandri VII. quod Regulares possint eo uti.

## PROPOSITIO XXXVII.

Damnata.

*Indulgencie concessæ Regularibus, & revocatae à Paulo V. hodie sunt revalidatae.*

231. PRO majori hujus questionis intelligentia aliqua ad hanc Indulgentiarum materiam pertinentia apponam, & suppono primò, in peccato duo adinveniri: unum est macula per quam anima coram Deo deturpatur, alterum est reatus poenæ debita propter culpam, ut explicui in meis Confer. part. 1. tract. 1. sect. ultim. §. 1. u. 1. macula tollitur per Sacramentum poenitentiae; reatus poenæ per bona opera, ac Indulgentias condonatur.

232. Suppono secundò, quod Indulgentia sit gratia, qua certo aliquo opere injuncto, pena temporalis pro peccato debita remittitur: vel sic destinari potest: est pena temporalis pro peccatis actualibus remissis debita relaxatio, de thesauro communis Ecclesiæ, ab eo, qui potestatem habet: ita ut de thesauro Ecclesiæ, qui componitur ex meritis Iesu Christi, Mariæ Sanctissimæ Domini nostræ, & aliorum Sanctorum, Divina sua Majestas reliquerit potestatem Summo Pontifici distribuendi Indulgentias, per quas penæ debitæ peccatis, quo ad culpam condonatis relaxarentur.

233. Suppono tertio, per Indulgentiam non remitti peccatum quo ad culpam, neque quo ad penam æternam, sed temporalem, quæ post remissionem culpam, aut in hoc Mundo, aut in Purgatorio luenda erat, nec remitti penam, antequam sit remissa culpa.

Sup-

Suppo  
Indulge  
auctorit  
aliquam  
ac Indul  
tionataru  
quod Jnd  
gia, etia  
& illicite  
muniour t  
solum ef  
validam.  
duba, L  
laus par  
punct. 7.  
234. I  
gentiam  
plenaria  
leu parti  
tius poen  
hac ver  
luntatem  
concessio  
patet, q  
ialis, se  
plenaria  
ponitur  
est parti  
quando  
aliquot c  
quadrag  
Indulgen  
partem  
tam pec  
nificantur  
qua pre  
tis debit  
gentia v  
reatum

Suppono Quartō, ad valorem Indulgenciarum præter legitimam auctoritatem ulterius requiri justā aliquam, & rationabilem causam, ac Indulgencie concessæ proportionatam; & quamvis aliqui dicant, quod Indulgencie concessa ex causa pia, etiam ipsi non proportionata, & illicite concessa, sit valida; communior tamen opinio affirmat non solum esse illicitam, sed etiam invalidam. Sic cum Caetano, Corduba, Layman, & alijs tradit Palauis part. 4. tract. 25. disp. unic. punct. 7. num. 3.

234. Suppono Quintō, Indulgenciam aliam esse totalem, seu plenariam, aliam non plenariam, seu partiale, illa est remissiua totius poenæ pro peccatis debitæ, hac verò partis tantum juxta voluntatem concedentis in forma concessionis expressam, ex quo patet, quomodo Indulgencie partialis, seu non plenaria differat à plenaria, & totali, quando enim ponitur aliqua conditio restrictiva est partialis, & non plenaria; ut quando conceduntur Indulgencie aliquot dierum, vel annorum, vel quadragenarum, similiter quando Indulgencie condonat aliquam partem: v. g. tertiam, aut Quartam peccatorum, nihil aliud significatur, nisi remitti poenitentiam, que pro tanta parte poenæ peccatis debitæ expianda fuisset. Indulgencie verò plenaria totum poenæ reatum tollit, qui post culpam re-

missam remansit: unde quando Pontifex in forma concessionis Indulgenciam plenariam exprimit, vel Indulgenciam omnium peccatorum, eō ipso plenaria intelligitur, quia cadere censetur supra poenas omnes ex condonatis peccatis relictas: Indulgencie potest etiam dividiri in Personalem, Realem, & Localem, Indulgencie Personalis dicitur illa, quæ directe conceditur personæ, aut individuæ, & particulari, aut communi, & Generali, ut toti Religioni, vel Communilitati, idque vel in perpetuum, vel ad tempus; & quando Indulgencie indefinitè conceditur personis, non exprimendo certum genus personarum ad omnes, & singulos extendi censeri debet tam seculares, quam Regulares: Localis Indulgencie est, quæ alicui pio loco conceditur ad ejus devotionem augendam, in ordine ad personas in tali loco orantes, vel aliquod pius opus exercentes; ut patet de Indulgencij Romæ Ecclesijs principaliibus concessis: Realis est ea, quæ conceditur Granis, Numismatis, Imaginibus, Agnus Dei, Rosarijs &c. unde hæc Indulgencie ferè coincidit cum locali, & solum differt ab ea, quod hæc conceditur alicui mobili rei in ordine ad omnes, ut sunt imagines, numismata, & similia.

235. Suppono sextō, ad aquirendam Indulgenciam aliquas conditiones requiri: Prima est, ut per-

sona, quæ eam lucrari intendit, præstet opera à tali Indulgentia iuncta: v. g. eleemosynam, Orationem, jejunium: Secunda, ut sit in gratia, saltem dum ultimum ad Indulgentiam requisitum adimpleretur: tertia, ut habeat intentione virtualem, vel habitualem (ut inquit Lumbier *tom. 2. num. 804*) lucrandi Indulgentiam: quare ne perdantur aliquæ Indulgentiae concessæ operibus, quæ frequenter præstantur, consultum est, manè formare intentionem generalem sibi, & animabus Purgatorij lucrificiendi omnes Indulgentias, concessas operibus ea die præstandis.

236. Suppono septimò, Indulgentias posse per modum suffragij applicari pro animabus Purgatorij, quando Pontifex cum hac facultate eas concedit, secus verò, non posse applicari. Ita Diana cum alijs *part. 10. tract. 16. resol. 12.* Indulgentiae autem applicatae per modum suffragij pro defunctis possunt ijs prodeesse, licet persona eas applicans peccato mortali sit obnoxia: ita Toletus *lib. 6. cap. 26.* & cum Suarez, Layman, & alijs Castro Palaus *part. 4. tract. 14. disp. unic. punct. 10. num 10.* Nec ad hoc, ut Indulgentia proposit defuncto, requiritur, ut ei applicetur satisfactio operis quo aquiritur v. g. jejunij, eleemosynæ, orationis, aut Confessionis: sed quando Indulgentia conceditur defuncto cù conditione, ut pro eo offeratur

Sacrificium Missæ, tunc erit necessarium applicare pro eo non solum Indulgentiam, sed etiam fructum Sacrificij Palaus *ibidem num. 9.*

237. Suppono octavo, quando in concessione Indulgentiae dicimus eam concedi *contritis, & confessis,* necessariam esse Confessionem Sacramentalem pro ea lucranda, sed quando hoc non exprimitur, sufficit, ut persona sit in gratia per contritionem, licet non confiteatur: ita Bassaeus *Verbo Indulgentia 2. n. 2.* & licet in Concessione Indulgentiae præcipiatur Confessio, istamen, qui peccati lethalis macula non est infectus, non tenetur ad eam consequendam confiteri; ita cum Suarez, Reginaldo, Filiucio, Bonacina, & alijs pluribus Leander de Sacram. *part. 1. tract. 5. disp. 24. quaest. 76.* si verò expresso præcipiatur Communio, communicare opus est, etiam si poenitentia peccati lethalis macula non sit infectus.

238. Suppono nono, de jure Divino solum Summum Pontificem habere facultatem concedendi Indulgentias per totam Ecclesiam, Episcopos verò hujusmodi facultatem de jure Divino non habere, quamvis de jure humano ordinario possint 40. dies Indulgentias concedere, & in die dedicationis Ecclesiæ integrum annum: Videatur Leander *ubi supra quaest. 40. & quaest. 16. 17. & 18.*

Suppono decimò, Indulgentiam

tribus n  
si ad tem  
cessa, h  
si hoc lo  
struto,  
sat Indu  
illus, q  
successo  
Suppo  
Paulum  
gularibu  
unquam  
tempus  
novas co  
239.  
concessa  
V. revoc  
litate; &  
natus in  
merito,  
per revo  
quis succ  
Paulus VI  
gentias c  
est funda  
quod fuc  
dulgentia  
& a Pau  
tarunt,  
die sint t  
gentiae,  
concessi  
gentia p  
habitus,  
le, & in  
que in s  
Filgueir  
& P. Mo  
3. disp.

tribus modis cessare posse: primò, si ad tempus limitatum fuit concessa, hoc elapsò cessat: secundò, si hoc loco determinato, hoc de fructo, pariter cessat, tertio, cessat Indulgentia per revocationem illius, qui eam concessit, aut sui successoris, vel his Superioris.

Suppono Undecimò, Papam Paulum V. plures Indulgentias Regularibus concessas revocasse, vel unquam incertas, vel ob finitum tempus concessionis, alias vero novas concessisse. His suppositis.

239. Dico primò, Indulgentiae concessae Regularibus, & à Paulo V. revocatae, non sunt hodiè revalidatae, & oppositum est casus damnatus in hac propositione 37. & meritò, quia Indulgentiae cessant per revocationem concedentis, vel eius successoris: sed sic est, quod Paulus V. revocaverit aliquas Indulgentias concessas Regularibus, nec est fundamentum aliquod dicendi, quod fuerint revalidatae: ergo Indulgentiae concessae Regularibus, & à Paulo V. revocatae jam expirarunt, nec potest dici, quod hodie sint revalidatae. Porrò Indulgentiae, quas de novo Paulus V. concessit Regularibus sunt. Indulgentia plenaria in die susceptionis habitus, Professionis, primæ Misericordie, & in articulo mortis, cæteraque in suo Decreto contentas, ut Filgueira in Cens. Pontif. pag. 252. & P. Moya tom. 2. selectar. ad tract. 3. diss. 4. quæst. 8. n. 4. & seq.

240. Dico secundò, hæc condemnatio non loquitur de Indulgentijs Regularium Confraternitatis concessis, nec hæ sunt à Paulo V. revocatae; unde quilibet Religiosus, quamprimum in Confraternitatem adscribitur, potest lucrari Indulgentias tam sui Ordinis, quam aliorum, est enim requisitum ad istud Indulgentiarum lucrum omnino necessarium in librum Confraternitatis referre nomen, aliaque opera necessaria à Pontificibus præscripta completere: neque loquitur de Indulgentijs in Ecclesia Dei, Fidelibus generaliter concessis, quarum etiam potest lucrum facere quilibet Regularis diligenter adhibitus: sic Lumbier tom. 2. num. 801. & 803. Torrecilla super hanc propos. num. 2. & 4. minus de Indulgentijs, quas Regulares habent sibi concessas, & sibi lucrandas, & quas possunt pro alijs, ut pro Parentibus, & animabus Purgatorij lucrari, vel quas possunt ipsi secularibus concedere: Lumbier ibi num. 802. Torrecilla ibid. num. 3. ratio est, quia in condemnatione sermo est tantum de concessis specialiter Regularibus; in nostra autem Conclusione de concessis eorum Confratribus Fidelibus, & alijs personis: ergo &c.

Pro plena hujus revocationis Indulgentiarum intelligentia, operæ pretium duxi hic referre Decretū Sacrae Congregationis Romæ 7. Martij 1678. emanatum, in quo

nullæ, & invalidæ declarantur plures Indulgenciarum typis datæ, quod Decretum refert P. Lumbier tom. 2. frag. num. 676. pag. 741. & P. Franciscus Diaz in speculo Seraph. part. 1. cap. 3. docum. II. & est temporis sequentis.

### Decretum.

#### *De aliquibus Apocryphis Indulgencij.*

141. Delatae saepius fuere ad sacram Congregationem Indulgenciarum quædam confictæ, & omnino falsæ, quæ per diversas Orbis Christiani partes circumferuntur; aliæ verò examinandæ, quæ adhibito studio inventæ sunt vel Apocryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocatae, vel nullæ, quod datum eis tempus præteriisset: quarum quidem plurimæ, cùm non facile cognitionem habeant Christi Fideles harum rerum minus peritos fallunt, qui spe Indulgenciarum remissionisque peccatorum Suorum consequendæ frustrantur. Quamobrem eadem Sac. Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies serpenti occurrere, animarum profectui, & Indulgenciarum dignitati consulere, plures illarum singulari diligentia colligi, & in Indicem referri curavit.

§. 1. Tales in primis sunt illæ, uti asserunt, concessæ à Joanne II. & Sixto IV. recitantibus orationem Charitatis JESU CHRISTI Domini nostri: Precor te, piissime

Domine &c. ab Urbano II. Ecclesiæ S. Mariæ, ut vulgo dici solet, Compagnolæ, & S. Victoria ab Eugenio III. Revelationi de plaga in humero JESU Christi factæ S. Bernardo, ab Innocentio III. Archiconfraternitati, & ordini Redemptionis, à Bonifacio IX. videntibus Cappellam S. Nicolai de Tolentino in ejus die festo, à Joanne XXII. osculantibus menturam plantæ pedis B. Mariæ Virginis, ab Alexandro VI. Imagini B. Mariæ, vulgo dictæ, laghetti, à Leone X. gestantibus funiculum S. Francisci, primū in Urbe imprefæ, deinde Mediolani anno 1665. (suas tamen habent, & veras confratres Archiconfraternitatis Chor. digeorum S. Francisci) recitantibus Salutationem Angelicam ad pulsum horologij, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis immaculatae in circulo depictæ, cuius peribus luna subjecta est, à Pio IV. vel Pio V. Principi Senarum; Clemente VIII. dicentibus Orationem, O magnum mysterium &c. & Ecclesiæ S. Mariæ, quam vocant, Montis Serrati, Auenione impressæ, tum aliæ pro animabus Christi fidelium defunctorum impressæ Matriti 20. Julij 1606. Paulo V. cantantibus Hymnum Te Matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem confitemur &c. vix die Sabbati intererint dum idem canitur, & Coronis, Rosarijs, Imaginibus, & Numismatibus, que

medallias appellant, ab eo benedictis, Federico Cardinali Borromaeo supplicante anno 1611. dū Ecclesia Romæ in honorē S. Caroli ædificatur, & ab eodē Paulō, & Gregorio XV. dicentibus, sia lodato il Sanctissimo Sacramento, laus Sanctissimo Sacramento, ab Urbano VIII. in honorem ejusdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus, celebrata Missa, dicentibus, Ave Filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filij &c. à Clemente X. recitantibus manē, meridie, ac Vesperē consuetam Antiphonam, Angelus Domini &c. & in fine, Deo gratias, & Mariæ; ac demum aliæ nonnullis Romanis Pontificibus tributæ, ut ajunt, Coronis Mysteriorum Passionis Domini nostri IESU Christi prece magni Ducis Etruriae.

§. 2. Talis indulgentia Sodalitas S. Nicolai, qua repetita quinque Oratione Dominica, salutatio ne Angelica, unam liberari animam quolibet die à purgatorijs poenis affirmant. Tales aliæ Perusij Fraternitatis Sanctorum Sebastiani, & Rochi, & Romæ Societatis S. Bernardi ad columnam Traiani: Tales demum aliæ cruce-signatorum S. Eustorgij Mediolani, Arimini, & Bononiae.

§. 3. Ejus generis sunt, & illæ concessæ, ut ajunt Capellæ Rosarij in Ecclesia S. Antonij de Rovigo, seu Rodigij, vel Ecclesiæ Sanctissima Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni die festo Inven-

tionis Sanctissimæ Crucis, vel gestantibus funiculum S. Francisci de Paula, vel celebrantibus Missas S. Augustini, aut alias quinque in honorem quinque festivitatū B. V. vel recitantibus Officium S. Francisci Romanæ aut Antiphonam, O Passio magna &c. in memoriam Passionis Jesu, aut Rosarium S. Annæ (quod Congregatio Sacrorum Rituum, non probat) aut Orationem, quæ impressa cum imagine S. Annæ circumferri solet, Ave gratia plena, &c. (quæ oratio prohibetur) aut Officium Conceptiōnis B. V. immaculatæ, quod asservant à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem, Deus, qui nobis in S. Syndone &c. (excipitur indulgentia centum dierum anno 1671. concessa precibus Ducissæ Sabaudiae ad annos 15. cunctis in illius ditione degentibus) aut aliam, Ave filia DEI, &c. post communionem recitandam, vel aliquo conspicuo signo venerantibus Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti nomen, Indulgenciæ rursus octoginta millennium annorum veteri de Tabula exscriptæ, quam in Basilica Lateranensi asservari affirmant, pro dicentibus orationem illam verè piam, Deus qui pro redemptione Mundi, &c. tuim quæ impressæ fuerunt Papiæ anno 1670. sub hoc titulo, Sommario delle Indulgenze concesse dalla Santità di Nostro Sign. Papa Leone X. all' imagine della Concezione della Gloriosa Ver.

## 432 Tract. XVII. Explie. Prop. dam. ab Alex. VII.

Vergine MARIA, vel Pisauri sub nomine B. Joannæ. anno 1608. evulgatæ, vel Barlettæ, seu Baruli à recitantibus quasdam, non sanè malas Orationes, lucrandas; vel Parvæ à visitantibus per Quadragesimæ dies Ecclesiæ Tertiæ Ordinis S. Francisci, vel Pistorij, & Vastellæ à recitantibus Orationem, Ave Sanctiss. MARIA, Mater DEI, Regina Cœli, &c. Et alia in peculiari impresso libro descriptæ, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

§. 4. His annumerandæ sunt, quæ Crucibus Caravacensis tributæ dicuntur, vel Coronæ, sive stellario Conceptionis Virginis immaculatae, quod ex duodecim globulis precarijs constat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloysiae ab Ascensione Hispanæ Monialis Ordinis S. Claræ, vel mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini nostri, vel Imagini, aut mensuræ vulneris lateri ejus inficti; vel Orationi, ut ajunt, in sepulchro Domini nostri repertæ; & Indulgentia, ut ajunt, innixæ revelationi factæ Sanctis Birgittæ, Mechtildi, & Elisabeth, vel B. Joannæ de Cruce, & concessæ, ut afferunt granis, quæ aliquod ex tribus granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Ministrum Generalem Fratrum Minorum Observantiaæ S. Francisci.

§. 5. Omnes verò, & singulas jam dictas Indulgentias sacra Con-

gregatio partim esse confitit, & planè falsas declarat, partim a cryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini suffragari possunt, eaque in futurum ullo in loco, ut veras publicari, & lucrandas Chilli Fidelibus proponi vetat; Foliisque, & Libros, ubi sic proponuntur, seu afferuntur, omnino præcipit ab Ieri, nisi prædictæ Indulgentie fuerint diligenter expunctæ; nec id tamen vult, alias, quas hoc Decretum non continet, pro veris, & legitimis, tacite probatis haberi.

§. 6. Ac demum omnes Indulgéncias concessas ante Decretum Clementis VIII. latum die 9. Januarij 1597. Coronis, Rosarijs, Granis, seu calculis, Crucibus, & imaginibus sacris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit Romanus Pontifex, &c. editum 23. Maii anno 1606. personis Regularibus quorumcumque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115. Clementis VIII. cuius initium, Quacunque, &c. Et 68. Pauli V. incipientem, quæ salubriter &c. habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societatis etiam JESU, Capitulo, vel Coetu quounque vel ab eorum officialibus, superioribus, aliisque personis, vel persona, etiam earum, vel ejus mentio specialis, & individua facienda esset, nisi fuerint deinde Romani Pontificis au-

thoritate, nulliusque pariter

§. 7. Pe  
tiarum p  
strinæ C  
tabus Sa  
Redempti  
nis DEI, R  
cede, & R  
B. MARIE  
durae S. A  
nisi ab ea  
cognita, n

§. 8. & 9.  
tionum Ul  
tificibus si  
cio, vel c  
communi  
quibus loo  
fonis, dieb  
Missali Ro  
ri posse o  
dumtaxat  
gentiam i  
visitantib  
pium opus

De quib  
Secretariu  
cuncta San  
inviolatè f

Datum l

Alo

Michael A

thoritate innovatæ, aut confirmata, nullius esse roboris, & momenti pariter declarat.

§. 7. Porro Summaria Indulgentiarum pro congregationibus Doctrinæ Christianæ, & Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis captivorum, Nomini DEI, Rosarij, B. MARIE de Mercede, & Redemptionis captivorū, B. MARIE de Monte carmelo, cunctarū S. Augustini, & S. Monicæ, nisi ab eadem congregatione recognita, non permittuntur.

§. 8. & 9. Indulgentias verò stationum Urbis, quæ à Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicatae sunt, vel communicabuntur interdum, aliquibus locis, Ordinibus, aut personis, diebus tantum stationum in Missali Romano descriptis suffragari posse declarat: semel autem dumtaxat in plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud opus peragentibus lucrifieri.

De quibus relatione facta per Secretarium, ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolatè servari jussit.

Datum Romæ die 7. Martij 1678.

Aloysius Card. Homodeus.

Loco + Sigilli

Michael Angelus Riccius, Secretar.

242. Hoc Decretum declarat, & exponit funditus P. Diaz *in spec. Seraph. ubi supra num. 10. & seq.* & P. Lumbier explicat alias clausulas *num. 985. & seq.* ego pariter ad evitandam prolixitatem solum de nonnullis, quæ adhuc aliquam difficultatem patiuntur differam, & adverto primò: quod licet declarantur apocryphæ, aut confictæ Indulgentiæ, quæ dicebantur concessæ aliquibus Orationibus, granis, Numismatibus, aut Crucibus, non propterea prohibeantur dictæ Cruces, Numismata, Rosaria, aut Orationes; exceptis his duabus relatis in §. 3. & sunt: O Passio magna, & Ave gratia plena &c. ( primam non approbat, secundam prohibet Sacra Congregatio ) cæteræ omnes Orationes meritorie recitari possunt: v. g. Oratio Sanctæ Syndonis, &c. Advero secundò, non nullas ex indulgentijs relatis in Decreto declarari confictas, & apocryphas, eò quia nulla inventa fuit concessio Pontificis, quem eas concessisse asserebant; attamen si verificaretur alium Pontificem ( non nominatum à Decreto ) eas concessisse, aut datum eis tempus non præterisse, non forent revocatae, aut nullæ vi hujus Decreti Sacrae Congregationis.

243. Circa §. 8. aliqua difficultas oriri potest, utrum declaretur, quod per privilegium Bullæ Sanctæ Cruciatæ, non lucrifiant omnibus diebus, visitando quinque Al-

434 Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.

taria, Indulgentiae stationum Romæ, vel an solum possint lucrificari ijs diebus, in quibus in Missali Romano dicitur Romæ esse dictas stationes? Pro cujus explicatione notandum primò, in Bulla Cruciatæ inveniri clausulam tenoris sequentis: „Item concedit ijs, qui diebus quadragesimæ, & alijs diebus anni, in quibus sunt stationes Romæ, visitabunt quinque Ecclesiæ, aut quinque Altaria; & si non essent quinque Ecclesiæ, aut quinque Altaria, quinque unam Ecclesiæ, aut unum Altare, pro supradicta unione, & victoria Devotæ ibique preces fuderint, ut omnes Indulgentias lucrentur, quas lucrantur, & conse- quuntur ij, qui personaliter visitant Ecclesiæ Urbis Romanæ, & extramuros ipsius, & eo modo, quo eas lucrarentur, si persona- liter dictas Ecclesiæ visitarent: Notandum secundò, Indulgentiam stationum Romæ esse plenariam: ita cum Lopez, Rodriguez, & alijs, quos citat, & probat Mendo in Bul. disp. 20. cap. 1. num. 2. Notandum tertio, omnibus diebus anni esse stationes Romæ, ut constat ex verbis, quæ in fine Bullæ jussit imprimi Commissarius Cruciatæ, & sunt sequentia: „& omnibus alijs diebus anni lucrifiunt Indulgentiae, quæ sunt in Urbe Roma, cum in hac quotidie sint stationes: Et quantumlibet certum non sit, quod Indulgentia sta-

tionum exceptis diebus signatis in Missali, sit plenaria; multi tamen graves Authores sentiunt, quotidie esse Indulgentiam plenariam concessam stationibus Romæ; ut videri potest in P. Moya in *saint lect. tom. 2. ad tract. 3. disp. 4. quæd. 9. num. 2.* Hoc supposito arbitror, in dicto §. 8. non declarari, quod virtute Bullæ nequeant lucrificari quotidie stationes Romæ, & probatur; quia in Bulla conceditur, quod quandocunque erunt stationes Romæ, obtineantur, visitando quinque Altaria, Indulgentia dictarum stationum, ut constat ex relatis verbis Bullæ: sed sic est, quod omnibus diebus anni sint stationes Romæ, ut constat ex clausula noviter posita in fine Bullæ: ergo omnibus diebus anni visitando quinque Altaria, Indulgentiae stationum Romæ obtaintentur: & cum gravissimi Authores opinentur, quod omnibus diebus anni Indulgentia plenaria concessa sit stationibus Romæ: sequitur, quod quotidie possit lucrificari Indulgentia plenaria virtute Bullæ visitando quinque Altaria: Hæc doctrina Confessarios multum sublevare potest, ne graves poenitentias habentibus Bullam imponere obligentur, sed tantum visitationem quinque Altarium. Videantur supradicta. I. part. tract. 9. cap. 4. num. 37. pag. 333.

Verba Decreti adducta §. 8. non loquuntur de privilegio Bullæ, nec de suis I<sup>st</sup>um, sed et, quia natum fu Commis in fine apponere dictum D<sup>r</sup> privilegi stationum no Indulg 244. S<sup>r</sup> dum est, cessa alicu eff plena hoc Decr. n multitotis folium loq<sup>u</sup> taria: erg ad non pl Indulgentia con Suarez, Mondo in 49. ob ea um est, e distinctæ concessæ quin eadem conceder S. Joannis Ecclesiæ mem, & C<sup>r</sup> ti & C. N<sup>o</sup> duas Bull fit eadem



signatis in  
tamen, quod  
plenariam  
omae; ut  
in suis  
4. quod.  
arbitror,  
ari, quod  
lucrifici  
& prob-  
nceditur,  
nt statio-  
r, visitan-  
dulgenter  
constat ex  
ed sic et  
ni sint sta-  
ex clau-  
Bullæ: ex-  
visitando  
entis sta-  
r: & cum  
pinentur  
nni Indul-  
sit statio-  
quod quo-  
dulgenter  
visitando  
e doctrina  
sublevare  
entias ha-  
iere obli-  
tationem  
antur su-  
p. 4. num.  
15. 8. non  
ulla, nec  
de

de suis Indulgentijs, quo ad pun-  
ctum, sed de alijs indultis: & ratio-  
ct, quia dictum Decretum ema-  
natum fuit anno 1678. & exinde  
Commissarius Cruciatæ præcepit, ut  
in fine Bullæ clausula jam relata  
apponetur, quod non fecisset, si  
dictum Decretum declarasset, per  
privilegium Bullæ solum diebus  
stationum signatis in Missali Roma-  
no Indulgentias lucrificieri.

244. Super §. nonum adver-  
tendum est, quod si Indulgentia con-  
cessa alicui loco, aut pio operi, non  
est plenaria, non prohibeat per  
hoc Decretum, quin possit lucrifi-  
cium toties in die; quia Decretum  
solum loquitur de Indulgentia ple-  
naria: ergo non est extendendum  
ad non plenarias, cum revocatio  
Indulgentiarum sit odiosa, & ea-  
rum concessio favorabilis: ut cum  
Suarez, Sylvestro, & alijs dicit  
Mendo in Eul. disp. I. cap. 6. num.  
49. ob eandem rationem dicen-  
dum est, quod si diversis operibus  
distinctæ Indulgentiæ plenariae  
concessæ sunt, non interdicatur,  
quoniam eadem die possint accipi: v. g.  
si eadem die Indulgentia plenaria  
concederetur visitanti Ecclesiam  
S. Joannis, & alia plenaria visitanti  
Ecclesiam S. Petri, aut Confessio-  
nem, & Communionem instituen-  
ti &c. Neque prohibetur, quod  
duas Bullas in anno accipiens, pos-  
sit eadem die, visitando quinque

Altaria, duplē Indulgentiam  
plenariam aquirere: ita Lumbier  
tom. 2. num. 1012. pag. 752. ubi  
advertisit, quod licet quis habeat  
unicam Bullam, multoties tamen  
in die Altaria visitare satagat (idem  
est judicium de alijs Indulgentijs)  
ad hoc, ut si prima vice necessaria  
diligentia non fuit adhibita ad lu-  
crandam Indulgentiam, secunda,  
aut tertia vice eandem lucrari stu-  
deat; & etiam, ut saltem lucrificari  
meritum, impetratio, & satisfactio,  
qua bonum opus ex se habet, da-  
to etiam, quod Indulgentia non  
obtineatur.

Et si quis peteret, qua de causa  
multum referat eadem die saepius  
lucrari Indulgentiam plenariam?  
Respondeo ob sequentes causas  
primo, si concessio primæ indul-  
gentiæ non esset legitima juxta su-  
pradicta in hoc tract. num. 233. se-  
condo, si prima vice debitæ diligen-  
tiæ non fuissent adhibitæ ad eam  
lucrandam, defectu alicujus requi-  
siti, ut dictum est num. 235. tertio  
quia aliqui Authores tenent, quod  
possit applicari Indulgentia per  
modum suffragij pro defunctis, li-  
cet cum hac conditione concessa  
non fuerit: ut videri potest in P.  
Diaz ubi supra docum. 12. num. 4.  
prope finem, quamvis ego contra-  
rium teneam. supra in hoc tract.  
num. 236.



## PROPOSITIO XXXVIII.

Damnata.

Mandatum Tridentini factum Sacerdoti, sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.

245. Suppono primò, quod nullus sibi conscient peccati mortalitatis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, ita declarat Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 7. & in hoc casu confessio non est de jure merè humano, sed Divino; sic Azorius, Henriquez, Hurtadus, Vasquez, & alij apud Barbosam, *in eum locum Tridentini, num. 5.*

Suppono secundò, Sacerdotem ex necessitate ob inopiam Confessarij cum peccato mortali sacrificantem, posse præmisso actu Contritionis celebrare, & postmodum quam primum confiteri: ut dicit Concilium Tridentinum *loc. citato: Quod si necessitate urgente Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit quam primum confiteatur.*

246. Dico primò, mandatum Tridentini factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, prævio actu contritionis confitendi quam primum, non est consilium, sed præceptum; cuius oppositum reprobatur in hac prop. 38. nam illa verba Trident. quam

248.  
priūm confiteatur: quis dubitet, non esse consiliativa, sed præceptiva: & ad gravem culpam obligatio, cum sint in materia gravi: verumtamen licet præceptum Confessionis ad percipiendam Eucharistiam sit Divinum, probabile tamen est, illud confitendi quam primum post celebrationē in peccato mortali ex carentia copiæ Confessarij, esse tantum Ecclesiasticum; ita cum Lessio, & alijs Torrecilla in *hanc prop. num. 56.*

247. Dico secundò, non condemnatur sententia assérens, quid Sacerdos communicans velut secularis absque celebrationē cum peccato mortali, & absque copia Confessarij ex urgente necessitate non teneatur quam primum confiteri, Torrecilla *ibid. num. 44.* tum quia propositio damnata loquitur de Sacerdote celebrante; nostra autem de communicante absque celebrationē: tum quia probabile est, quod Laicus cum conscientia peccati mortalitatis, & absque copia Confessarij communicans instantे urgente necessitate, communicandi prævio actu contritionis, non teneatur quam primum confiteri ita Suarez, Vasquez, Fillucijs, Bonacina, Layman, & alij, quos citatos lequitur Leander à Sacram. part. 2. tract. de Eucharist. disp. 7. quaest. 48. ergo idem probabiliter de Sacerdote more laicorum communicante.

248. Unde infertur, non damnari assertum, quod Sacerdos defecit copiae Confessarij in peccato mortali, prævio tamen actu contritionis, in die veneris sancti fungens suo officio, & communicans, non teneatur quam primum confiteri. Ratio est, quia propositio damnata loquitur de Sacerdote sacrificante: atqui in die Veneris Sancti Sacerdos non sacrificat, præfertim in opinione afferente, quod assentia sacrificij Missæ consistat in consecratione: ergo non condemnatur assertum, quod Sacerdos in die Veneris Sancti prædicto modo communicans, non teneatur quam primum confiteri. Ego huic opinioni non adhaereo, sed contrariae, quam tenent Suarez, Villalobos, & alij, quos citat Leander à Sacram.

*ab supra quæst.* 49. Idem dico de Sacerdote perficiente Sacrificium alterius post consecrationem decumbentis, nimirum, quod supradicto modo communicans non teneatur quam primum confiteri: quamquam nec hoc teneam; quia in utroque casu non more Laici, sed Sacerdotis Eucharistiæ Sacramentum percipit.

249. Dico tertio, neque condemnatur assertum, quod Sacerdos cæpto bonâ conscientiâ sacrificio in ipsam celebrationem graviter deliquit, non teneatur confiteri quam primum. Idem dicendum de Sacerdote, qui in, vel post celebrationem alicujus peccati

mortalis meminit: sic Torrecilla in hanc propositionem num. 49. & 50. quia propositio damnata loquitur de sacrificante ex necessitate, & peccati mortalitatis sibi conscientia absque copia Confessarij, prævio actu contritionis; nostra autem conclusio loquitur de delinquente in eadem celebratione, & de celebrante nullius peccati gravis antea, sed protunc, vel postea sibi conscientia, qui casus sunt valde diversi.

250. Dico quartò, is, qui in Confessione oblitus est peccati mortalitatis, postmodum vero ante celebrationem meminit, & absque copia Confessarij celebrat ex necessitate, tenetur quam primum confiteri. idem dico de male culpabiliter confessio, ob occultationem peccati vel de absoluto indirecte a casu reservato, nempe, quod teneatur quam primum possit ad superiorem recurrere: Torrecilla ibid. n. 55. & 56. ratio est; quia in his casibus adfuit notitia peccati gravis, cuius absolutio solum indirecte fuit tradita, aut nulla fuit ob occultationem peccati: ergo Sacerdos in his casibus celebrans absque copia Confessarij, post sacrificium tenetur quam primum possit confiteri.

## PROPOSITIO XXXIX.

### Damnata.

*Illa particula quam primum intellegitur, cum Sacerdos suo tempore confiteatur.*

**251.** Hæc propositio loquitur in terminis præcedentis, quæ si dixit, quod Sacerdos ex necessitate celebrans cum peccato mortali absque copia Confessarij prævio actu contritionis, non teneatur quam primum confiteri ex præcepto, sed ex consilio: hæc ex suppositione, quod præceptum sit quam primum confitendi, dicit, hoc præceptum non obligare immediate post sacrificium, sed cum Sacerdos suo tempore confitebitur iterum celebratus, vel cum Confessionis præceptum urget, aut Communionem instituit, &c.

**252.** Dico primò, qui ex necessitate celebrat cum peccato mortali ob inopiam Confessarij præmisso actu Contritionis, teneatur post celebrationem quam primum confiteri; ita ut ly, seu sensus particulæ quam primum sit, quod talis Sacerdos statim atque celebrationem perficit, accedit ad Confessionem, si tunc commodè citra notam possit, nec expectandum esse tempus novi Sacrificij, Communionis, vel præcepti Confessionis. Hæc conclusio est certissima, ejusque opposita æquo jure est damnata tanquam improbabilis in hac propositione 39. quia si Sacerdos teneretur solum confiteri, vel cum iterum celebratus esset, vel cum Confessionis præceptum urgeret, frustraneum esset decretum Concilij, quo ad illam particulam quam primum hoc ne-

quit dici: ergo neque quod quam primum possit extendi ad tempus, in quo ob prædictas causas Sacerdos Confessionem instituere tenetur: major est certa; quia Sacerdos peccati mortalitatis sibi conscientia, de jure Divino tenetur ante celebrationem, vel Communionem, vel urgente alio præcepto confiteri: ergo si in casu, quo ob inopiam Confessarij prævio actu contritionis celebrat, teneretur solum confiteri, cum iterum celebratus est &c. Decretum Concilij frustraneum foret.

**253.** Dico secundò, etiamsi non declaretur, quantum temporis elabi debeat, à celebratione usque ad Confessionem peragendam à Sacerdote Sacrificante cum peccato mortali ob inopiam Confessarij; nec reprobetur assertum, quod per ly quam primum intellecti possit trium dierum spatum, modò antea non sit celebratus, aut non timeatur inopia Confessarij, nisi ante tres dies instituatur Confessio, ut dicit P. Torrecilla in suis Consult. tract. 2. consult. 9. num. 71. & 76. Ego tamen censeo, quod talis Sacerdos immediate post celebrationem si citra notam possit, ad confessionem accedere debet: in hujus doctrinæ favorem citat Filgueira in cens. Pontific. pag. 316. §. Hoe, Suarez, Valsquez, & Joannem Sanchez: idem sentit cum alijs Leander de Sacram. part. 2. tract. 7. diff. 7. quæst. 53. & Lumbi-

bier ton  
et; qu  
mortalit  
confiter  
post ad i  
inopiam  
cillation  
notam i  
opportu  
lecto ly  
dine pru  
borum  
judicio a  
eo possit  
non ver  
quid pr  
vocis q  
Conciliij  
254.  
tur hic  
Confess  
quando  
ut his sta  
fessione  
celebrar  
clara, &  
positioni  
solum tr  
stituenda  
inconfes  
damnati  
quo veri  
lebrandi  
fessarij:  
hic non  
255.  
non cor  
rentes pa  
ciculari

VII.  
I quin  
empus,  
Sacer  
re tene  
Sacer  
consciu  
te cele  
ionem,  
o confi  
ob ino  
tu con  
ur solum  
lebratu  
Concili  
am si non  
temporis  
ne usque  
ndam a  
n pecca  
Confel  
ertum,  
n intel  
ipatum,  
aturus,  
onfessa  
tituatu  
ecilla in  
9. num.  
censeo,  
atē post  
am pos  
dere de  
avorem  
ific. pag  
uez, &  
tit cum  
part. 2.  
x Lum  
bie

## Proposito XXXIX. Damnata.

439

bier tom. 2. fragm. num. 605. ratio  
et; quia Sacerdos cum peccato  
mortali tenebatur ante sacrificium  
confiteri: ergo pariter immediate  
post ad idem tenebitur, quando ob  
inopiam Confessarij absque recon  
ciliatione celebravit: quod si citra  
notam non possit, quam primum  
opportunitatem assequatur: intel  
lecto ly quam primum in latitu  
dine prudenti, sed limitata ad ver  
borum rigorem, & meo quidem  
judicio ad illum ipsum diem, si in  
to possit; nam longius protrahere  
non verificat confessionem fieri,  
quam primum possit, juxta vim ejus  
vocis quam primum, & mentem  
Concilij:

254. Dico tertio, non damnan  
tur hic opiniones circa inopiam  
Confessarij, & causam urgentem,  
quandonam verificantur adhoc,  
ut his instantibus absque prævia con  
fessione cum peccato mortali quis  
celebrare possit: Hæc assertio est  
clara, & perspicue ex textu pro  
positionis damnatae constat, quæ  
solum tractat de Confessione in  
tuita quænam primum possit,  
inconfessus sacrificans absque con  
demnatione aliqua circa tempus,  
quo verificatur hæc necessitas ce  
lebrandi, & circa inopiam Con  
fessarij: ergo hujusmodi opiniones  
hic non condemnantur.

255. Exhinc infertur primò, non  
condemnari opiniones asse  
rentes primò, quod in defectu par  
ticularum pro communicando gra

viter ægrotante sufficiens sit ne  
cessitas celebrandi, & consecrandi  
cum conscientia peccati mortalitatis  
ob inopiam Confessarij: secundò  
quod eadem sit necessitas celeb  
randi ad ejus tandem gravem infa  
miam, vel etiam scandalum: ter  
tiò, quando post consecrationem  
accidit mors celebrantis ad perfici  
endum Sacrificium: Quartò  
quod quando post cæptam Missam  
Sacerdos consensit in peccatum  
grave, vel hujus recordatur, modo  
eliciat actum Contritionis, abs  
que Confessione possit eam prose  
qui: Vide Bassæum Verb. Commu  
nio sacra num. 31. Quintò, quod  
Parochus diebus festivis, ne Popu  
lus Missa privetur, celebrare queat  
absque confessione ob inopiam  
Confessarij, præmisso actu contri  
tionis ad se justificandum cum  
gravi culpa obstringitur, modo  
alius Sacerdos celebratus non  
adsit, sic Palaus part. 4. tract. 21.  
diss. unic. pñct. 12. num. 7. §.  
Quarta excusatio: Quinimò licet  
alius adsit sacerdos, potest Paroc  
hus celebrare, si citra gravem no  
tam à celebratione abstinere ne  
queat.

256. Infertur secundò, non con  
demnari opinionem, juxta quam  
habens casum reservatum, & ne  
cessitas urget celebrandi, nec patet  
aditus ad superiorem, licet habeat  
copiam alterius Confessarij, potest  
celebrare absque confessione præ  
vio actu contritionis. Vide Dia  
nam

440 Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.  
nam part. 9. tract. 3. resol. 11. ego  
autem huic opinioni non adhæreo,  
quando Sacerdos celebraturus alio  
peccato gravi non reservato est  
obstrictus, etenim in hoc casu tene-  
tur confiteri, ut directè à peccato  
non reservato, & indirectè, à re-  
servato absoluatur: sin verò præter  
reservatum ab omni alio gravi esset  
immunis, licet non à venialibus,  
probabile puto in dicto casu non  
obligari ad Confessionem, præter-  
quam si pœnitens se non sufficien-  
ter, vel satis contritum esse adju-  
dicaret; tunc enim per accidens te-  
neretur confiteri: sic Leander à  
Sacram. part. 2. tract. 7. disp. 7.  
quaest. 37.

257. Infertur tertio, neque  
damnari assertum, quod tunc de-  
sit copia Confessarij, quando hic  
leuca distat, & si Sacerdos iter pe-  
destre suscipere debeat, sufficit  
minor distantia, præsertim si fati-  
gatio contingere posset, vel ratio-  
ne aeris, ut caloris nimij, pluvia-  
rum, tempestatum: vel ratione  
itineris prærupi montosi, ac luto  
valde oblitæ; sin verò equitando  
possit iter facere, distantia unius  
leucae non eximit ab onere quæ-  
rendi Confessarium, præterquam  
si extraordinarius rigor aeris, &  
virium tenuitas tali itineri persol-  
vendo obessent: ut in casu simili  
dixi de præcepto audiendi Missam  
I. part. hujus Praxis tract. 4. cap. I.  
num. 6. in 3. & 4. edit. adiunct; &  
in hoc edit tract. 3. cap. I. num. 6.

pag. 64. videatur Coninch de Sac-  
ram. quaest. 80. art. 4. num. 27.  
quo ad hunc casum alias similes,  
in quibus censetur Sacerdos non  
habere copiam Confessarij afferat  
Philibertus, eosque refert Leander  
loco cit. quaest. 43.

## PROPOSITIO XL

Damnata.

Est probabilis opinio, quæ dicit  
tantum veniale osculum habitu-  
ob delectationem carnalem, & Sen-  
sibilem, quæ ex osculo oritur, se-  
lusq; periculo confessus ulteriori  
& pollutionis.

258. Suppono primò, oscula  
amplexus, & tactus se-  
cundum speciem suam non esse  
peccata mortalia, ut docet An-  
gelicus Doctor 2. 2. quaest. 154. art.  
4. in corpore, his verbis: aliqui  
dicitur esse peccatum mortale dupli-  
citer, uno modo secundum speciem  
suam; & hoc modo osculum, am-  
plexus, vel tactus, secundum suam  
rationem non nominant peccatum  
mortale. quia si haec secundum suam  
speciem, naturam, & rationem  
intrinsecam essent peccata mor-  
talia, nunquam essent licita: atque  
interdum sunt licita, ut postea dic-  
cam: ergo oscula, amplexus, &  
tactus secundum suam speciem  
naturam, & rationem intrinsecam  
non sunt peccata mortalia.

Suppono secundò, hujusmodi  
tactus posse tribus modis conside-  
rari; aliqui enim sunt venerati, ali-  
quæ sententiales  
trivii: V  
bentur i  
in alia pa  
rituum g  
sentuale  
non exer  
das, sed  
predicato  
qua tame  
principiu  
Sensitivi  
in particu  
ab que co  
tione init  
delectatio  
materiali  
rei Suavis  
259. S  
atus, osc  
elle duob  
mo ex fi  
fine operis  
deu vene  
tur cum i  
tionis, au  
er fine op  
do licet n  
tione cop  
rofice dele  
men in p  
alij, cum  
tione spin  
servientiu  
fine opera  
mortalia a  
ris; Tact  
sum ordin  
evecisa r  
uantur :

senſuales, ſeu carnales, & alij ſenſitivi: Venerei ſunt illi, qui ha-  
bentur in partibus pudendis, aut  
in alia parte cum commotione ſpi-  
rituum generationi ſubſervientium  
Senſuales, ſeu carnales ſunt, qui  
non exercentur circa partes veren-  
das, ſed alias abſque commotione  
predictorum ſpirituum, cum ali-  
qua tamen delectatione, quæ ſit  
principium dictæ commotionis:  
Senſitivi ſunt, qui non habentur  
in partibus pudendis, ſed in alijs,  
abſque commotione, aut delecta-  
tione initiativa &c. ſed ſolum cum  
delectatione, quæ resultat ex tactu  
materiali, prout resultaret ex tactu  
rei Suavis. v. g. hoſerici &c.

259. Suppono tertio, quod ta-  
ctus, oscula, & amplexus poſſint  
eſſe duobus modis libidinosi, pri-  
mo ex fine operantis, ſecundò, ex  
fine operis. Ex fine operantis libidinosi,  
tua venerei ſunt, quando ha-  
bent cum intentione copulae, pollu-  
tionis, aut delectationis morosæ :  
Ex fine operis venerei erunt, qua-  
ndo licet non habeantur cum inten-  
tione copulae, pollutionis, aut mo-  
roſae delectationis, habentur ta-  
men in partibus pudendis, aut in  
alijs, cum alteratione, & commo-  
tione ſpirituum generationi Sub-  
ſervientium. Tactus venerei ex  
fine operantis ſemper ſunt peccata  
mortalia, praeterquam in conjugati-  
onis; Tactus venerei ex fine operis  
ſunt ordinariè peccata mortalia niſi  
reuecifa neceſſitas excuſet, & ha-  
bentur abſque conſensu in dele-

ctionem inde reſtantem: v. g.  
Chirurgus exercens hujusmodi ta-  
ctus ad ſanandum infirmum abſ-  
que prædicto conſensu non peccat.

260. Suppono Quartò, nun-  
quam licitum eſſe procurare pol-  
lutionem tanquam intrinſecè ma-  
lam; quamvis multoties licitum ſit  
permiſſivè ſe habere ad illam, idest  
eam non impedire, nec auferre  
cauſas indifferentes, ſeu per acci-  
dens, ex quibus reſultat, ſecluso  
periculo conſentiendi delectationi  
venereæ, Quomodo, & quando  
hoc liceat, fuſe explicui *in meis*  
*Confer. part. I. tract. 2. ſext. I. de*  
*voluntario. §. 3. num. 21. & seqs.*  
quod dixi de pollutione, idem di-  
co de ejus periculo.

261. Dico primò, Osculum ha-  
bitum ob ſolam delectationem  
carnalem, & ſenſibilem, quæ ex  
osculo oritur, ſecluso periculo  
conſensus ulterioris, & pollutio-  
nis, eſt peccatum mortale, & con-  
trarium damnatur tanquam im-  
probabile, practicè falſum, & ſcan-  
dalofuſum, adeoque indubium te-  
nendum eſt, tale osculum gravem  
culpam ſapere, non tantum in  
agente, ſed etiam in paſſo ob ean-  
dem delectationem carnalem, &  
ſenſibilem; ratio eſt; quia hujus-  
modi oscula ordinantur ad copu-  
lā: atqui hoc eſt peccatum mor-  
tale: ergo pariter osculum datum  
aut receptum ob delectationem  
ſenſibilem, & carnalem, ſecluso  
etiam periculo conſensus ulterio-  
ris, & pollutionis.

262. Dico secundò, quamvis hæc propositio non loquatur formaliter, & explicitè de amplexibus, & tactibus, sed solum de osculo; certum tamen est, quod amplexus, & tactus habitus ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex ijs oritur, secluso etiā periculo consensus anterioris, & delectationis, sint peccata mortalia: Probatur, quia de hujusmodi amplexibus, & tactibus verificatur eadératio formalis, ac in osculis, nempe, quod ordinetur ad copulam: ergo si oscula habita ob delectationem carnalem, & sensibilem, sunt peccata mortalia, secluso, etiam periculo anterioris consensus, idem erit de tactibus, & amplexibus habitis ob similem delectationem: hinc sequitur fore grave peccatum contrectare brachium foeminæ, calcare pedem, obstringere manum, aut digitos, si hæc, & similia fiant ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex illis oritur, secluso etiam periculo anterioris consensus.

263. Unde infertur saltus, seu choreas, in quibus manus viroru, & mulierum conjunctæ sunt, moraliter loquendo, impossibile esse, quod absque mortali exerceantur; quia moraliter loquendo, impossibile est, quod in hujusmodi tactibus aliqua saltem delectatio carnis, & sensibilis absit: sed sic est, quod tactus, in quibus adebet delectatio carnis, & sensibilis sint peccata mortalia, secluso etiam peri-

culo anterioris consensus: ergo saltus, seu choreæ, in quibus manus virorum, & foeminarum sunt conjunctæ, moraliter loquendo, impossibile est, quod absque mortali peccato exerceantur. Quare universaliter quævis species saltus, seu choreæ inter viros, & foeminas valde periculosa, & ut talis à Sanctis reprobata, & à Demonibus approbata: *Quis talia Christianum docuit* (exclamat S. Ephrem apud March. lib. 3. Hort. Pastor. trad. in fine) *Non Petrus, non Joannes, non aliis Divino Numinis afflato* verum ille *Draco antiquus suis voluntatis minibus docuit*: Diabolus eos introduxit, docuit, & fovet; quia in his detestabilibus voluptatibus est ipsius centrum, & lucrum, ajetur. S. Augustinus apud Pebart. serm. 46. Dom. quinq. Chorea est quidam circulus, cuius centrum est Diabolus.

264. Dico tertio, non damnatur Sententia afferens, quod oscula habita non ob delectationem carnalem, & sensualem, sed ob delectationem merè sensituum non sint lethalia peccata: v. g. Matres, aut nutrices in iterante osculatione puerorum, non peccant ob delectationem sensitivam, quæ exinde oritur: ita Lumbier tom. 2. num. 808. idem Sentit et Moya Torrecilla super hanc propria 40. num. 6. & 7. ratio est, quod propositio damnata loquitur de delectatione carnali, & sensitiva, quæ idem est ac sensualis; atque nostra

nostra conclusio non de hac , sed de merè Sensitiva , quæ consistit in proportione objecti suavis , & molis cum sensu tactus , velut ea , quæ oritur ex tactu alicujus holoserici , nam sicut sensus tactus potest in suavitate cuiusdam holoserici deleteri , ita pariter poterunt labia in generum mollitie sine ullo motu libidinosi ne vestigio quidem , non tunc ac si lapidem contingenter : ergo non damnatur Sententia afferens , non esse peccata mortalia oscula habita non ob delectationem carnalem , & Sensualem , sed ob sensitivam tantum .

265. Dico Quartò , neque damnatur Sententia afferens , osculum habitum ob benevolentiam , aut per modum salutationis juxta styrum , & morem Patriæ , non esse peccatum mortale : Torrecilla loc. cit. num. 3. & probatur , quia propositio damnata loquitur de osculo habito ob delectationem carnalem : nostra autem de eo , quod habetur ex amicitia , benevolencia , & salutatione juxta stylum Patris ; & quamvis ex hujusmodi osculis honestis oriatur aliqua commotio inordinata sensualitatis , non propterea erit peccatum mortale , modo voluntas tales commotiones frenare satagat , nec subsit periculum consensus : ita cum Sanchez in 6. Decalog. lib. 6. cap. 1. dub. 12. num. 2. ubi advertit cum Navorro , Lessio , Cajetano , & alijs in hujusmodi osculis cavendum

esse à scandalo , nec decere personas Ecclesiasticas , & Religiosas ea habere cum sœminis etiam aliquantum consanguineis .

266. Hinc est , quod licet videatur , hanc condemnationem non loqui de osculis , & amplexibus , quos habent inter se sponsi de futuro ad conciliandum , & conservandum mutuum affectum , ut cū Moya affirmat Torrecilla ubi *supra num.* 13. tenendum tamen est , haud licere dictis sponsis de futuro oscula , amplexus , & tactus : Sie Lessius lib. 4. de justit. & iure cap. 3. dub. 8. num. 59. & alij : ratio est , tum quia sponsis de futuro non est licita copula : ergo nec oscula , quæ sunt ejus initium ; tum quia cum certitudine Matrimonij contrahendi per hujusmodi oscula , amplexus , & tactus , evidenti incontinentiae periculo se exponunt : ergo &c.

267. Dico Quintò , licet hæc propositio damnata non loquatur de aspectibus turpibus , dicendum est tamen , quod aspectus rerum turpium , & obscenarum sit grave peccatum , si animo libidinoso fiat , vel ob delectationem carnalem , & sensualem ; sin verò aspectus non essent multum obsceni , aut turpes , nec cum periculo commotionis venereæ , aut libidinosi consensus , sed ex curiositate , venialem culpam non excederent : ratio constat ex supradictis . Hinc sequitur graviter peccare virum

partes pudendas fœminæ, aut ijs proximas aspicientem, vel econtra; quia similes aspectus sunt ex se valde indecentes, & ad Venerem provocativi: aspicere autem facié, aut manus alicujus fœminæ ex curiositate, levitate, vel naturali delectatione, secluso periculo delectationis, aut venerei consensus, non est mortale peccatum: videatur Trullench *ubi supra num. 14.*  
*& 15. per tot.* quod etiam non erit secluso eodem periculo, si persona ex curiositate, & levitate, aspiciat verenda propria: & idem sustineri potest, si vir viri natantis pudenda leviter ex curiositate tantum aspiciat, citra periculum aliud lascivi consensus, aut sensualis delectationis. *Trullench* eodem num. 15. *vide etiam Bas-*  
*suum Verb.* impudicitia, num., 14. Hinc tangens sua pudenda, si ob delectationem, peccat graviter, si leviter ex curiositate citra aliud periculum, venialiter: sed in his omnibus, quia periculosa nimis, cave.

268. Dico Sextò, Neque hæc propositio damnata loquitur de verbis turpibus, & quamvis verum sit, non esse gravia peccata, quando ex levitate absque alio fine, aut periculo; si tamen dicantur cum animo provocandi ad Venerem, aut libidinosum consensus, vel cum periculo complacentia in proferente, vel audiente gravem culpam attingent; quandoquidē

absolutè loquendo, talia verba sunt incentiva ad libidinem, scintillæ sensualitatis, honestorumque morum destructio: juxta dictum Apostoli 1. *ad Corinth.* 15. Corrumunt bonos mores colloquia mala, quare ejusmodi verba proferentes, sunt velut sepulchra aperta abominabilis corruptionis, fetidos vapores exhalantia; *sepulchrum patens* guttura eorum *Psalm. 5.* hisque verbis summopere quadrat dictum. S. Bernardi serm. 24. *in Cantic.* Unum illud verbum, uno in momento, multitudinis audientium, dum aures inficit, *animas interficit.*

## PROPOSITIO XL.

Damnata.

Non est obligandus Concubinarum eiendiā concubinam, si han-nimis utilis esset ad oblectamentū concubinarij, vulgo regalo, dan-desiciente illo, nimis agerè agerū vitam, & alia epula tedium magnū concubinarium afficerent, & famula nimis difficultè invenirentur

**S**uppono primò, de occasione peccandi, supradicta in Decreto Innoc. Papæ XI. condemnantia tres propositiones, nempe 61. 62. & 63. in 61. damnata fuit Sententia afferens, posse absolvī eum qui in occasione proxima peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere: in 62. Proximam occasionem non esse fugiendam, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit, & in

63. lici-

occasionem pro bono nostro, harum p. habetur 10. num. dem congentia prædro VII. 269. sionem p. attentis loquendū cedere in est occasi voluntaria tera: haec tur de c nemo ha de occasi tia, qua Damnum propositi catione, grave da binarius privaretur agere vita satione p. sermo. 270. nem pre vel absq. si prox. candi es recidit f cum per pria dor

63. licitum esse, querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi. Explicatio harum propositionum damnatarū habetur 1. part. *hujus praxe. tract.* 10. num. 281. & seq. pag. 417. easdem consule pro meliori intelligentia propositionis hic ab Alexander VII. damnatae.

269. Suppono secundò, occasionem proximam eam dici, in qua attentis circumstantijs moraliter loquendo, impossibile est, non cadere in peccatum: quare una est occasio proxima, altera remota, voluntaria una, involuntaria altera: hæc condemnatio non loquitur de occasione remota, cum nemo hanc evitare teneatur, nec de occasione proxima involunta, quam homo citra grave suum Damnum evitare nequit; idcirco propositio damnata loquitur de occasione, quæ evitari potest citra grave damnum, nempe si concubinarius ejiciendo concubinam, privaretur regalo, & hoc deficiente agrè vitam ageret: de hac ergo occasione proxima voluntaria hic est sermo.

270. Suppono tertìò, occasionem proximam posse esse simul, vel absque habitu peccandi: occasio proxima simul cum habitu peccandi est, quando homo cadit, & recidit frequenter in tale peccatu cum persona commorante in propria domo, & ex hac frequentia

tione actuum fit, & generatur in eo habitus, & facilitas peccandi: occasio proxima absque habitu est, quando homo ex sua natura adeo propensus est ad vitium, ut quamprimum conversatur cum muliere domi existente, moraliter loquendo, est in manifesto periculo peccandi.

271. Suppono Quartò, cande occasionem posse esse uni proximam, alteri verò non, cum unus sit altero imbecillior; aliqui magis, alij minus perversi, nonnulli timore Domini freti magis resistunt, alij passione ducti in tentationem, & laqueum diaboli incident.

Suppono Quintò, concubinatū rigorosè acceptum sic definiri, est frequens, & consueta fornicatio cum eadem persona domi retenta, abutendo ea tanquam uxore: & hic concubinatus vel potest esse in specie adulterij, si unus ex complicibus est conjugatus, vel incestus, si sunt consanguinei, aut simplex fornicatio, si sunt soluti, ita Trullench super Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 9. num. 1. & 2.

272. Dico primò, Concubinarius est obligandus à Confessario ad ejiciendam concubinam, licet hæc nimis utilis esset ad ejus oblectamentum vulgo regalo & licet alia famula nimis difficile inveniatur: unde Sententia contraria æquissimè in hac propositione 41. condemnatur; primo, quia oblectamentum, seu assistentia passiva

concubinarij, non est causa sufficiens, ad reddendam involuntariā occasionem proximam; secundò, quia hæc sententia erat valde scandalosa graviumque inconvenientium causa; siquidem concubinarius à concupiscentia sua illectus, abstractus, & exceccatus difficultatem potius imaginariam adstret, fastidium ab alterius, quam concubinæ manibus, cibaria sumendi: ergo ad tantam cœcitatem, & inconveniens vitandum æquisimè hæc propositio condemnatur.

273. Dico secundò Pœnitens absolvı nequit, non solum quando domi habet occasionem, verum etiam quando extrafores eam habet, sed liber patet aditus ad peccandum pro libito; ita Joannes Sanchez in *selet. disp. 10. num. 3.* & hoc intelligendum est, non tantum, quando est periculum peccandi opere consumato, verum etiam cogitatione, tactibus, & hujusmodi peccatis: quia occasio proxima dicitur, quando est morale peccandi periculum: ergo sive occasio sit intra, sive extra domum, sive patretur peccatum hujus, vel alterius speciei, parum refert ad affirmandum, quod stante hoc morali periculo peccandi Confessarius teneatur denegare absolutionem pœnitenti, donec ab ejusmodi occasione se abstrahat.

274. Unde infertur primò, non esse absolvendum primò concubi-

narium, qui retinet in domo concubinam, aut eam extra visitat sub prætextu, notæ incurrendæ eam ejiciendo, aut non visitando: secundò, concubinam, quæ non deferit occasionem, seu domum concubinarij ex eo, quia aliquam pecuniā mutuò ipsi datam recuperare, vel suum salaryum habere non poterit: tertio, Adolescentes, & puellas, cum ex frequenti ad aliquid ministerium eorum concusso in locum aliquem extra domos suas, frequentes itidem lapsus resultant, nisi quilibet eorum contritus accedat; quia nequit absolvı is, qui non habet propositum morale peccati periculum evitandi: atqui in supra dicto calu morale subest periculum peccati: ego &c. Quartò, nec absolvı potest, qui occasionem in, vel extra domum habet, sed sibi pro libito obviā, & facilem; quamvis omnino jam emendatus sit, si eodem modo, ac antea ejusdemque scandalī reus ingredi perseveret, & existimatur à Populo in concubinatu perseverare. Quintò, Nec absolvı potest moribundus, si ibi adelt concubina, talis in vicinia, aut domi reputata, quamvis unicē causā ægro ministrandi adsit; licet enim res mutatae sint, ex ejus continua ta domi retentione scandalum durat, imò & videtur in ipso persevereare quædam conditionata voluntas eam retinendi, redeundique ad vomitum, si convalesceret; ut bene inqu  
pos. tom. 2.  
275. I  
tutum in  
di, idest cu  
sit pericul  
neri eam  
Leander  
disp. 7. qua  
mulier, c  
cendam v  
ximo pec  
nisterium  
aut scandala  
si non, di  
candem  
me, pecca  
positæ sun  
deserentil  
ve earum  
beneficiu  
Leandrur  
276. D  
natio non  
involunta  
tur opinio  
involunta  
possit: ra  
damnata  
concubin  
cubinam  
eius oblec  
quod hui  
dat occasio  
propositio  
de accasio  
probatur  
ria seu ne  
gna diffi

ex. VII.  
lomo con-  
vicitat sub  
endæ eam  
rando: se  
ra non de-  
mum con-  
uam pecu-  
recuper-  
abere non  
centes, &  
nti ad ali-  
n concu-  
tra domos  
lapsus re-  
rum con-  
quit absolu-  
ropositum  
um evitan-  
o cau mo-  
ccati: ex-  
olvvi potest,  
extra do-  
libito ob-  
avis omni-  
si eodem  
que scan-  
ret, & exi-  
concubini-  
o, Nec ab-  
sibi adeit  
a, aut do-  
nicè caus-  
icè enim  
continua-  
lalum du-  
o perseve-  
ta volun-  
eundique  
ceret; ut  
bene

## Propositio XLI. Damnata.

447

bene inquit Lumbier super hanc pro-  
p. tom. 2. num. 820.

275. Infertur secundò, consti-  
tutum in occasione dubia peccan-  
di, id est cum dubio, an talis occasio  
sit periculum morale peccandi, te-  
neri eam amovere: ita cum alijs  
Leander à Sacram. part. 1. tract. 5.

diss. 7. quæst. 33. Nec absolvi potest  
mulier, quæ ob cauponam exer-  
cendam versatur in periculo pro-  
ximo peccandi, nisi hujusmodi mi-  
nisterium citra notabile damnum,  
aut scandalum deserat; idem dico  
si non dimittat famulas, quæ ob  
eandem causam occasioni proxime  
peccandi cum Hospitibus ex-  
positæ sunt, ipsiſq; famulabus non  
deserentibus Ministerium citra gra-  
ve earum damnum absolutionis  
beneficium impendi nequit: vide  
Leandrum ibidem quæst. 55.

276. Dico tertio, Hæc condem-  
natio non loquitur de occasione  
involuntaria; quare non damna-  
tur opinio, quod in occasione  
involuntaria constitutus absolvi  
possit: ratio est, quia propositio  
damnata ajebat, absolvendum esse  
concupinatum, qui non ejicit con-  
cupinam, si hæc nimis utilis est ad  
eius oblectamentum: sed sic est,  
quod hujusmodi utilitas non red-  
dat occasionem involuntariæ: ergo  
propositio damnata non loquitur  
de occasione involuntaria: minor  
probatur; quia occasio involunta-  
ria seu necessaria est, quæ sine ma-  
gna difficultate gravibusq; incon-

venientib; amoveri non potest; sed  
sic est, quod nullum grave incon-  
veniens, seu damnum sequatur  
concubinario ex sui oblectamen-  
ti privatione, ergo utilitas oble-  
ctamenti in concubinario non red-  
dit occasionem involuntariam, seu  
necessariam.

277. Hinc infertur, posse Paren-  
tem, imo teneri alere filios ex con-  
cubina, qui nec separari possunt à  
matre, neque aliâ viâ possunt vi-  
ctum querere, et si periculum ha-  
beat lapsus cum concubina: ita  
Joannes Sanchez in suis select. diss.  
10. num. 9. circa medium: sed ego  
in tali casu non video, cur concu-  
binarius per alios non possit filiis  
alimenta dicta præstare, ut scanda-  
lo locus esse minimè possit: ait, &  
bene Diana part. 5. tract. 14. resol.

109. item Chirurgus potest veren-  
da fœminæ curare cum periculo  
consensu, idem est, si aliqua fœ-  
mina inclusa sit in aliquo secreto lo-  
co, ut fit in carceribus inquisitionis,  
ad cuius sustentationem solus cu-  
stos carceris occurrit, potest Offi-  
cium exercere, et si periculum pec-  
candi habeat cum illa, si alius non  
sit, per quem cibaria ministret:  
item Filiusfamilias non tenetur  
domum Patris deserere, in qua adest  
occasio peccandi, nec mercatores,  
& scribæ ab officijs proprijs absti-  
nere, et si in illis habeant accusa-  
tionem peccandi; quia tunc non est  
illis voluntaria occasio, sed invitata  
in illam incidunt, quam cum gra-  
vi

vi detimento vitare nequaquam tenentur. Vide Palaum *part. 2. disp. 2. punct. 9. §. 3. num. 11. & 12.*

278. Hinc sequitur, quod in praedictis casibus attenta sola occasione proxima involuntaria possit poenitens absolvi, quin occasionem amoveat, nec amovere promittat, dummodo firmo, non peccandi, proposito instructus ad confessionem accedat: ratio est, quia occasio involuntaria non est culpabilis, nec peccatum: ergo quantumvis poenitens eam amovere non proponat, supposito firmo animo non peccandi, ac media ad emendationem conducentia adhibendi! absolutionis beneficio gaudere potest: Dixi, quod possit absolvi poenitens *attenta sola occasione involuntaria*; quia si huic annexus sit habitus peccandi, ratione hujus deneganda erit absolutio. ut dixi *i. part. prax. tract. 10. num. 232.*, & seq. pag. 400.

279. Dico quintò, neque condemnatur opinio afferens, quod si poenitens in occasione proxima constitutus cum extraordinario dolore, & firmissimo proposito ad confessionem accedat, possit absolvi: Lugo de *Penit. disp. 14. sect. 10. num. 151.* & cum Lugo, Layman, Navarro, Baunis, & Tamburino, idem tenet Moya in suis *select. tom. 1. tract. 3. disp. 7. q. 5. n. 8.* quia propositio damnata dicebat, quod concubinarius non sit obligandus ad ejiciendam concubinā,

si haec nimis utilis esset ad ejus oblectamentum: atqui nostra assertio ab hac valde discrepat: ergo &c.

280. Addit Lugo ibi; cum predicto dolore, & proposito, occasionem non dici amplius proximam: *ut possit absolvi poenitens*, inquit, quando habet extraordinarium dolorem, & propositum, hæc enim faciunt jam illam non esse occasionem proximam: & P. Moya polito ejusmodi dolore dicit: potest confessarius ita se habere, ac si nunquam talis poenitens de occasione proxima domi retenta se accusasset: idem docui, loquendo de habitu peccandi *i. part. hujus prax. tract. 10. num. 245. pag. 403.* his verbis quotiescumque poenitens præbet fundamentum credendi, se accedere ad confessionem cum dolore extraordinario: v. g. cum extraordinariis lacrymis, vel motus a aliquo infausto successu, vel si in aliquo se emendaverit, & adhibuerit diligentiam vincendi suam maiam consuetudinem, vel si confeatur in articulo, vel pericule mortis: in his casibus per dolorem & propositum extraordinarium interrupit consuetudinem antea habitam, & debet pro eo fieri iudicium respectu confessionum futurarum, ac si tunc inciperet consuetudo: sic sentit in similibus, loquendo de occasione proxima eruditissimus Moya *tom. 1. tract. 3. disp. 7. quæst. 5. num. 8.* cum Layman, Navarra, & aliis: item Card. Lugo

Lugo *diff. ratio est;*  
num corr.  
trarios;  
formalem  
tios; per ac  
sum. atq;  
doloris ef  
confuetud

281. H  
ib  
re relat  
io. num.  
doctissimi  
recilla refe  
in suis Con  
sult. 17. nu  
pugnat P.  
ne in suo  
quæst. 13.  
objectioni  
tract. 10. n  
adedique i  
confirmari  
mitto, cu  
thores loc  
possint, u  
num. 271.  
esse intent  
ij ad int  
fruendum  
dolorem  
sufficere,  
de intensi  
tensioni ha  
nis idem  
proxima,  
282. D  
supra me  
amstantij

ex. VII.  
ad ejus ob-  
stra affer-  
at: ergo &c.  
cum pra-  
ito, occa-  
s proximi-  
, inquit,  
narium do-  
ac enim fa-  
occasione  
oya polito  
potest con-  
si nunquam  
ne proximi-  
set: idem  
habitu pec-  
trat. 10.  
nis verbis:  
ns præbet  
i, se acce-  
um dolori  
um extra-  
l motus ad  
, vel si in  
adhibue-  
suum ma-  
el si confi-  
periculo  
dolorum  
narium in-  
antea ha-  
fieri judi-  
um futu-  
et consue-  
ibus, lo-  
proxima-  
I. trax. 3.  
um Lay-  
em Card-  
Lugo

## Propositio XLII. Damnata.

449

Lugo disp. 14. scđt. 10. num. 151.  
ratio est; quia sicut habitus virtutum corrumptuntur per actus contrarios; v. g. habitus fidei per actū formalem hæresis, sic habitus virtutis per actus contrariarum virtutum atqui actus poenitentiae, seu doloris est contrarius habitui, seu consuetudini vitiosæ: ergo &c.

281. Hoc dixi formalibus veris relatis I. part. hujus prax. tract. 10. num. 245. quam doctrinam doctissimus P. Martinus de Torrecilla refert, & me citato sequitur in suis Consult. Moral. tract. I. Consult. 17. num. 1 18. eam tamen impugnat P. Emanuel à Conceptione in suo tract. de Penit. disp. 2. que. 13. num. 206. & seq. cuius objectionibus sat respondi I. part. tract. 10. num. 247. & seq. pag. 404. adeoque noviter hanc doctrinam confirmare, ac stabilire prætermitto, cum ejus rationes, & Authors loco citato Praxis videri possint, ubi pariter animadvertis. 271. pag. 413. quanta debeat esse intensio doloris extraordinarij ad interrumpendum, seu defruendum habitum, nec quemvis dolorem extraordinarium ad id sufficere, sed requiri ita efficacem, & intensum, ut proportionetur intensioni habitus, seu consuetudinis idem dicendum de occasione proxima, proportione servata.

282. Dico sexto, quamvis in supra memoratis casibus, & circumstantijs possit absolutio imper-

tiri; quandoque tamen consultum, & necessarium est eam differre, aut denegare, vel saltem hoc ostendere juxta dicta I. part. tract. 9. cap. I. num. 17. & seq. pag. 323. ad hoc ut Poenitens advertens, se per sua peccata, & reincidentiam exponere periculo negationis absolutionis, ab iisdem abhorreat, ac pravis suis moribus frænum apponat. Hoc idem docui, loquens de habitu peccandi I. part. tract. 10. n. 272. pag. 414. & num. 273. adverti, quod si Confessarius prævideat dilationem absolutionis futuram fore magis in damnum, quam profectum Poenitentis alias ad eam recipiendam dispositi, non sit consultum eam differre, aut denegare: siquidem tunc non esset medicina, sed venenum: denique discretio Confessarij sit ea, quæ pro ratione infirmitatis, & dispositionis poenitentis congruum pro eus cura remedium applicet.

## PROPOSITIO XLII.

### Damnata.

*Licum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.*

283. Suppono primò, mutuum esse contractum, in quo dominium rei mutuatæ in mutuarium transfertur: *mutuum est, quod ex meo fit tuum.* Usuram autem esse lucrum, quod præcisè vi-

450 *Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.*  
mutui percipitur. *Usura est lucrum  
ex mutuo.*

Suppono secundò, pro eo, quod  
est de ratione intrinseca mutui non  
posse accipi lucrum, quia pro mu-  
tuó nequit accipi lucrum: ergo  
nec pro eo, quod est de ratione  
ejus intrinseca.

Suppono tertìò, rationem in-  
trinsecam mutui esse, quòd mu-  
tuans aliquamdiù se privet mutua-  
tæ pecuniā; quia mutuans rei mu-  
tuatæ dominium in mutuatarium  
transfert: ergo cum dominium in  
eum transferat necessariò mutuans  
aliquamdiù eā se privare debet.

284. Dico primò, assertum pro-  
positionis damnata fuit, quod. v.g.  
Petrus mutuans Joanni centum  
ducatos, possit aliquid ultra hos ac-  
cipere, si se obliget ad eos non re-  
petendos usque ad annum, annum  
& medium, plus minusve quod  
est falsissimum, & practicè impro-  
babile; quia obligatio, quām Pe-  
trus sibi imponit non repetendi us-  
que ad annum rem mutuatam, ni-  
hil est aliud, quām onus se privan-  
di hoc tempore re mutuata: sed  
hoconus est de intrinseca ratione  
mutui: ergo etiam obligatio non  
repetendi usque ad annum rem  
mutuatam: subsumo; atqui pro  
eo, quod est de intrinseca ratione  
mutui nequit accipi lucrum: ergo  
Petrus pro ejusmodi obligatione  
nequit illud accipere.

Dicit aliquis, verum esse, quod  
de ratione intrinseca mutui sit pri-

vatio aliquamdiù rei mutuata, non  
tamē obligatio eam non repe-  
di, seu obligatio ad hanc privatu-  
nam: ergo propter hanc obliga-  
tionem, quæ videtur *precio asti-  
bilis* poterit accipi lucrum: Re-  
spondeo, quòd non sit *precio asti-  
bilis* obligatio, quam quis sibi  
imponit ad faciendum id, quod ne-  
cessariò tenetur facere: sic v.g.  
Antonius obligatus ad solvendum  
Paulo 20. ducatos, nequit acci-  
pere lucrum pro obligatione sibi im-  
posita eos solvendi. Parochus  
tenetur prædicare suis Parochianis  
pro hac obligatione prædicandi ne-  
quit accipere lucrum: ergo cum  
mutuans, seu mutuator teneatur  
se privare mutuata pecunia, ne-  
quit aliquid exigere ultra sortem  
pro sibi imposta obligatione se pri-  
vandi, & usque ad certum tempus  
eam non repetendi.

Et si instes dicendo, quòd mu-  
tuans obligetur quidem aliquamdiù  
se privare re mutuata, non tamē  
per unum, duos, aut tres annos  
ergo ad minimum, quando se obli-  
gat ad non repetendam sortem us-  
que ad certum longum tempus  
poterit aliquid lucrum accipere.  
Respondeo, quod si ob obliga-  
tionem non repetendi usque ad cer-  
tum longum tempus rem mutu-  
tam, possit aliquid lucrum accipi  
ergo etiam ob obligationem non  
repetendi usque ad certum modi  
cū tempus possit aliquid licet mi-  
nus lucrum accipi; quemadmo-  
dum si n  
laborat;  
les slipen  
incumbit  
go si is,  
per integ-  
tere luc  
centum,  
menses p  
tres, unu  
sumo : a  
mutuata  
lucrum a  
nit accipi  
et am u  
tempus.  
285. I  
natur sem  
tione luc  
gentis, c  
rum in  
polit m  
tem acci  
bier, & E  
quos eg  
42. dam  
pag. 380  
ell; qui  
ut, licet  
ultra sor  
ad non  
ad certu  
ratione  
florum,  
damnu  
aliquid  
ergo no  
tens, q  
cessant

## *Propositio XLIII. Damnata.*

451

utuatae, non  
on repetend  
nc privatio  
anc obligat  
retio affi  
crum: Re  
t pretio affi  
am quis sibi  
id, quod ne  
e: sic v. g.  
l solvendum  
quit accip  
one sibi im  
  
Parochus  
Parochianis  
edicandi ne  
: ergo cum  
or teneatur  
ecunia, ne  
ultra sortem  
tione se pri  
cum tempus  
  
quod mutu  
aliquamdi  
non tamen  
tres annos  
ndo se obli  
sortem us  
n tempus  
n accipere  
obligatio  
que ad cer  
em mutua  
rum accip  
ionem non  
tum modi  
od licet mi  
uemadmo  
dum

Si mercenarius, qui tota die laborat, promeretur quatuor Regales stipendijs, is qui media die labori incumbit, promerabitur duos: ergo si is, qui se privat sua pecuniâ per integrum annum, posset accipere lucrum: v. g. quatuor percentum, is qui se privat per sex menses posset duo accipere, per tres, unum; & sic respectivè: subsumo: atqui pro privatione rei mutuatae, seu fortis nequit ullum lucrum accipi: ergo neque potest accipi pro ejusdem privatione etiam usque ad certum longum tempus.

285. Dico secundò, non damnatur sententia asserens, quòd ratione lucri cessantis, damni emergentis, difficultatum, & expensatum in exigendo, periculi fortis possit mutuator aliquid ultra sortem accipere: ita Torrecilla, Lumier, & Filgueira super hanc propos. quos ego sequor in explicacione 42. damnatae ab Innoc. XI. n. 161. 380. ratio nostræ conclusionis est; quia propositio damnata dicitur, licitum esse mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus: atqui nos non ratione hujus tituli, sed aliorum iustorum, quales sunt lucrum cessans, damnum emergens, &c. dicimus aliquid ultra sortem posse exigi: ergo non damnatur sententia asserens, quòd mutuator ratione lucri cessantis, damni emergentis, peri-

culi fortis possit aliquid ultra sortem exigere.

Adverto tamen hujusmodi titulos debere esse veros, & reales, cum cupiditas plurimos excœcare soleat, qui prætextu lucri cessantis, & damni emergentis, aliorumque motivorum non realium, sed apparentium suadent sibi aliquid ultra sortem exigere posse, sique permultæ usuræ committuntur. Adverto pariter lucrum ob dictos titulos acceptum debere esse, iustum, moderatum, ac damnis, expensis, periculis commensuratum. Quandoquidem non sunt laxandæ habentæ avaritiæ, quæ assimilatur siti hydropticæ, qui quantò plus bibit, tantò plus sitit, & aquam appetit; quare exæstuante hoc appetitu divitiarum in corde, facile illaqueantur animæ inter satanæ retia juxta dictum Apostoli: *Qui volunt divites fieri, incident in tentationem, & laqueum Diaboli 1. ad Timot. cap. 6.*

## *PROPOSITIO XLIII.*

Damnata.

*Annum Legatum pro anima relidum non durat, plusquam per decem annos.*

286. Suppono primò, Legatum sic definiiri: *Legatum est donatio quadam in testamento à testatore relata, & ab herede præstanda;* hocque aliud esse pium, profanum alterum: ut legatum dicatur pium, duæ conditiones requiri-

452 *Tract. XVII. Explicatio prop. dam. ab Alex. VII.*

runtur. Prima est pietas personæ, cui fit legatum: v. g. Religiosi, Sacerdotis, pauperis, & ex defectu hujus conditionis, ille non dicitur legatum pium facere, qui legat aliquid diviti, quamvis dicat se intuitu, & amore DEI hoc facere, nam deficit pietas in persona, cui fit legatum. Secunda conditio est, ut fiat causa pietatis: v. g. eleemosynæ: Profanum est, quod aut non fit personæ piæ, aut si fiat, non fit tamen causa pietatis: unde si quis leget aliquid pauperi non intuitu pietatis, non dicitur legatum pium, cum deficiat pietas in causa: quamvis adsit pietas in persona; hinc qui consanguineo pauperi aliquid legat, non præsumitur facere legatum pium, cum deficiat pietas in causa; nam præsumitur prævalere affectio sanguinis, saltem quando in legato non primò fit mentio paupertatis, secus si paupertatis primò fiat mentio, tunc enim censetur legatum pium. sic Bassæus *Verb. Legatum num. 18.*

287. Suppono secundò, quod quamvis in foro externo hæredi concedatur annus ad solvenda legata; in foro tamen interno quām primum solvenda sunt: Diana *part. 3. tract. 5. resol. 59.* si hæreditas non sufficit ad solvenda omnia legata, servandus est ordo prioritatis, & dignitatis, ita ut prius solvantur magis pia, deinde alia minus pia, tertio loco profana: vi-

deatur Valerus in differ. utriusque fori *Verb. Legatum differ. 2. n. 2.*

288. Suppono tertio, quod quamvis Sotus in 4. *dissim. 19. quest. 3. art. 2. in fine*, arbitratus fuerit animas non detineri in Purgatorio ultra decennium, alij ultra quinquennium, & alij diversimode circa hanc materiam opinati fuerint; hujusmodi tamen opiniones non subsistunt, quare concludendum, hanc rem esse nobis omnino occultam, incertumque tempus quo animæ ibi detinentur; cum aliquæ plus, aliæ minus secundum Decreta Divinæ justitiae à reatu poenæ temporalis peccatis quo ad culpam remissis debitat, purgandæ, & expiandæ sint, ac proinde juxta magis minusue copiosa Fidelium suffragia ab horrendo illo carcere tardius, vel citius egrediantur: Certum est, quod anima fruendum visione Beatifica ab omni peccati labe immunis esse beat; quia nihil coquinatum trahit in regnum celorum, ac DEO tot, & tales poenas ei effigendas, & luendas, quot fuerunt demerita, seu reatus peccatorum in tremendo suæ Justitiae Tribunali discussorum, his suppositis.

289. Dico primò, improbabili & ut practice falsa est damnatio Sententia astruens, annum legato pro anima relictum, non durans plusquam per decem annos: quandoquidem si hujus assertionis alli-

quod esset fundamentum, posset dici, quod anima tantummodo per decennium in Purgatorio detineatur, & consequenter, quod cessantibus ejus poenis, cessaret pariter suffragium, seu legatum ab ea relictum: atqui incertum est, num anima per decem, viginti, centum annos plus minusve detinenda sit: ergo nequit dici, annum legatum pro anima relictum non durare ultra decennium, tum quia etiam dato, quod anima testatoris suffragio, seu legato relictio non indigeret, hoc tamen possent aliae animae frui, & gaudere: ergo &c.

Hinc infertur, quod si testator aliquam quantitatem reliquit pro perpetua celebratione Missarum, non solum primarium haeredem ad hanc teneri, sed etiam ad haereses successores hanc obligacionem in perpetuum transire. Dia-  
na part. 9. tract. 8. resol. 68.

290. Dico secundò hic non datur opinio asserens, annum legatum in aliquibus casibus cessare. V. g. primò, si fuit relictum pro tempore determinato, hoc elapsi cessat legatum: secundò, si à teste-  
tore facta sit expressa, vel tacita legati revocatio; quia res, per quas causas nascitur per easdem dissolvitur. Tertiò si legatarius repudiet legatum. Quartò, si res legata perempta sit absque culpa haeredis, modò ei legata fuerit certa species, non aliquid in ge-

nere, vel in quantitate: videatur Bassæus ubi supra num. 22. ratio nostræ assertionis est; quia propo-  
sitio damnata loquitur generaliter, quod annum legatum pro anima relictum elapsi decem annis cesseret; nos autem cum hac generalitate non dicimus, sed in casibus parti-  
cularibus, & cum relatis circum-  
stantijs: ergo &c.

## PROPOSITIO XLIV.

Damnata.

*Quo ad forum conscientia, Reo cor-  
recto, ejusque contumacia cessante  
cessant censura.*

291. Suppono primò, quod censura sit poena spiritua-  
lis, & medicinalis inficta ab Eccle-  
siastica potestate, privans hominem baptizatum usu aliquorum bonorum spiritualium, donec à con-  
tumacia recedat; & haec dividitur in Excommunicationem, suspen-  
sionem, Interdictum, & Irregula-  
ritatem in Sententia Thomistica, quæ irregularitatem ex delicto censuram esse astruit.

Suppono secundò, Censuram subdividi in eam, quæ est latæ Sententiae, & in eam, quæ est Sententiae ferendæ: censura latæ Sententiae dicitur, quæ ipso facto vel criminis admissione incurritur absque alia judicis Sententia; censu-  
ra Sententiae ferendæ dicitur, quæ solummodo est comminatoria, nec ipso facto incurritur ante Senten-  
tiam Judicis.

454 Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.

292. Suppono tertio, ad incur-  
rendam censuram latam non re-  
quiri aliam contumaciam, quam  
peccatum, cui est annexa, sed ad  
censuram ferendam, quae prævia  
canonica monitione imponitur,  
requiritur, ut homo se contumacem  
ostendat, non obediendo, nec  
se submittendo Ecclesiæ, tanquam  
piæ Matri eum admonenti, ante-  
quam velut rigorosus Judex hac  
poena mulctet.

Suppono Quartò, hanc propo-  
sitionem damnatam non loqui de  
censura lata, que incurrit abs-  
que canonica monitione, & absque  
contumacia: quia cum haec non  
incurratur ob hujusmodi contu-  
maciam, hac etiam seclusa, vel  
cessante, cessare non posset,

293. Suppono Quintò, aliquæ  
posse affici censura in foro exter-  
no, quin afficiatur in interno: v.  
g. is, qui ex primò motu iræ abs-  
que gravi culpa publicè percussit  
Clericum, in foro externo est ex-  
communicatus, non autem in in-  
terno; & si ille, qui cum gravi  
culpa percussit clericum, virtute  
Bullæ fuit absolutus in foro inter-  
no, non verò in externo, in hoc,  
non autem in interno censura ir-  
retitus manet. Potest pariter con-  
tingere, quod homo in foro in-  
terno censurâ affectus sit, non  
verò in externo: v. g. si occulte  
patravit aliquod delictum, cui erat  
annexa censura.

294. Suppono sextò, posse veri-

ficari, quod peccatum coram Deo  
sit remissum, ac anima ejus gratia  
possideat, quin censura ob tale  
peccatum incursa, deleta sit: v. g.  
si is, qui per peccatum aliquod in-  
currit censuram, eliceret actum  
contritionis perfectæ, vi hujus re-  
mitteretur ipsi peccatum, & nihil  
lominus adhuc, censurâ innodatus  
esset, usque duna ab habente facul-  
tatem, absolveretur; & si hic cum  
vera contritione absque prævia  
absolutione censuræ decumberet,  
indubium est, quod salvaretur  
quamvis in foro externo ejus cen-  
sura publicata fuisset, & ex igno-  
rantia suæ contritionis, velut cen-  
surâ irretitus post mortem habe-  
retur.

295. Dico primò, is, qui in-  
currit in aliquam censuram, quo  
ad forum conscientiae eo correto,  
ejusque contumacia cessante, non  
cessat censura, adeoque opinio  
contraria in hac propositione  
reprobatur; quia potestas ligandi  
& solvendi sunt correlativa; atque  
Ecclesiæ ejusque Prælatis compe-  
nuntur facultas, & potestas ligandi cum  
censuris: ergo ijsdem competit  
facultas eas solvendi: ergo reo erit  
correcto, ejusque contumacia cel-  
fante, non cessabit censura; verum  
est tamen, quod ex ejus relipisci-  
entia, ac obedientia absolutionis be-  
neficium facile subsequetur.

296. Dico secundò, Non repro-  
batur opinio Couavarvias, Avila  
Coninch, & Vasquez, quos citat,

& sequitur  
tract. 29.  
num. 4. c  
lata sub  
cesset, co  
g. si Judex  
unicatio  
principio tri  
Petro deb  
unification  
hic intra  
tori, libe  
ratione; ra  
est; quia  
nate fuit  
ejusque c  
lura quo  
dicimus,  
sub condi  
retur à ce  
valde dif  
Hinc e  
quod suspi  
cum tem  
soleris i  
in contur  
solutione  
tumacia  
2. num. 8  
tract. 9.  
quia prop  
tur gene  
lata cum  
aut limi  
Conclusio  
guitur, 1  
bus: er  
batur op

& sequitur Castro Palaus part. 6.  
tr. 29. de cens. disp. 1. punct. 11.  
num. 4. dicentium, quod censura  
lata sub conditione satisfactionis  
cesset, completa satisfactione: v.  
g. si *Judex* dicat: *sub pena excom-*  
*municationis ipso facto incurrenda:*  
*principio tibi, ut intra triduum solvas*  
*tuum debitum, adeoque usque ad*  
*satisfactionem excommunicatus eris.* si  
hic intra triduum satisfaciatur debiti-  
tori, liberatur ab excommunicatione;  
ratio nostrae conclusionis  
est; quia sensus propositionis dam-  
natae fuit, quod reo correcto,  
ejusque contumacia cessante, cen-  
sura quoque cessaret, nos autem  
dicimus, quod excommunicatus  
sub conditione satisfactionis, libe-  
ratur à censura satisfaciendo, quod  
valde differt à condemnatione.

Hinc est, non reprobari assertum  
quod suspensio lata usque ad cer-  
tum tempus. v. g. suspendo te, ni  
solveris intra dies octo, vel dum  
in contumacia persistas; sola facta  
solutione tollatur, & cessante con-  
tumacia cesseret: Ita Lumbier tom.  
2. num. 819. Torrecilla in consult.  
trat. 9. num. 3. & 4. ratio est;  
quia propositio condemnata loqui-  
tur generaliter de censura, sive sit  
lata cum vel absque conditione,  
aut limitatione: nostra autem  
Conclusio ita generaliter non lo-  
quitur, sed cum relatis limitationi-  
bus: ergo &c.

297. Dico tertio, neque repro-  
batur opinio afferens, quod in ex-

communicatione lata ad instantiam  
partis, ad exigendum protali tem-  
pore aliquid a debitore, possit pro-  
trahi tempus ab eodem creditore,  
in cuius favorem censura lata est;  
v. g. ad instantiam Petri Credito-  
ris 50. Ducatorum, fertur Censura  
in debitorem adhoc, ut intra men-  
sem eos solvat; si Petrus debitori  
suo ulterius tempus pro solutione  
concedat, probabile est, quod  
elapsi mense à Judice assignato, de-  
bitor non incurrat protinus in cen-  
suram, quam nec incurreret, si  
creditor voluntariè 50. ducatos  
debitori remitteret: Torrecilla  
ubi supra num. 11. quia cum cen-  
sura sit lata in favorem creditoris,  
videtur mentem Judicis esse de  
ejus prorogatione, si creditor in  
eandem consentiat. Sed præscin-  
dendo etiam ab hoc, non damnari  
hanc opinionem (quod est no-  
strum assumptum) evidens est, si  
quidem casus propositionis con-  
demnatæ valde discrepat, ut ex  
dictis constat.

## PROPOSITIO XLV.

### Damnata.

*Libri prohibiti, donec expurgentur,*  
*possunt retineri, usque dum adhi-*  
*bita diligentia corrigantur.*

298. Suppono primò, librorum  
prohibitorum Authores,  
alios esse hæreticos, alios catho-  
licos; libri hæreticorum con-  
tingentes hæresim, seu tractantes  
de

456 *Tract. XVII. Explic. Propos. dam. ab Alex. VII.*

de Religione, prohibentur in Bulla Cœnæ excommunicatione majori reservata Papæ, in quam incident eos legentes, tenentes, imprimentes, aut quoquo modo defendentes: Libri catholicorum prohibiti illi sunt, in quibus continentur aliqua propositio erronea, aut suspecta in materia fidei, vel temeraria, aut contra bonos mores; contra hos pariter legentes, seu retinentes, lata est excommunicatio in Indice librorum prohibitorum regul.

10. ubi dicitur: „ Quod si aliquis „ libros hæreticorum, vel cujusvis „ Authoris scripta ob hæresim, vel „ ob falsi dogmatis suspicionem „ damnata, atque prohibita lege, rit, sive habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat: ab hac tamen excommunicatione quivis Confessarius absolvere potest, cum nemini sit reservata; ut notat Bonacina tom.

3. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. num. 2.

299. Suppono secundò, propositionem damnatam non loqui de libris hæreticorum continentibus hæresim, aut de Religione tractantibus; quia loquitur de libris, quæ corrigitur, aut expurgantur: libri autem hæreticorum continent hæresim; aut de Religione tractantes, nusquam expurgantur, aut corrigitur, nec conceditur, ut circumeant: ergo propositio damnata de ijs non loquitur; nec fuit necesse hoc damnare, cum evidentissimum sit, libros Hære-

ticorum continentates hæresim, aut de Religione tractantes, nec posse legi, nec retineri, ratione gravissimæ censuræ in Bulla Cœnæ: folium ergo de libris Authorum Catholicorum prohibitis loquebatur propositio damnata, dicebatq; hujusmodi libros donec expurgantur, posse retineri, usque dum adhibitâ diligentia corriganter.

300. Dico primò, libri Catholicorum prohibiti, ex eo, quod continent aliquid contra bonos mores, aut alia de causa nequeunt retineri, donec expurgantur; cuius oppositum tanquam scandalosum improbabile, & practicè falsum probatur: siquidem hujusmodi doctrina est manifestè contraria determinationi Sancti Tribunalis ap-

positæ in Indice librorum prohibitorum, quæ dicit: Præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pena Excommunicationis, &c. natus quis deinceps audeat tenere, aut legere aliquem ex libris prohibitis in hoc Indice, aut ex ijs, quæ in regula generali ipsius comprehenduntur. Vide Moyam in se-  
tom. 1. tract. 5. quæst. 10. §. 1. 2.  
9. sed sic est, quod in regula 1. dicti Indicis comprehendantur libri Authorum Catholicorum aliquam suspectam doctrinam continent, ut dictum est in primo supposito? ergo falsissimum est affirmatum, quod tales libri possint retineri, donec expurgantur.

Hinc sequitur, habentem libros pro-

prohibitos, teneri eos Inquisitioni tradere, si Edictum hoc præcipit, fecis, poterunt comburi, consulius, & satius tamen esse eosdem Inquisitioni tradere. Et quantumvis verum sit, quod in toto rigore librorum nomine manuscripta non veniant quia tamen haec materia, & retentio est valde periculosa, cu[m] prohibentur libri, in eadem prohibitione, seu condemnatione manuscripta etiam intelliguntur comprehensa: ita cum communi Lumier num. 842.

301. Dico secundò, in hac condemnatione non solum comprehendendi libros prohibitos, continentes aliquam propositionem errorneam, aut in fide suspectam, vel temerariam, & bonis moribus contraria, verum etiam alios ideo prohibitos, quia tractant de Astrolologia Judiciaria, sortilegijs, Divinationibus, necromantijs, aro-  
mantij, ac hujusmodi abominationibus; quia hi libri prohibentur in Indice expurgationis, Regula 9. ergo nequeunt retineri, anque adeo Inquisitioni consignandi sunt. Idem est de libris prohibitis ob res amatorias, & provocantes ad luxuriam in ijs contentas, & licet hic non reprobetur opinio Carenæ apud Diana[m] part. 10. trah. 12. resol. 48. dicens, legentem, aut retinentem libros causa luxuriæ, non esse Inquisitioni denunciandum, nisi hujusmodi retentor alias esset de hæresi-

suspectus, ego tamen puto, quod stante prohibitione Inquisitioni denunciandus sit; quia edicta publicantur à Tribunal ad tollendos excessus in ijs contentos: ergo si per edictum prohibentur hujusc[em] libri, lector, & retentor denuncians est.

Ubi advertendum est primò, neminem posse retinere, aut legere libros prohibitos eò præcisè, quod cesset periculum perversionis, in quo sistit finis condemnationis; etenim quamquam probabile sit, quod cessante fine legis, cesset quoque ejus obligatio, hoc tamen intelligitur, quando cessat finis totalis, & adæquatus, non quando cessat finis partialis inadæquatus: sed finis prohibitionis librorum non tantum est, ut impediatur perversione, sed etiam ut Author peccati justâ poenâ mulctetur: uti tenet Diana part. 6. trah. 6. resol. 49. ergo quamvis in legente, aut retinente libros prohibitos, cef-saret finis perversionis, non propterea posset eos legere, aut retinere, quia non cessat finis totalis, & adæquatus, sed tantum partialis, & inadæquatus ipsius.

Advertendum secundò, non excusari à retentoris censura eum, qui librum utpote alterius idiomaticis non intelligit; quia jam retinet, & quidem cum aliorum periculo, imminet enim semper periculum, ne per tot annorum intervallum, quod differri potest, & solet expur-

458 Tract. XVII. Explic. Prop. dam. ab Alex. VII.

gatio, alij labantur, nec item excusatur, quamvis solum retineat ad Bibliothecae ornatum, aut ejus cum libris alijs permutationem faciendam: ita Lumbier tom. 2. num. 843. quinimò aliqui Doctores, quos omisso nomine citat Lumbier ibi dicunt, Mercatores, qui eos libros habent ad merces, in eorum rescissis folijs involvendas, esse Retentores incurrentes; quod mihi videtur verisimile, quia in aliquo ex illis volantibus, & solutis folijs potest contineri vel haeresis, vel propositio erronea, quae ubi ad manum ignorantis pervenerit, scandalum, & ruinam inferet.

302, Dico tertio, in hac retenzione dari potest parvitas materiae, nempe si uno, altero die liber retineatur, & consequenter

culpa levis: ita Torrecilla in iiii Consult. tract. 9. num. 31. pag. ultim. ratio est; quia in lectione librorum haereticorum datur parvitas materiae, ut cum Alterio, & alijs dicit Bonacina tom. 3. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. num. 14. propterea qui legit tres, vel quatuor lineas excusatur à Reginaldo; qui legit decem: à Sayro, imò Durdus excusat legentem integrum paginam, sed hoc mihi non probatur, inquit Bonacina, hos omnes citans, quia videtur materia gravis, si pagina grandior sit: ergo si in lectione librorum sub tam gravi censura prohibitorum datur parvitas materiae, in eorum quoque retentione erit: nisi forte hæc brevis retentio periculum eos legenti pariat.



TRA.

ex. VII.  
cilla in suis  
1. pag. ul-  
ectione li-  
atur parvi-  
lterio, &  
3. diff. 1.  
14. prop.  
1 quatuor  
haldo; qui  
mò Duar-  
e gramma-  
on proba-  
os omnes  
teria gra-  
fit: ergo  
o tam gra-  
datur par-  
n quoqu  
è hæc br-  
os legendi



# TRACTATUS. XVIII.

## APPENDIX.

*Summaria Notitia, & Compendiosa ex-  
platio viginti Excommunicationum, quæ  
continentur in Bulla Cœna.*

### S. I.

#### Advertentiæ generales circa hanc Bullam.

**O**MNIBUS Confessarijs necef-  
faria est notitia excom-  
municationum reservata-  
rum in Bulla Cœna: Primò, quia  
sic expreſſe præcipit textus Bullæ  
his verbis: „Cæterum Patriar-  
chæ, Archiepiscopi, Episcopi,  
alijque locorum Ordinarij, nec  
non Rectores, cæterique curam  
animatorum exercentes, ac Pre-  
ſbyteri ſeculares, & quorumvis  
Ordinum Regulares, ad audien-  
das peccatorum Confessiones  
quavis authoritate deputati,  
transumptum præſentium litte-  
rarum penes ſe habeant, easque  
diligenter legere, & percipere  
ſtudeant: ſeundò, quia cum di-  
ctæ excommunications ſint re-  
servatae Summo Pontifici, & Con-

fessarij facultate absolvendi non  
olleant, earum notitia est necef-  
faria, ne penitentem ijs affectum  
ignoranter absolvant: & quamvis  
aliqui Doctores Confessarium, non  
habentem penes ſe transumptum  
dictæ Bullæ, à gravi culpa excu-  
ſent, fecus tamen ſi in ea conten-  
ta ignorat; ut videri potest, in Bo-  
nacina tom. 3. diff. 1. quæſt. 22.  
punct. 7. num. 4. & 5. & hac de  
cauſa summariam earum Excom-  
municationum explicationem, hic  
adjiſcere volvi.

2. Hæc Bulla vocatur *Bulla Cœna*, ſeu *Bulla in Cœna Domini*, quia  
feria quinta hebdomadæ Sanctæ,  
in quo Christus Cœnam Discipu-  
lis fecit, editur, & promulgatur:  
ejus uſus est antiquissimus, & de-

M m m 2 ipſius

ipsius origine non constat : ita D. D. ferè communiter, Causa efficiens hujus Bullæ , est summus Pontifex ; qui eam pro tempore edit ; ratio est , quia ille dicitur causa efficiens Bullæ , à quo censuræ in ea contentæ imponuntur ; censuræ autem in Bulla contentæ imponuntur à summo Pontifice , ergo . Porro summus Pontifex Bullæ Conditor , varijs nominibus appellari solet ; aliquando enim vocatur Vicarius Christi , quia Christi vices in terris gerit , aliquando vocatur Petri successor ; quia in locum B. Petri Principis Apóstolorum sufficitus est : appellatur etiam Sanctissimus duplice de causa . Prima est ratione muneric , & dignitatis , quia ad ipsum principaliter pertinet thesaurum Indulgientiarum , & suffragiorum Ecclesiæ distribuere , Censuras ferre , & absolvere , Christi gregem pascere , & instituere , juxta illa verba Christi : *pasce oves meas.* Secunda extractione Sanctitatis , qua cæteris antecellere & prælucere debet . Vocatur etiam Dominus Noster , quia supremam in hac militante Ecclesia potestatem habet , tum quia ipse judicat omnes , & à nemine judicatur , tum quia ipso præsente reliquæ dignitates etiam sæculares conquiescent . Appellatur Papa , id est Pater Patrum , ipse enim principalem locum inter Patres , Episcopos , Archiepiscopos , Patriarchas , aliosque Primates tenet .

Appellatur Episcopus , quia illi maximè convenienter munera , & onera Episcoporum ; & denique appellatur Seruus Servorum DEI , cuius denominatio desumitur primo ex humili sui ipsius existimatione , & Christi exemplo , qui se ipsum exinanivit formam servi accipiens ; alijsque han crationem prescrispsit : *ut qui major est vestrum , sit sicut uester minister.* & juxta illud : *cum onnia feceritis , dicite , sicut inutiles sumus.* Secundò , quia summus Pontifex vices gerit Apostolorum Petri , & Pauli , qui Servi DEI jure merito vocari possunt .

Causa formalis hujus Bullæ Cœnæ sunt verba , & solemnitas , que in ferenda Bulla servatur ; quibus autem verbis , & qua solemnitate hæc Bulla edatur , colligitur ex ipsius Bullæ contextu , & tenore .

Causa materialis proxima hujus Bullæ sunt actiones , quæ in evantur , vel præscribuntur , ratio est , quia illa est causa materialis alicujus legis , circa quam ampliandam , vel dimittendam versatur lex ; Bulla autem versatur circa actiones in ea expressas , ut circa hæresim , inobedientiam , &c.

Causa remota , seu subiectum censurarum Bullæ sunt omnes , & singulæ personæ , quæ actiones in hac Bulla prohibitas exercent , sive sint viri , sive foeminæ , sive Laici , sive Religiosi , vel Ecclesiastici , etiam si Episcopatus , vel Cardinatus dignitate fulgeant . Infideles

autem Bullæ cœsæ ; quem non in Schismate baptizati . Causa triplici de hanc Bullæ est , ut p Fides Catholice est placare autem prohibitiōm Catholica betur in p. hujus Bullæ retur unicūque V. violatur p. obediēt per ceterā est , ut servīōne inter alter alter prebeat . dūtur depr. maritimis , Ecclesiasticū Bulla vim p. alia c. mulgetur . illa ejusdem solentes p. curare , q. nec cessat dis , nec contantæ mu

, quia illi  
nunera, &  
& denique  
orum DEL,  
sumitur pri-  
us exiliata  
mple, qui se  
n servit acci-  
onem pre-  
vestrum, fit  
uxta illud:  
icit, sum-  
rit Aposto-  
qui Servi  
i possunt.  
Bulla Co-  
nitas, que  
r; quibus  
leminitate  
digitur et  
& tenore  
ima hujus  
e in eave-  
ur, ratio  
materialis  
m ampli-  
m versa-  
atur circa  
ut circa  
&c.  
ibieictum  
mnes, &  
tiones in  
cent, sive  
ve Laici,  
esfasticci,  
Cardina-  
Infide-  
les

les autem non sunt subiectum hu-  
ius Bullæ, cum non sint subditi Ec-  
clesiae; quia per Ostium Baptismi in  
cam non intrarunt, secus Hæretici,  
Schismatici, aut Apostatæ, cum sint  
baptizati.

Causa finalis est triplex, quia  
implici de causa summus Pontifex  
hanc Bullam edere solet. Prima  
est, ut pura, & integra servetur  
Fides Catholica, sine qua impossibi-  
le est placere DEO ad Hebr. 11.  
hæc autem Fides maximè servatur  
prohibitione hæresis, Schismatis  
liborum errores contra Fidem  
Catholicam continentium, ut ha-  
betur in prima clausula Canonis  
hujus Bullæ. Secunda est, ut ser-  
verur unio Fidelium cum Christo,  
et Vicario in terris, quæ unio  
violatur per schisma, per recessu  
ab obedientia summi Pontificis, &  
per cetera in Bulla vetita. Tertia  
est, ut servetur societas sine offen-  
sione inter ipsosmet Fideles, ita ut  
alter alteri offenditionis causam non  
præbeat. Hæc autem societas lo-  
ditur deprædatione, & latrocinijs  
maritimis, violatione immunitatis  
Ecclesiasticæ, & similibus. Hæc  
Bulla vim habet, & perseverat, do-  
nec alia de novo edatur, & pro-  
mulgetur, ut perspicue constat ex  
illa ejusdem Bullæ clausula sub fine:  
*solentes præsentes nostros processus  
curare, quomque alij publicentur:*  
nec cessat morte summi Pontifi-  
cis, nec censuræ viginti in ea con-  
tentæ multiplicantur iterata pub-

licatione, & editione Bullæ Cœnæ;  
quia antecedentes cessant adve-  
niente nova Bullæ publicatione.

3. Non incurunt has censuras  
ij, qui laborant ignorantia juris,  
vel facti, juxta dicta 1. part. hujus  
prax. tract. 5. cap. 6. num. 40. pag.  
101. ubi adnotavi cuiusmodi igno-  
rantia esse debeat, ut à dicta poena  
excusat: eadem doctrina videri po-  
test 1. part. tract. 6. cap. 8. part.  
8. num. 98 pag. 162. & tract. 11.  
§. 1. num. 7. pag. 426. neque in-  
curritur censura, si peccatum, cui  
est affixa, non est mortale ex defe-  
ctu deliberationis, aut ob parvita-  
tem materiæ, vel si peccatum esset  
merè internum: ratio primi est;  
quia culpa, & poena sunt correla-  
tiva, ac proinde proportionem in-  
ter se habere debent: atqui quævis  
excommunicatio hujus Bullæ est  
poena gravis: ergo ad eam incur-  
rendam requiritur culpa gravis:  
ratio secundi est; quia Ecclesia non  
multat suis poenis actus sibi igno-  
tos: atqui actus merè interni sunt  
sibi ignoti: ergo hos suis poenis non  
multat.

4. Nullus Confessarius privatus  
absque speciali privilegio à casu ali-  
quo, vel censura in Bulla Cœnæ  
contenta absolvere valet: & si se-  
cūs facere præsumeret, nulla esset  
absolutio; quinimò ipsemēt ex-  
communicationis sententia inno-  
daretur; juxta phrasim Bullæ di-  
centis: „quod si forte aliqui con-  
tra tenorem præsentium talibus

„ excommunicatione, & anathema-  
 „ mate laqueatis, vel eorum alicui  
 „ absolutionis beneficium impen-  
 „ dere defacto præsumperint, eos  
 „ excommunicationis sententiâ in-  
 „ nodamus: at advertendum pri-  
 „ mò, quod juxta verbū præsumpe-  
 „ rent, positum in textū, Sumus Pon-  
 „ tifex excommunicatione quo scon-  
 „ que ligare non intendat, sed eos,  
 „ qui præsumunt, id est absoluunt  
 scientes, se non posse absolvere:  
 censura enim non ligat ultra men-  
 tem conditoris verbis expressam:  
 adeoque ab ea excusatur, qui ex  
 inadvertentia, oblivione, aut ex  
 ignorantia etiam crassa, & supina  
 absolvit; quamvis enim hujusmo-  
 di ignorantia non excusat à pec-  
 cato, & à præcepti transgressione,  
 excusat tamen ab excommunica-  
 tionē contra præsumentes lata:  
 ita cum Sanchez, Avila, & alijs do-  
 cet Bonacina tom. 3. dif. p. 1. quast.  
 22. punt. 3. n. 4. Advertendum se-  
 cundò, excommunicationem, quam  
 incurrit Confessarius, absque spe-  
 ciali privilegio absolvens ab aliqua  
 censura Bullæ Cœnæ, non esse re-  
 servatam; ita cum Navarro, Vil-  
 lalobos in Sum. tom. 1. tract. 17.  
 dif. 21. num. 17.

5. Dixi, quod Confessarius abs-  
 que speciali privilegio à dictis cen-  
 suris absolutionis beneficium im-  
 pendere præsumens, excommuni-  
 cationem incurrat; quia posito ta-  
 li privilegio, nec peccatum, nec  
 poenam incurreret; unde per Bul-

Iam Sanctæ Cruciatæ conceditur  
 facultas absolvendi semel in vita, &  
 semel in morte, ab omnibus cen-  
 suris contentis in Bulla Cœnæ, ex-  
 cepto peccato hæresis. Utrum ve-  
 rò à censuris occultis Bullæ Cœ-  
 næ, possit quis absolvere *totius*  
*quoties*, virtute cruciatæ, vel etiam  
 absque ipsa per privilegia Regula-  
 rium, alibi dictum est: sic pariter  
 an vi Bullæ Sanctæ Cruciatæ pos-  
 sit eodem anno, & in distinctis con-  
 fessionibus absolutio imperiri  
 à diversis casibus, & censuris Bul-  
 læ Cœnæ dictum est tract. I. præ-  
 ma partis prax. num. 9. pag. 20.  
 Cæterum in articulo mortis, qui-  
 vis Confessarius potest absolvere  
 dictis Censuris, & ab omnibus alijs;  
 an verò imponendum sit poeniten-  
 ti onus se præsentandi superiori,  
 cui reservata est censura, recupe-  
 rata salute, dictum est supra I. part.  
 tract. II. §. I. num. 4. pag. 425.  
 in hac secunda parte tract. I. 1. 1.  
 §. part. I. num. 69. pag. 138.

## S. II.

### De prima Excommuni- catione Bullæ Cœnæ.

Textus Bullæ: „Excommunicamus  
 „ & anathematizamus ex par-  
 „ te DEI Omnipotentis, Patris  
 „ & Filij, & Spiritus sancti: autho-  
 „ ritate quoque Beatorum Apo-  
 „ stolorum Petri, & Pauli, ac no-  
 „ stra, quoscunque Husitas, Wi-  
 „ clephistas, Luteranos, Zwin-  
 „ gianos,

gianos, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos, quoquaque nomine censeantur, & cujuscunque Sectæ existant, ac eorum credentes, receptores, fautores, & generaliter quoslibet eorum defensores, ac corundem libros hæresim continent, vel de Religione tractantes, sine authoritate nostra, & Sedi Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendantes, ex quavis causa publicè, vel occultè quovis ingenio, vel colore: nec non Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & à Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Notandum i. in Excommunicatione sex personarum genera comprehendendi: Primo, Hæreticos cujuscunque sectæ, existant: secundo, Christiana Fide Apostatas: Tertio, eorundem Hæreticorum credentes, receptores, fautores, ac defensores secuto effectu: quartò, legentes libros eorundem hæresim continent, aut de Religione tractantes: Quinto, retinentes huiusmodi libros, ac imprimentes seu quomodolibet defendantes ex quavis causa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore: Sexto Schismaticos, & inobedientes Summo Pontifici.

De hæresi, & Apostasia jam diximus i. part. tract. I. cap. I. num. 2. pag. 18. & 2. part. tract. 17. num. 25. & sequent. & de receptoribus, & fautoribus hæreticorum egi, loco cit. I. part. nam. 4. pag. 18. Circa legentes eorum libros, si hæresim contineant, aut de Religione tractent, vetiti sunt in Bulla Cœnæ, quamvis in hoc detur parvitas materia, ut dictum est tract. 17. num. 302. videatur ibi de retentione librorum prohibitorum num. 298. & sequent. si ejusmodi libri Hæresim non contineant, nec de Religione tractent, non sunt vetiti in Bulla Cœnæ, nec prohibetur eorum lectio, seclusa alia prohibitione; nomine imprimentium dictos libros comprehenduntur primò Impressores, qui communī modo loquendi dicuntur imprimere, & ad impressionem proximè concurrunt, qualis primò dicitur Author libri, vel aliis tradens librum ad imprimendum: Secundò Dominus Officinæ, de cuius mandato liber imprimitur: tertio, illi omnes, qui concurrunt ad componendos simul charæcteres, qui chartam humectant, vel typis excutiunt, qui exemplar impressum, seu typos corrigunt, qui Hæreticorum libros scribit, ut imprimantur: ita Filliuci tom. I. tract. 16. cap. 2. num. 46. Schismatici sunt ij, qui à Romani Pontificis obedientia, vel totaliter, vel partialiter, le pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

## §. III.

## De secunda Excommunicatione Bullæ Coenæ.

**T**extus Bullæ : „ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint, Universitates vero, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris, aut Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes; nec non eos, quorum auxilio, vel favore appellatum fuerit.

Notandum 2. Appellationem à mandatis, vel ordinationibus Summi Pontificis prohiberi ob injuriam, quæ Sedi Apostolicae per hujusmodi appellationem irrogatur; cum enim appellatio fiat à minori Judice ad majorem, appellans ab ordinationibus, vel mandatis Papæ ad futurum Concilium inducere videtur schisma, & rebellionem in Ecclesia. Duplex autem censura imponitur in hoc Canone; una est excommunicationis major, altera interdictum. Omnes, & cuiuscunque status, gradus, & conditionis sunt appellantes ab ordinationibus, seu mandatis Papæ ad futurum Concilium generale, aut favorem, vel auxilium praestantes, ligantur vinculo excommunicationis. Universitates vero, Collegia, & Capi-

tula contra hunc Canonem delinquentia, ligantur interdicto, non excommunicatione; quia haec non fertur contra Communitates *cap. Romana de sentent. excommunic. in 6.* His censuris pariter ligantur illi, quorum auxilio, vel favore appellatum fuerit. ita Leander Sacram. *tom. 4. tract. 3. disp. 3. quaest. 5.*

## §. IV.

## De Tertia Excommunicatione Bullæ Coenæ.

**T**extus Bullæ : „ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes pyratas, cursarios, ac latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipue à Monte Argentario, usque ad Tarracinam, ac omnes eorum fautores, receptores, defensores.

Notandum 3. Actiones in hoc canonе prohibitas, alias esse accessorias, & alias principales: principales sunt latrociniū maritimum, aut discursus per mare Pontificium animo deprædandi. Accessorii sunt favor, defensio, & receptio. Personæ Principales, quæ excommunicatione feriuntur in hoc Canonе sunt pyratae, cursarij, & latrunculi maritimi discurrentes per mare, vel immediate subiectum Summo Pontifici, vel mediately vi feudi v. g. Mare Neapolitanum, Siciliæ, Corsicæ, & Sardiniae: non vero pyratae deprædantes in alienis

nis mari  
um han  
tur, quid  
das fecer  
non in  
atrocini  
praedand  
gatione d  
mōre op  
opinio pr  
inquit Pa  
enjur. d  
Cajetanc  
pyratae n  
ac pœn  
tonis, se  
ad oblat  
ter deprav  
Suare  
dos tom.  
14. Perso  
excommuni  
Piratarum  
defensori  
sunt Naut  
& hujusmi  
tom. 1. tra  
De Q  
nicat  
Textus  
„ mur  
zamus &  
Christia  
navibus  
a versum  
vel que  
passis, si

nis maribus. Ad incurriendam autem hanc censuram non requiri-  
tur, quod Pyratae actualiter præ-  
pas fecerint, sed sufficit, quod bel-  
lum in dicto ex officio nauticum  
atrociniū exerceant, seu animo de-  
gradandi se negotiationi, & navi-  
gationi dederint, secundum comuni-  
tatem opinionē, quamvis contraria  
opinio probabilitate non careat: ut  
aquit Palaus *tom. 6. tract. 29. de-*  
*enst. diff. 2. punct. 4. n. 5.* cum  
Cajetano, Sayro, & alijs; quare  
Pyratae non dicuntur, nec ligantur  
hac pœna ij, qui causa negotia-  
tionis, seu mercaturæ navigant,  
sed oblatæ opportunitate inciden-  
ter deprædantur; sic cum Navar-  
ro, Suarez, Toledo, & alijs Villalo-  
*gos tom. 1. tract. 17. diffic. 20. num.*  
14 Personæ accessoriæ, quæ hac  
excommunicatione ligantur, sunt  
Pyratarum fautores, receptores,  
defensores, eis opere præstantes, ut  
Gunt Nautæ, Remigantes, Milites,  
& hujusmodi, ita docet Filiucius  
*tom. 1. tract. 16. cap. 4. num. 76.*

### §. V.

#### De Quarta Excommu- nicatione Bullæ Cœnæ.

Textus Bullæ : „Item excom-  
municamus, & anathemati-  
zamus omnes, & singulos qui  
Christianorum quorumcunque  
navibus tempestate, se in trans-  
versum (ut dici solet) jaestatis,  
vel quoquomodo naufragium  
pali, sive in ipsis navibus, sive ex

„eisdem ejecta mari, vel in littore  
„inventa, cujuscunque generis  
„bona, tam in nostris Tyrrheni, &  
„Adriatici, quam in cæteris cujus-  
„cunque maris Regionibus, & Lit-  
„toribus surripuerint; Ita ut nec  
„ob quodcumq; privilegium, con-  
„suetudinem, aut longissimi, etiam  
„immemorabilis temporis posses-  
„sionem, seu alium quemcunque  
„prætextum excusari possint.

Notandum 4. Omnes, & singuli,  
qui bona Christianorū naufragan-  
tium in mari, aut in littoribus exi-  
stentia surripiunt, contrahere pœ-  
nam excommunicationis in Bulla  
Cœnæ; quare simplex surreptio,  
id est injusta acceptio bonorum  
naufragantium in mari, vel in litto-  
re inventorum est materia hujus  
censuræ; hæc enim est actio sub  
excommunicatione hujus Bullæ  
prohibita, utrum autem non solum  
surripientes hujusmodi bona clam,  
& occulte, verum etiam rapientes  
per vim ligentur hac pœna: Res-  
pondeo non solum ea clam aufe-  
rentes, verum etiam per vim ra-  
pientes vinculo hujus censuræ ob-  
stringi. A qua tamen excusantur  
1. surripientes bona infidelium;  
quia de Christianis tantummodo  
sermo est in Bulla. 2. rapientes  
naufragorum bona extra littus ma-  
ris, e.g. in Civitatē vi ventorū trans-  
missa; quia in Bulla sermo est de  
surripientibus naufragorum bona  
in mari, vel in littore inventa. 3.  
qui hujusmodi bona animo resli-

tuendi vero Domino accipiunt. 4. qui hanc surreptionem exercent in mari ex bonis navium, quæ jactatæ non sunt, vel quoquo modo naufragium passæ. 5. accipientes bona, quæ probabiliter credunt pro derelictis haberi: quænam autem bona pro derelictis habeantur, videri potest in Bonacina tom. 3. disput. I. q. 5. punct. 4. num. 7. 6. capientes bona hæreticorum non incident in hanc censuram, tum quia nomine Christianorum in favorabilibus non veniunt hæretici, tum quia præsumendum non est per se loquendo, Ecclesiam velle eos qui totis viribus ipsam opugnant, spiritualibus Ecclesiasticæ Jurisdictionis armis protegere, & tueri. 7. Consulentes, receptores, & fautores surripientium hujusmodi bona non incident in hanc excommunicationem; quia cum versemur in materia poenali, non est facienda extensio ultra propriam verborum Bullæ significacionem. sic Palaus *ubi supra* punct. 5. num. II.

### §. VI.

#### De Quinta Excommunicatione Bullæ Cœnæ.

**T**extus Bullæ: „Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, si, ve ex speciali Sedis Apostolice

, licentia permisis, imponunt, vel „augent, seu imponi, vel augeri „prohibita exigunt.

Notandum 5. Nomen Gabella, seu vectigalis universaliter significare quodcunque tributum, adeo que extendi ad pensionem, censum, guidagium, pedagium, portorium, taleas, collectas, & similia. Pedagium vero, quod dicitur à pede, nihil est aliud, quam quoddam tributum, quod pro transitu personæ per aliqua loca solvit ad reparationem, vel constructionem pontium, viarum, navium; solet dici etiam guidagium, id est tributum, quod pro custodia, & securitate viarum à transiuntibus solvit: materia hujus censuræ, seu actiones sub hac censura prohibita, sunt impositio novi pedagij, seu gabellæ, auctio, & exactio illius. Porro iij solūm gabellas imponere possunt, qui in suis terris supremam habent potestatem, nullumque superiorem in temporalibus agnoscent, cuiusmodi sunt Summus Pontifex, Imperator, Reges, Republicæ, Duces, cæterique supremi Principes superiorum non agnoscentes; ex quo sequitur Comites, Barones, Marchiones, Dominos, aliosque potestate supremorum Principum non habentes, non posse gabellas imponere, consequenter vinculo hujus censuræ obstringi gabellas absque licentia Summi Pontificis, vel supremi Principis imponendo. Utrum hanc censu-

nam incurvant illi, qui cum autoritate imponendi gabellas, injustas tamen imponunt, controvertunt authores, quorum aliqui negati-  
vam tenent, cum hoc non sit tri-  
buta imponere extra casus sibi à  
jure permisso, sed extra causam  
permisam; affirmativa tamen est  
erior, & probabilior; ita cum  
Suarez, Tabiena, & alijs Leander  
Sacramento tom. 4. tract. 13. diff. 5.  
quaff. 4. ratio est, qui à Summo  
Pontifice simpliciter excommuni-  
cantur, qui gabellas imponunt in  
casibus sibi à jure non concessis;  
ut disertè constat ex verbis Bullæ,  
sed Principi concessum non est in  
jure, ut gabellas injustè imponat:  
us enim injustitiam fovere, nec  
actus jure naturæ invalidos appro-  
bare, aut validare potest: ergo  
Princeps injustè gabellas imponens  
excommunicatur. Cum non solùm  
operetur extra causam permisam,  
verum etiam extra casum à jure  
permisum. Idem dicendum de ijs,  
qui vectigalia alioquin justa, injustè  
augent, secùs de ijs, qui speciem  
aliquam tributi, in aliam æquivale-  
lentem mutant: v.g. si pro gabel-  
la solvenda fructibus, æquivaleens  
in pecunia solvendum imponitur.  
Sic Filliucius tom. 1. tract. 16. cap.  
1. num. 110.

## S. VII.

De Sexta Excommuni-  
catione Bullæ Cœnæ.  
Textus Bullæ: „Item excom-

“ municariūs, & anathematiza-  
“ mus omnes falsarios litterarum  
“ Apostolicarum, etiam in forma  
“ Brevis, ac supplicationem, gra-  
“ tiā, vel justitiam concernen-  
“ tium, per Romanum Pontifi-  
“ cem, vel S.R.E. Vicecancellaria-  
“ rum, seu gerentes vices eorum,  
“ aut de mandato ejusdem Roma-  
“ ni Pontificis signatarum; nec  
“ non falso fabricantes litteras  
“ Apostolicas, etiam in forma Bre-  
“ vis, & etiam falso signantes sup-  
“ plicationes hujusmodi, sub no-  
“ mine Romani Pontificis, seu Vi-  
“ cecancellarij, aut gerentium vi-  
“ ces prædictorum.

Notandum 6. materiam, seu  
actionem prohibitam sub hac cen-  
sura esse falsam fabricationem, fal-  
sificationem, & signationem littera-  
rarum, seu supplicationem Summi  
Pontificis, aut Vicecancellarij, vel  
alterius Vices ipsorum gerentis.  
Nomen falsificationis in hoc loco  
intelligitur additio, mutatio, vel  
detractio aliqua à præfatis litteris,  
vel supplicationibus, nam falsa  
reditur scriptura, quoties aliquid  
additur, vel minuitur, quod antea  
positum, seu concessum non erat:  
ergo illa dici debet falsificatio, qua  
aliquid additur, vel minuitur, quod  
antea non erat: subjectum hujus  
excommunicationis sunt omnes  
falso fabricantes, signantes, & fal-  
sificantes litteras, vel supplica-  
tiones Summi Pontificis, aut Vice-  
cancellarij, aut gerentium Vices  
ipso

ipsorum, hæc propositio perspicua est ex textu Bullæ. Ratio est, quia illud est subjectum hujus Censuræ, quod præstat actiones in hac Bulla prohibitas, qui autem falsò fabricant, falsò signant, vel falsificant litteras Summi Pontificis, aut Vicecancellarij, aut gerentium Vices ipsorum præstant actiones in hac Bulla vetitas: ergo, &c. Litteræ Apostolicæ dicuntur illæ, quæ nomine Summi Pontificis expediuntur, sive sint Bullæ, sive Brevia; Hæc autem differentia est inter Bullas, & Brevia, quod Bullæ plumbœo sigillo expediantur, Brevia vero cera rubea annulo Piscatoris signentur. Supplicationes vero dicuntur illæ petitiones, quæ in scriptis Summo Pontifici, aut Vicecancellario, aut alteri Vicem ipsorum gerenti exhibentur ad obtinendam gratiam, e. g. dispensationem, indulgentias, aut ad obtinendam justitiam, e. g. ut causa alicui mandetur detinenda. Hinc sequitur litteras Sacræ Congregationis Cardinalium, aut Pœnitentiariæ, aut Episcopi, aut Nuntij, aut Legati à latere, aut Datarij, non comprehendi sub nomine litterarum, vel supplicationum Apostolicarum, aut Vicecancellarij, aut gerentium Vices prædictorum; quia non expediuntur nomine Papæ, aut Vicecancellarij, sed nomine ipsorum Commissariorum, & consequenter hujusmodi litteras falsificantes huic censuræ non subjiciuntur, quamvis in aliquibus

Episcopatibus hæc falsificatio soleat esse casus reservatus Ordinarijs, & in aliquibus Religionibus, Prælatis. Ab hac censura probabiliter excusatur, qui litteras corrigit secundum mentem Summi Pontificis: ut si scriptor aliquid aliter expressit, quam in Supplicatione à Papa concessum sit; corrigens enim litteras juxta supplicationem à Papa signatam non videtur propriæ litteras falsificare, sed potius falsitatem tollere: ut si in supplicatione exprimebatur quartus consanguinitatis gradus, & Notarius apposuit affinitatis, tunc enim corrigens juxta supplicationem, non incurrit excommunicationem; quia non falsificat, sed falsitatem tollit, & veritatem apponit, cavendum est tamen ne hæc correctio fiat propria authoritate, sed facienda est per Officiales, seu Notarios ad hoc in Curia deputatos, nisi forte difficilis ad ipsos aditus esset. Bonacina tom. 3. diss. 1. quest. 7. punt. 2. num. 7. Fautores, consilientes, aut mandantes falsificationem non comprehenduntur, in excommunicatione hujus Canonis; quia non est facienda extensio ultra propriæ verborum Bullæ significationem, in qua de his nulla fit mentio.

§. VIII.  
De Septima Excommunicatione Bullæ Cœnæ.  
TExtus Bullæ. „ Item excommunicamus, & anathematizamus

zamus omnes illos qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel haereticos per nostras, sive hujus Sanctæ sedis Sententias expressè, vel nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omnia que alia metallorum genera; atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam ex quacumque alia materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant; nec non illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, nec non haereticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, ilisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet praestant. Non obstantibus quibuscumque privilegijs personis, Principibus, Rebus publicis per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Notandum 7. Actiones, quæ sub excommunicatione ipso facto in hoc canone prohibentur, ad tria capita revocari.

Primum est, deferre, vel trans-

mittere ad Saracenos, Turcas &c. equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metellorum genera, item lignamina, Canapem, funes ex canape, vel ex alia materia, & ipsam materiam funium, & alia hujusmodi, quibus Catholicæ Religionis hostes, Christianos, & Catholicos impugnant.

Secundum est, per se, vel per alios certiores facere Turcas, aliosque Christianæ Religionis inimicos, vel haereticos de rebus statum Republicæ Christianæ concernentibus, in damnum Christianorum, & Catholicæ Religionis.

Tertium est, auxilium, consilium, & favorem prædictis Christianæ Religionis hostibus in damnum Christianorum præstare; hæc propositio ex ipsius Bullæ verbis evidenter elucescit; adeoque subjectum hujus censuræ sunt omnes, qui deferunt, vel transmittunt prædicta ad Turcas, Saracenos, & alios Christiani nominis hostes, vel etiam ad haereticos expressè vel nominatim à Summo Pontifice declaratos.

Circa primum hic prohibitum, notandum est, quod deferentes, vel transmittentes gladios, vestimenta, & similia ad Turcas, & Saracenos, non comprehendantur in hac censura, nisi forte ea deferrent tempore, quo in eorum defensionem, & Christianorum officinem deservirent. Neque gladio

hujus censuræ feriuntur, qui deferunt arma, aut metalla à terris infidelium ad alias eorumdem infidelium terras, nisi fortè damnum Christianis inde sequeretur; quia hic interdictum hujuscemodi delatio à terris Christianorum ad terras infidelium; idem estò judicium, & cum eadem limitatione de ijs, qui in terris Christianorum Turcis arma, metalla &c. vendunt. Nominis hostium Catholicæ Religionis veniunt Saraceni, Turcae, Judæi, cæterique Infideles, & etiam Hæretici, qui nominatim, idest expresso nomine à sede Apostolica declarati, vel æquivalente nomini proprio indicati sunt. Hinc sequitur non comprehendendi in hac Bulla eos, qui in genere hæretici declarati sunt, ut sunt Lutherani, Calvinistæ, Ugonottæ, Zwingiani; adeoque hac censura non ligantur ad hos arma, metalla &c. deferentes: idem dicendum de ea deferenibus ad Infideles, Turcas, quando födere pacis cum Christianis conjuncti sunt: secus tempore belli, ita Villalobos tom. I. sum. tract. 17. diffic. 20. num. 25. in fine.

Circa secundam actionem in hoc canone prohibitam, nempe certiores facere Infideles de statu Reipublicæ Christianæ in Damnum Christianorum observandum est, statum, de quo certiores fieri non debent holtes infideles, esse statu temporalem, non solum totius Christianitatis, sed etiam uniuscu-

jusque particularis, Regni, Provinciæ, vel civitatis in particulari: nam in Bulla non dicitur de rebus concernentibus statum Reipublicæ Christianæ; sed Christianæ Reipublicæ, hoc autem verificatur de quolibet oppido, & Comunitate, quam mobrem, qui Infideles aliquos admonet, talem arcem non esse rite munitam, facileque capi posse, &c. hac censura obstringitur, à quantum probabilitate excusat Christianus alteri Catholico similiare, velans, quanvis dubitet, quod hic Infidelibus ea revelaturus sit; ita Palaus tom. 6. tract. 29. diff. 3. de Cens. punt. 8. num. 20.

Circa tertiam actionem, que est, prædictis hostibus, & Hæreticis auxilium, consilium, vel favorem in Damnum Christianorum quomodolibet præstare. Advertendum est, subiici huic censura omnes præstantes auxilium, vel favorem infidelibus invadendi Catholicos, militantes in castris, vel navibus infidelium contra Christianos, Nautæ, Muliones, & similes, arma, & alia hic prohibita infidelibus deferentes vel transportantes ipsos infideles cum suis armis, aut accommodantes naves, equos, vel servos ad deferendum; consilientes infidelibus aliquid in damnum Christianorum. Christiani tamen in navibus Turcarum metu mortis navigantes laqueo istius Excommunicationis non suspenduntur. Villalobos *supra num. 27.*

*S. IX.*

*De Octava Excommunicatione Bullæ Cœnæ.*

*Textus Bullæ :* „ Item excommunicamus, & anathematisamus omnes impudentes, seu invadentes eos, qui viætualia, seu alia ad usum Romanæ Curiae necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel offerantur, prohibent, impediunt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cujuscumque fuerint Ordinis præminentia, Conditionis, & statūs, etiamsi Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Notandum 8. Materiam proximam hujus Censuræ, esse actiones in hoc Canone sub censura vetitas, ut ex præcedentibus liquidò constat. Harum autem actionum aliae sunt principales, aliae accessoriae. Principales sunt primò, impedire, seu invadere eos, qui viætualia, seu alia ad usum Romanæ Curie necessaria adducunt. Secundò prohibere, impedire, seu perturbare ne prædicta ad Romanam curiam advehantur.

Accessoriæ sunt per se, vel per alios defendere illos, qui prædicta faciunt, ut satis clarè in ipsamet Bulla declaratur. Ut autem singula clarius, & distinctius intelli-

gantur, singula verba in hac Bulla expressa explicabo. Primò, *impedire* significat actionem, qua quis alteri obstat, seu detinet, sive hoc faciat per vim, sive per metum, sive alia ratione. Secundò, *invadere*, idem est, ac contra aliquem ire, idest vim, seu impetum inferre, seu in aliquem irrvere, seu aggredi, ut illum spoliet, interficiat, vel damnum, seu injuriam inferat. Tertiò *prohibere*, idem est, ac verbis impedire, seu id fiat auctoritate publica seu privata. Quartò, *perturbare* idem significat, ac simpliciter impedire, seu quovis modo obstat verbis, vel factis. Nominis *viætualium*, intelliguntur ea, quibus ad esum, potum, & vestitum utimur; hujusmodi autem sunt, triticum, farina, panis, leguminæ, oleum, olera, ova, caseus, carnes, pisces, uva, juncus, medicinae, & his similia, item Sericum, lana, linum, & Cœilia, quibus vestes confectæ sunt, vel confici possunt. Alia vero ad usum Romanæ Curie necessaria dicuntur primò, quæ pertinent ad necessarium, vel decentem Curialium statum, ut pecunia, equi, muli, fœnum, hordeum, paleæ, candelæ, ligna, ac denique alia spectantia ad viætum, vestitum, habitationem, vel etiam ad honestam recreationem curialium, vel familiæ. Secundò ea, quibus Curiales utuntur in suis muneribus obeundis, & negotijs exercendis, ut papyrus, cera, plumbeum,

Provin-  
ci: nam  
us con-  
publicæ  
Reipub-  
de quo-  
te, qua-  
nos ad-  
esse rite  
esse. &c.  
quatu-  
or Chri-  
miliare-  
, quod  
arum sit;  
dij. 3.

n, que-  
Hær-  
el favo-  
anorum  
Adver-  
cenlur-  
m, vel  
ndi Ca-  
ris, vel  
Chri-  
& simi-  
ta infi-  
portan-  
armis,  
equos,  
confu-  
damna-  
tamen  
mor-  
Excō-  
unter.  
S. IX.

bum, ferrum, filum, & similia, consequenter subjectum hujus censuræ sunt omnes injustè impedientes, vel invadentes eos, qui viœtualia, vel alia ad usum Romanæ Curiae necessaria adducunt, vel ne præfata ad Romanam Curiam deferantur, impediunt, vel prohibent, saltem quatenus ea ad Romanam Curiam deferuntur, vel per se, vel per alios hæc facientes defendunt.

Ab hac Excommunicatione excusat<sup>ur</sup> is, qui res suas vendere non vult transferendas ad Romanam Curiam, etiamsi forte desint aliæ, nam hic non dicitur propriè impedire, cum nullam actionem positivam exerceat, sed potius negativè se habere videatur. Secundò emens viœtualia, ab eo, qui ea ad Curiam deferebat, non solum si ea emat in sui, & familiae usum, verùm etiam si emat, ut vendat cum lucro, hic enim utitur jure suo, sibi consultit, & per accidens dicitur impedire delationē viœtualium ad Romanam Curiam; secus si emat hac intentione, ne ad Romanam Curiam deferantur. Tertiò, Princeps, qui viœtualia, quæ ex alieno territorio ad Romanam Curiam convehuntur, & per suum territorium, & Principatum transiunt, impedit, & detinet, ut ea, in usum suorum Subditorum impendat, & insumat, dum in suo Principatu gravis annonæ penuria urget: Palaus ubi *supr. punct. 9. n.*

8. Quintò, Excommunicationem hujus Canonis non incurrit, impediens convehi ad Urbem non necessaria ad decorum, & ordinariū Curialium statum, & usum, horum nomine comprehenduntur, canes, & Accipitres venationi inferuentes: idem dic de simijs, psitacis, taxillis, aleis, & alijs hujusmodi; quia non videntur necessaria ad decentem Curialium statum: Leander à Sacram: tom. tract. 3. diff. 8. q. 20.

### S. X.

## De nona Excommunicatione Bullæ Cœnæ.

**T**extus Bullæ: „ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad sedē Apostolicam venientes, & receperint dentes ab eadem, sua, vel alio, rum opera interficiunt, mulcant, spoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui juris dictionem Ordinariam, vel delegatam à nobis, vel nostris Justicibus non habentes, illam sibi temerè vendicantes similia contendent, tra morantes in eadem Curia au-

Notandum 9. materiam hujus Censuræ esse Sacrilegium, quod sedes Apostolica læditur interficiendo, per se, vel per alios, mulcantando, spoliando, capiendo, vel detinendo eos, qui ad ipsam sedē Apostolicam veniunt, vel ab earecedunt.

Nomini

ligitur S  
nus habe  
lum spiri  
poralem,  
nientes:  
qui ratio  
intuitu m  
standoru  
mo acced  
causa ne  
Pontifice  
alia de c  
quam rat  
ria geren  
rum, Co  
num, & I  
Urbis in  
veniente  
ac proince  
lans, &  
municati  
is, qui la  
à fede A  
venerat,  
in Curia  
Sacram. i  
Præter  
non solù  
fides Ap  
do, mut  
isam; v  
giuum, qu  
prædicta  
ctoritativ  
dictione  
in Curia  
tes, caus  
diendoru

Nomine sedis Apostolicæ intel-  
ligitur Summus Pontifex, quate-  
nus habet jurisdictionem, non so-  
lo spiritualem, verum etiam té-  
poralem. Illi autem dicuntur ve-  
nientes ad Sedem Apostolicam,   
qui ratione Summi Pontificis, seu  
intuitu negotiorum in Curia tra-  
standorum, iter inchoarunt ani-  
mo accedendi ad Romanam Curiā,  
causa negotiorum apud summum  
Pontificem ut dictum est, si verò  
alia de causa Romam accedant,  
quam ratione negotiorum in Cu-  
ria gerendorum v.g. causa amico-  
rum, Consanguineorum, statio-  
num, & Indulgentiarum, aut causa  
Urbis invisenda non appellantur  
venientes ad sedem Apostolicam,  
ac proinde hos interficiens, muti-  
lans, &c. vinculo hujus excom-  
municationis non ligatur; neque  
is, qui lèdit aliquem discedentem  
a fide Apostolica, ad quam non  
venerat, ad negotia tractanda, sed  
in Curia morabatur. Leander à  
Sacram. ubi supr. disp. 9. quæst. 9.  
Præterea materia hujus Censuræ  
non solum est sacrilegium, quo  
fides Apostolica lèditur occiden-  
do, mutilando &c. accedentes ad  
ipsam; verum etiam est Sacrile-  
gium, quo eadem fides offenditur,  
prædictas actiones exercendo au-  
toritativè, usurpata temerè juris-  
dictione contra prædictas personas  
in Curia sedis Apostolicæ moran-  
tes, causa negotiorum in ea expe-  
diendorum. Dixi primò auctori-

tativè, quia si quis morantes in Cu-  
ria spoliaret, vel alia ex præfatis actioni-  
bus tanquam privata persona  
vexet, non afficitur Censura hu-  
jus Canonis; quia summus Pontifex  
loquitur de ijs, qui hæc faciunt  
auctoritativè, vendicantes sibi ju-  
risdictionem Ordinariam, vel dele-  
gatam, quam non habent. Dixi  
secundò temerè; quia si quis bona  
fide, vel etiam cum ignorantia  
vincibili, crassa, vel affectata, pu-  
tans se jurisdictionem habere, ali-  
quam ex prædictis actionibus præ-  
stet contra commorantes in Curia,  
non incidit in pœnam hujus Ca-  
nonis, quia non temerè sibi ven-  
dicat jurisdictionem; particula  
enim temerè includit scientiam,  
audaciam, fraudulentiam, ac dolum.  
Bonacina ubi supra quæst. 10.  
punç. 1. num. 38.

Subiectum hujus Censuræ sunt  
omnes, & singuli, qui per se, vel  
per alios interficiunt, vel mutilant,  
vel capiunt, vel detinent Catholicos  
accidentes ad sedem Aposto-  
licam, vel recedentes, aut qui usur-  
pata temerè auctoritate præfatas  
actiones per se, vel per alios con-  
tra moram trahentes in Curia au-  
dent perpetrare. Hæc propositio  
fatis clare in ipsam Bulla expri-  
mitur.

### S. XI.

## De Decima Excomuni- catione Bullæ Cœnæ.

**T**extus Bullæ : „ Item excom-  
„ municamus, & anathemati-  
„ zamus omnes interficientes, mu-  
„ tilantes, vulnerantes, detinen-  
„ tes, capientes, seu deprædan-  
„ tes Romipetas, seu Peregrinos  
„ ad Urbem causa devotionis, seu  
„ peregrinationis accedentes, & in  
„ ea morantes, vel ab ipsa receden-  
„ tes, & in his dantes auxilium,  
„ consilium, vel favorem.

Notandum 10. materiam principalem hujus Censuræ, seu actionem principaliter prohibitam, esse Sacrilegium, quod committitur contra Romipetas, seu peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes interficiendo, mutilando, vulnerando, detinendo, capiendo, vel deprædando; adeoque qui præfatis actionibus vexaret Romipetam, seu Peregrinum, non causa devotionis, sed aliorum negotiorum ad Urbem proficiscentem, hanc censuram non incurreret. Ita cum cummuni docet Leander à Sacramento *ubi, supr. disp. 10. quaest. 2.* dubium esse potest, utrum qui Romanum venit, non solum causa negotij, verùm etiam causa devotionis gaudeat privilegio hujus Canonis, ut si veniat Romanum, ut Ecclesiæ visitet, & simul amici conspectu fruatur, vel ut chirothecas emat, vel ut appellationem prosequatur, vel ob alia negotia: Ad quod respondeo primò, si principaliter Romanum adire intendit causa devo-

tionis, & secundariò seu impulsivæ alia de causa, vexans hujusmodi peregrinū, incidit in excommunicationem; quia dicitur vexare Romipetā, seu Peregrinū ad Urbē causæ devotionis accedente, nam secundariò fines, seu causæ impulsivæ non tollunt rationem finis primarij, à quo actio specificatur, & pendet; idem sentiendū arbitror nō solum causa devotionis, verùm etiā si ob aliquos, nes æque principaliter, vel etiā minus principaliter Romanum adire intendit. Respondeo secundo, si Peregrinus Romanum adire intendat, ut amici conspectu fruatur, vel ut appellationem prosequatur, vel ob alia negotia principaliter, seu tanquam ob causam finalem, secundariò verò causa devotionis, tanquam ob causam impulsivam, vexans hujusmodi peregrinum, non afficitur ista excommunicatione; quia non dicitur vexare peregrinum ad Urbem causa devotionis proficiscentem; actio enim suam speciem sumit ab actu primario, non à secundario, & in qualibet actione inspicitur id, quod principaliter agitur. Leander *ibidem quaest. 3. & 4.*

Materia minus principalis, seu actio in hoc Canone accessoriè prohibita, est sacrilegium, quod contra Romipetas, seu peregrinos de devotionis causa Romanum pergentem committitur præbendo auxilium, favorem, vel consilium, ad occidendum, mutilandum, vulnerandum,

impulsive  
modi pe-  
unicatio-  
Romipe-  
causa de-  
secundari-  
e non tol-  
rij, à quo  
let; idem  
um causa  
ob aliosfi-  
el etiam  
a adirein-  
cundo, si  
re inten-  
fruatur,  
sequatur,  
cipaliter,  
finalē,  
votionis,  
ulsivam,  
grinum,  
unicatio-  
are pere-  
à devo-  
tio enim  
actu pri-  
o, & in  
id, quod  
nder ibi  
alis, seu  
oriè pro-  
od con-  
inos de-  
ergentes  
auxilium,  
ad occi-  
nleran-  
dum,

hum, capiēndū, detinendū, seu præ-  
dāndū Romipetas ut clarē constat  
ex ipsa Bulla. Utrūm autem auxi-  
lium, favorem, vel consilium  
præstans ligetur excommunicatio-  
ne, nondum secuto effectu muti-  
lationis, vulnerability &c. nega-  
tivē concludit, Bonacina tom. 3.  
dīp. 1. quæst. 11. punct. 1. n. 15.  
Unde omnes, & singuli, injustè  
interficiētes, mutilantes vulne-  
rantes, detinentes, cipientes, de-  
predantes Romipetas, seu pere-  
grinos ad Urbem causa devotio-  
nis, vel peregrinationis accedentes,  
vel in ea morantes, vel receden-  
tes: vel in his dantes auxiliū, Con-  
flū; vel favorem, excomunica-  
tionem præsentis canonis incur-  
ront. Hæc propositio innititur  
verbis à Sumo Pontifice prolatis.

## *§. XII.*

### *De Undecima Excom- municatione Bullæ Cœnæ.*

Textus Bullæ: „ Item excom-  
“ municamus, & anathema-  
tizamus omnes interficiētes,  
mutilantes, percutientes, ca-  
pientes, carcerantes, detinentes,  
vel hostiliter insequentes S.R.E.  
Cardinales, ac Patriarchas,  
Archiepiscopos, Episcopos, Se-  
dis Apostolicæ Legatos, vel  
Nuntios, aut eos à suis Dicœ-  
cibis, Territorijs, Terris, seu  
Dominij ejicientes: nec non ea  
mandantes, vel rata habentes,  
seu præstantes in eis auxilium,  
consilium, vel favorem.

Notandum 11. Materiam pri-  
mariam hujus Censuræ esse sacri-  
legium, quo Cardinales, & alij  
Prælati in hoc Canone expressi  
offenduntur per actiones hic prin-  
cipaliter prohibitas, quæ sunt; in-  
terficere, mutilare, vulnerare,  
percutere, carcerare, detinere,  
hostiliter insequi, & ejcere ex Dicœ-  
cibis, Terris, seu Dominij, quorum  
jurisdictio in spiritualibus,  
& gubernatio ejusmodi Prælati  
demandata est. Hac tamen cen-  
sura non afficitur Princeps ejcien-  
s aliquem ex prædictis Prælati, e  
Territorijs, Terris, seu Dominij,  
in quo Dominium, & jurisdictio-  
nen non habet, neque qui non  
admittit, vel impedit ingredi Ter-  
ras ipsi subiectas; quia Canonis  
excommunicatione lata est contra  
ejcidentes, non verò contra non  
admittentes. De quibus Canon  
non loquitur.

Materia minùs principalis, seu  
accessoria hujus Censuræ est Sac-  
rilegium, quo quis Cardinales,  
aliosque Prælatos in hoc Canone  
expressos, offendit, mandando,  
ratum habendo, auxilium, consilium,  
vel favorem præbendo in  
actionibus principaliter prohibitis,  
& Pauld ante expressis. Quamo-  
brem actiones minùs principales,  
seu accessoriæ sunt, mandatum,  
ratihabitio, auxilium, consilium,  
vel favor circa actiones principa-  
liter prohibitas. Unde omnes præ-  
fatas actiones, tam principales,  
Ooo 2 quam

quam accessorias exercentes contra Cardinales, & alios Prælatos secuto effectu, vinculo hujus Censuræ obstringuntur. Hic notandum ad ratihabitionem propriè acceptam requiri, ut approbetur actio, tanquam suo nomine facta: idcirco si quis approbet aliquam actionem, & de illa gaudeat, nesciens suo nomine factam, non dicitur propriè ratum habere, licet graviter peccet ob consensum, & affectum ad peccatum: nam ad ratihabitionem, non solum requiritur, ut approbetur materiale factū, sed etiam ipsius qualitas, quod scilicet factum ipsius nomine gestum sit: ita Palauis tom. 4. tract. 29. de Censuris diff. 3. punct. 12. sub num. 5. in fine.

### §. XIII.

#### De Duodecima Excommunicatione Bullæ Cœnæ.

**T**'Extus Bullæ: „ Item Excommunicamus, & anathematiszamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, ac procurantes, negotiorumque Gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes; seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotijs hujusmodi, occidunt; seu quoquo modo percutiunt,

„ bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut ejusdem consilium, auxilium, vel favorem præstare non veretur, tur, cujuscumque præminentiae, & dignitatis fuerint.

Notandum 12. Quamvis summus Pontifex Canone 9. excommunicationem tulerit contra eos, qui per se, vel per alios offendunt accedentes ad Romanam Curiam, vel in ea morantes, vel ab earecedentes ut supra dictum est, nihilominus hic excommunicationem extendit, non solum ad eos, qui occidunt, percutiunt, vel spoliant accedentes per se ipsos Româ causa negotiorum vel transmittentes, procurantes, negotiorum gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotijs deputatos; verum etiam ad eos, qui ad hæc facienda directe vel indirecte cooperantur, aut auxilium, consilium, vel favorē præstare præsumunt. Quare.

Materia principalis, & primaria hujus Canonis est sacrilegium, quod committitur occidendo, percutiendo, vel spoliando, confugientes per se, vel per alios causa negotiorum ad Sedem Apostolicam, vel ipsorum Procuratores Actores, Advocatos, vel Judices. Huic tamen Censuræ non subiectur occidens, vulnerans, spolians,

ii per se, vel  
el indirecte  
omittere,  
are, aut ej.  
auxilium, ve  
on veren.  
præmnen.  
rint.  
amvis sum.  
9. excom.  
contra eos,  
offendunt  
m Curiam,  
ab earece  
est, nibi  
nicationem  
eos, qui  
el spoliant  
omācausa  
entes, pro  
stores. Ad  
& Agentes,  
el Judices  
egotij de  
d eos, qui  
el indire  
auxilium,  
stare præ  
primaria  
ilegium,  
cidendo,  
do, con-  
alios cau-  
Aposto-  
ratores  
Judices.  
in subijci-  
spoliants,  
20.

accidentem ad Romanam Curiā, non occasione causarum, vel negotiorum, sed ex alijs motivis, & occasionibus v. g. ex vindicta, causa lucri &c. quia occisio, vulneratio, usurpatio, prohibetur in hoc canone sub excommunicatio- ne, occasione, & intuitu causarū, id est ut recurrens occidatur, vulneretur, bonis spolietur, quia ad fidem Apostolicam recurrit. Ne que hac censura innodatur vi hujus canonis, sed 9. is, qui hujusmodi recurrentem occidit peradīs, & terminatis negotiis, sive Romæ moretur, sive domum revertatur, quia non dicitur amplius recurrens: Bonacina tom. 3. disp. 1. de Censur. quaest. 13. p. 2. n. 4. & 5. Materia minùs principalis, & accessoria hujus censuræ est sacrilegium, quod committit ab ijs, qui occisionem, percussionem, vel spoliationem prædictarum personarum præsumunt mandare, exequi, vel procurare, aut in eas auxilium, consilium, vel favorem praestare: unde subjectum hujus censuræ, sunt omnes, & singuli cuiuscumque gradus, & conditio- nis existant, qui præfasas actiones, sive principales, sive accessorias exercent contra accidentes ad fidem Apostolicam. Porro, ille dicitur directè ad hæc concurrere, qui mandat exequi, vel auxilium, consilium in eas præstat, & indirec- tè qui mandat, consulit, aut auxilium dat ad aliquam actionem,

ex qua damnum illud sequitur: v. g. qui accedenti ad Romanam Curiā, consuleret, ut per viam latronibus obfitam pergeret ea intentione, ut in eorum manus incide- ret. Castro Palaus *ubi supra punct.* 13. num. 8. hæc tamen propositio intelligitur secuto effectu, quia quando aliquæ actiones principali- ter, & aliquæ accessoriè prohiben- tur sub excommunicatione, excommunicatio non incurritur nondum secuto effectu principali- ter sub censura prohibito, effec- tus autem principaliter prohibi- tus, est occisio, percussio, & spo- liatio: Mandatum verò, auxilium, consilium, & favor accessoriè tantum prohibentur: tum quia verba intelligenda sunt cum effec- tu, præsertim in materia penali, nisi aliter de mente disponentis constet.

## §. XIV.

### De Decima Tertia Ex- communicatione Bullæ Cœnæ.

Textus Bullæ: „ Excommuni- „ camus, & anathematizamus „ omnes tam Ecclesiasticos, quam „ sacerdotes, cuiuscumque digni- „ tatis, qui prætexentes frivola- „ quamdam appellationem à gra- „ vamine, vel futura executio- „ ne litterarum Apostolicarum, „ etiam in forma Brevis, tam gra- „ tiam, quam justitiam concer- „ nentium: nec non citationem,

„ inhibitionem , sequestrorum ,  
 „ monitoriorum , processuum ,  
 „ executorialium . & aliorum De-  
 „ cretorum à nobis , & à Sede præ-  
 „ dicta , seu Legatis , Nuntijs , Præ-  
 „ sidentibus Palatijs nostri , & Ca-  
 „ meræ Apostolicæ Auditoribus ,  
 „ Commissarijs , alijsque Judici-  
 „ bus , & Delegatis Apostolicis  
 „ emanatorum , & quæ pro tem-  
 „ pore emanaverint , aut alias ad  
 „ Curias sæculares , & Laicam po-  
 „ testatem recurrent , & ab ea ,  
 „ instantे etiam Fisci Procuratore ,  
 „ vel Advocato , appellations  
 „ hujusmodi admitti , ac litteras ,  
 „ citationes , inhibitiones , seque-  
 „ stra , monitoria , & alia prædicta  
 „ capi , & retineri faciunt , quive  
 „ illa simpliciter , vel sine eorum  
 „ beneplacito , & consensu , vel  
 „ examine executioni demandari :  
 „ aut ne Tabelliones , & Notarij  
 „ super hujusmodi litterarum , &  
 „ processuum executione , instru-  
 „ menta , vel acta confidere , aut  
 „ confecta parti , cuius interest ,  
 „ tradere debeant , impediunt , vel  
 „ prohibent , ac etiam partes , seu  
 „ eorum agentes , & consanguini-  
 „ neos , affines , familiares , No-  
 „ tarios , Executores , & Subexe-  
 „ cutores litterarum , citationum ,  
 „ monitoriorum , & aliorum præ-  
 „ dictorum , percutiunt , capiunt ,  
 „ vulnerant , carcerant , detinent ,  
 „ ex Civitatibus , Locis , & Regnis  
 „ ejiciunt , bonis spoliant , perter-  
 „ refaciunt , concutiunt , commi-

„ nantur per se , vel alium , seu  
 „ alios , publicè , vel occultè , qui  
 „ vè alijs quibuscumque personis  
 „ in genere , vel in specie , ne pro  
 „ quibusvis eorum negotijs prole-  
 „ quendis , seu gratijs , vel littens  
 „ impecrandis , ad Romanam Cu-  
 „ riam accedant , aut recursum  
 „ habeant , seu gratias ipsas , vel  
 „ litteras à dicta Sede impetrant ,  
 „ seu impetratis utantur , directe  
 „ vel indirecte prohibere , statut  
 „ re , seu mandare , vel eas apud  
 „ se , aut Notarios , seu Tabellio-  
 „ nes , vel alios quomodolibet re-  
 „ tinere præsumunt .

Notandum 13. Ab Authoribus  
 in tres partes canonem istum di-  
 vidi. Materia primæ partis , est  
 sacrilegium , quo sedis Apostolicæ  
 auctoritas violatur. Primò recur-  
 rendo ad Curias sæculares , & lai-  
 cam potestatem , prætextu frivolo  
 appellatiois à gravamine , vel fu-  
 tura executione litterarum Apo-  
 stolicarum. secundò , faciendo ad-  
 mitti hujusmodi appellations à  
 laica potestate , instantē etiam Fisci  
 Procuratore , & Advocato. Ter-  
 tiò , faciendo capi , vel retineri præ-  
 dictas litteras ab eadem laica po-  
 testate. Materia secundæ partis  
 istius canonis est Sacrilegium , quod  
 committitur. Primò simpliciter  
 impediendo litterarum Apostolicarum  
 executionem , idest , impe-  
 diendo sine ulla conditione , vel  
 clausula , ne præfatæ litteræ exe-  
 cutioni tradantur. Secundò im-  
 pe-  
 diendi  
 cet præ-  
 manden-  
 tensu , ve-  
 Materia  
 nis , est  
 Apostoli-  
 aliqua iſi-  
 est præſu-  
 prohibe-  
 in gener-  
 Romana  
 cursum  
 negotijs  
 vel litter-  
 tias ipsas  
 stolica in-  
 utatur  
 predicta  
 vel apu-  
 vel alias  
 hujus ce-  
 præfata  
 fice eas  
 ca , live  
 per alio  
 Grav-  
 hujus c-  
 Spania ,  
 teras A-  
 ac ab e-  
 tione :  
 vel fac-  
 liceat ,  
 nis ma-  
 pendio  
 stringi  
 eto tra-  
 quitur

im, seu  
ltè, qui  
personis  
ne pro  
js prof.  
l litteris  
ain Cu  
ecursum  
fas, vel  
petrent,  
directè,  
, statue  
as apud  
abellio  
libet re  
horibus  
um di  
tis, est  
ostolica  
b recur  
, & la  
frivola  
vel fu  
n Apo  
do ad  
ones à  
m Fisi  
Ter  
ri præ  
ca po  
partis  
, quod  
sliciter  
tolica  
impe  
, vel  
e ex  
ò im  
pe  
pediendo secundum quid, ne scilicet prædictæ litteræ executioni mandentur sine beneplacito, consensu, vel examine potestatis laicæ. Materia tertiae partis hujus canonis, est sacrilegium contra sedem Apostolicam, quod committitur aliqua istarum actionum. Prima est præsumere directè, vel indirectè prohibere, statuere, aut mandare in genere, vel in specie, ne quis ad Romanam Curiam accedat, vel recursum habeat pro quibusvis ejus negotijs prosequendis, seu gratijs, vel litteris impetrans, seu ne gratias ipsas, vel litteras à sede Apostolica impetrat, seu ne impetratis utatur. Secunda est præsumere predictas litteras apud se retinere, vel apud Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet. Subjectum hujus censuræ sunt omnes illi, qui præfatas actiones præstant, amplia, sive eas præstent auctoritate publica, sive privata, sive per se, sive per alios, sive publicè, sive occultè. Gravissima, ac agitatissima est hujus canonis materia; quia in Hispania, & Gallia consilia aliquas litteras Apostolicas retinere solent, ac ab earum gravamine, & executione appellationem admittunt, vel faciunt admissi. Utrum hoc licet, vel ne, prolixæ disputatio- nis materia est, ac proinde in compendioso hoc notando nequit restringi: quare Suarez de hoc punto tractare intermisit, eumque sequitur leander à Sacramento tom.

4. tract. 3. disp. 13. quest. unic. Videatur Bonacina tom. 3. disp. 1. de Censur. in Bulla Cœnæ Domini quest. 14. punct. 1. & seq. Fillius tom. 1. tract. 16. & 6. de censur. in particulari cap. 8. quest. 4. & sequent. num. 192. Castro Palau tom. 6. tract. 29. de censur. disp. 3. punct. 14. per totum.

### §. XV.

## De Decima Quarta Ex- communicatione Bullæ Cœnæ.

Textus Bullæ: „ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios auctoritate propria, ac defacto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolica carum praetextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis auocant, illorumque cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequentes, impediunt, ac se de illarum cognitione tangent, quam Judices interponunt. Quive partes Actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitions, aut alias litteras in eis decretas, aut ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos „ ta-

„ tales prohibitiones emanarunt à  
 „ censuris, & poenis in illis conten-  
 „ tis absolvi, per statum, vel alias  
 „ compellunt, vel executionem  
 „ litterarum Apostolicarum, seu  
 „ executorialium processuum, &  
 „ Decretorum prædictorum quo-  
 „ modolibet impediunt, vel suum  
 „ ad id favorem, consilium, aut  
 „ assensum præstant, etiam præ-  
 „ textu violentiae prohibendæ, vel  
 „ aliarum prætensionum, seu etiam  
 „ donec ipsi ad Nos informando,  
 „ ut dicunt, supplicaverint, aut  
 „ supplicari fecerint; nisi suppli-  
 „ cantes hujusmodi coram nobis,  
 „ & sede Apostolica legitimè pro-  
 „ sequantur, etiamsi talia commit-  
 „ tentes fuerint Præsidentes Can-  
 „ celliarum, Consiliorum, Par-  
 „ lamentorum, Cancellarij, Vice-  
 „ cancellarij, Consiliarij, Ordina-  
 „ rij, vel Extraordinarij quorum-  
 „ cumque Principum sacerularium;  
 „ etiamsi Imperiali, Regali, Du-  
 „ cali, vel alia quacumque præ-  
 „ fulgeant dignitate, aut Archie-  
 „ piscopi, Abbates, Commenda-  
 „ tarij, seu Vicarij fuerint.

Notandum 14. Materiam pri-  
 mariam, & principalem hujus Cen-  
 suræ esse Sacrilegium, quo sedes  
 Apostolica in sua Jurisdictione vio-  
 latur per aliquas actiones in hoc  
 canone expressas. Actiones autem  
2. Liberum est : " quod positis omnibus requisitis ad agendum potest adhuc non agere. Libertas dividitur in libertatem contrarietatis, & contradictionis; illa est indifferentia ad duos actus contrarios. v. g. ad amorem, & odium; haec est indifferentia ad actum, vel eius omissionem : v. g. ad amorem, vel omissionem amoris, ad odium, vel omissionem odij. Liberum potest esse, vel circa rem bonam v. g. orationem, eleemosynam &c. vel circa rem indifferentem, ex obiecto, ut sunt comedere, bibere, dormire, deambulare &c. vel circa rem malam, ut sunt furari, murmurare, maledicere, &c. ad hoc ut actio sit peccaminosa, seu peccatum, necessario debet esse dare mala opposita alicui legi etiam existimata per dictamen conscientie, quæ erroneè putet esse peccatum, quod revera non est ; de qua in §. sequenti loquar.

## §. IV.

De Lege existimata, aut conscientia, ejusque speciebus.

3. **Conscientia :** " est judicium rationis practicum, dictans, quid faciendum sit, tanquam bonum, vel honestum; vel quid omittendum tanquam malum, vel inhonestum. Dividitur in practicam, & speculativam, rectam,

& erroneam, probabilem, dubiam, & scrupulosam; erronea subdividitur in vincibilem, & in invincibilem.

4. **Conscientia speculativa :** " est " judicium, quod universaliter do- " cet quid faciendum, vel omit- " tendum sit :

5. **Conscientia practica :** " est " judicium, quod singulariter do- " cet, quod hic, & nunc faciendū, " vel omittendum est.

6. **Conscientia recta :** " Est ju- " dicium dictans rem veram.

7. **Conscientia erronea :** " Est " judicium dictans rem falsam.

8. **Conscientia probabilis :** " Est " judicium ; quod innititur ratio- " nabilis fundamento cum formi- " dine.

9. **Conscientia dubia :** " Est su- " spensio judicij circa bonitatem, " vel malitiam actus.

10. **Conscientia scrupulosa :** " Est " levis suspicio ex inanibus funda- " mentis putans peccatum esse, " quod tale non est.

11. **Conscientia invincibilis :** " Est illa, quæ vinci non potest.

12. **Conscientia vincibilis :** " Est " illa, quæ vinci potest.

## §. V.

De Vera lege, ejusque spe- ciebus.

13. **Lex :** " est ordinatio ratio- " nis ad bonum commune ab eo, " qui curam habet communitatis, " promulgata.

# 500 *Divisio Categorica & Prædicamentalis*

14. Dividitur in affirmativam, & negativam.

Affirmativa : " Est illa, quæ bonum præcipit.

Negativa : " Est illa, quæ malū prohibet.

15. Tam affirmativa, quam negativa subdividitur in naturalem, & positivam.

Lex naturalis : " Est judicium nostræ rationis, quod per lumen nobis ab Auctore naturæ impresum statuimus, quid agere, vel evitare debeamus.

Lex positiva : " Est : quæ à libera legislatoris voluntate imposta est.

16. Lex positiva subdividitur in Divinam, & humānam.

Lex positiva Divina : " Est, quæ à libera DEI voluntate imposta est.

Humana : " quæ imposta est ab hominum voluntate.

17. Lex positiva humana subdividitur in Ecclesiasticam, & Civilēm.

Exclesiastica : " Est, quæ à voluntate Ecclesiastici Superioris imposta est.

Civilis : " quæ imposta est à voluntate sacerularis Superioris.

18. Lex Civilis, & Ecclesiastica dividitur in poenalem, præceptivam, & mixtam.

Lex pœnalis : " Est, quæ imponit aliquam pœnam.

Lex præceptiva : " quæ aliquid præcipit, aut prohibet nullam posita pœna.

Lex mixta : " quæ non tantum præcipit, aut prohibet; verum etiam adjungit transgressoribus poenam.

19. Pœna est duplex, Civilis una, Ecclesiastica altera.

Pœna Civilis : " Est, quæ homines puniunt in temporalibus.

Pœna Ecclesiastica : " quæ homines puniunt in Spiritualibus.

## §. VI.

### *De lege naturali contenta in Decalogo.*

Omnia præcepta Decalogi, sunt de jure, seu lege naturæ, & Divina : De lege quidem naturæ, quoniam omnia, quæ in ipso prohibentur, contraria sunt ipsius lumini rationis naturalis, & omne quod in ipso præcipitur, est conforme dictamini rationis naturalis. Præterea sunt de jure, seu Legi Divina positiva, quoniam omne id, quod opponitur, aut conformatur legi naturali, prohibitum fuit aut præceptum à Deo, quando ministerio Angelorum in duabus tabulis lapideis descripta fuerunt haec decem præcepta, & Moysi tradita. Quare ad majorem claritatem, definitiones Decalogi secundum ordinem suorum præceptorum dividemus.



§. VII.

## VII. De Primo Præcepto.

501

### S. VII.

### Definitiones Primi

#### Præcepti.

In hoc primo Decalogi præcepto verus erga DEUM honos, & amor præscribitur, quod adimpletur per actus virtutum Theologalium, nempe Fidem, Spem, & Charitatem, & per virtutem Religionis.

20. **Fides**: "est virtus supernaturalis, qua credimus veritates à DEO revelatas.

21. **Hæresis** (vitium contrariū): est error pertinax hominis baptizati rebus fidei ex parte contrarius.

22. **Apostasia**: "est error hominis baptizati rebus fidei totum contrarius.

23. **Spes**: "est virtus supernaturalis, qua à DEO gratiam, & eternam gloriam habere præsumimus.

24. Spes habet duo vitia extreme opposita, nempe desperationem, & præsumptionem.

**Desperatio**: "est actus voluntatis, qua homo de missa Beatiudine diffidit.

**Præsumptio**: "est, qua homo nimis de Divina misericordia confusus opera pœnitentiae non curat.

25. **Charitas**: "est actus voluntatis, quo diligitur DEUS propter se, & proximus propter DEUM.

26. **Eleemosyna**: "est actus charitatis, quo miseria proximi sublevatur.

27. **Charitati** opponitur scandalum. **Scandalum**: "est peccatum occasionatum.

28. **Scandalum** est duplex activum, & passivum; **activum**: "est "dictum, vel factum minus rectū, "præbens proximo occasionem ruinæ.

29. **Scandalum passivum**: "est "ipsa ruina proximi ex scandalo "activo causata.

30. **Scandalum activum** dividitur in directum, & indirectum: **Directum**: "est, quando primò, & "per se intenditur ruina proximi, "quod solet appellari peccatum "demoniorum.

**Scandalum indirectum**: "est, "quando primò, & per se intenditur aliquod bonum utile, vel delectabile, & secundariò sequitur ruina proximi.

31. subdividitur etiam scandalum passivum, "in datum, seu pulsorum, & in acceptum, seu Pharisäicum.

**Scandalum Pusillorum**: "est, "quod proximi ignorantia, seu infirmitas patitur ex dicto, vel facto minus recto.

**Scandalum acceptum**, seu Pharisäicum: "est, quando proximus ob sui malitiam scandalizatur ex dicto, vel facto, non malo, nec mali Speciem habente.

32. **Religio**: "Est virtus debi-  
Rrr 3 tum

## 502 *Divisio Categorica, & Prædicamentalis.*

" tum cultum D E O exhibens.

33. Virtuti Religionis opponitur peccatum Sacrilegij, quod sic definitur.

Sacrilegium : " Est violatio alius cuius Sacri.

34. Sacrilegium dividitur in reale, personale, & locale : Sacrilegium reale : " Est violatio rei " Sacræ.

Sacrilegium personale : " Est violatio personæ sacræ.

Sacrilegium locale : " Est violatio loci sacri.

" Supersticio, ejusque species.

35. Opponitur insuper virtuti Religionis superstitionis.

Supersticio : " Est falsa Religio in debitum cultum exhibens.

36. Supersticio dividitur in Divinationem, vanam Observantiā, Magiam, Idololatriam, tentationē DEI, & Maleficium.

37. Divinatio : " Est prædictio ope dæmonis facta circa res humano modo non cognoscibiles.

38. Vana Observatio : " Est tacita dæmonis invocatio, dum aliqua media assumuntur ad intentum finem inefficacia.

39. Magia : " Est potestas inordinata faciendi id, quod vires naturæ superat.

40. Idololatria : " Est quando cultus soli DEO debitus exhibetur creaturæ. & duplex est, materialis una, formalis altera.

Idololatria materialis : " Est, quando honor soli DEO debitus, tri-

" buitur creaturæ, credens in ea nihil Divinum esse.

Idololatria formalis : " Est, quando cultus soli DEO debitus, tri-

" buitur creaturæ, credens in ea quid Divinum esse.

41. Tentatio DEI : " Est dictum, vel factum, quo quis explorat, num DEUS sit potens, sapiens, misericors, vel habeat talem p- fectionem.

42. Maleficium : " Est ars nocendi alijs ope dæmonis.

43. Opponitur etiam virtutile Religionis simonia, quæ sic definitur. Simonia : " Est studiosa voluntas emendi, vel vendendi pretio temporalis rem spirituale, vel spirituali annexam.

44. Simonia dividitur in mentalem, conventionalem, & realem.

Mentalis : " Est, quando intenditur pretio temporali aliquid spirituale : id tamen nondum in pactum est adductum.

Conventionalis : " Est contratenus, quo paciscitur de re spirituali pro temporali, sine reali traditione alterutrius.

Realis : " Est traditio rei temporalis pro spirituali, vi anterioris pacti facta.

45. Simonia mentalis dividitur in purè mentalem, & in mixtam ex mentali, & conventionali. Purè mentalis : " Est, quando intentius pro pretio temporali intenditur aliquid spirituale, quin pro aliqua parte aliquid conventionis expressum sit.

Mixta et  
nationalis : " I  
te expre  
spirituale  
ter part  
factum.

46. Sim  
iam dupl  
mixta ex  
i: purè c  
quando  
reddendi  
rali, qui  
sit datum

Mixta :  
parte est  
ex alia n  
le, vel e

Defini

In hoc  
blasphemer  
leditione  
tio præcipi

47 Blas  
convitij

48. Bla  
calis, alia  
calis : " Est  
vel Sand

errorem  
Non ha  
convitij  
nullum

49. Ju  
tio Divin  
tionem

Mixta

## §. VIII. De Secundo Præcepto.

503

Nixta ex mentali, & conventionali: "Est, quando ex una parte expressum est pactum dandi spirituale pro temporali, & ex altera parte nihil est dictum, nec factum.

46. Simonia conventionalis Est iam duplex: purè conventionalis, & mixta ex conventionali, & reali: purè conventionalis : "Est , quando solùm præcessit pactum reddendi spirituale pro temporali, quin ex aliqua parte aliquid sit datum.

Mixta : "Est , quando ex una parte est acceptum spirituale, & ex alia non est datum tempora-  
le, vel econtra.

## §. VIII. Definitiones Secundi Præcepti.

In hoc præcepto prohibentur blasphemiae juramenta, & maledictiones, & votorum adimple-  
tio præcipitur,

47. Blasphemia "Est verbum convitij in DEUM, vel Sanctos.

48. Blasphemia alia est hæreti-  
calis, alia non hæreticalis: hæreti-  
calis "Est verbū convitij in Deum vel Sanctos, continens aliquem errorem in fide.

Non hæreticalis "Est verbum convitij in DEUM, vel Sanctos, nullum in fide errorē continens.

49. Juramentum "Est invoca-  
tio Divini testimonij in confirma-  
tionem alicujus rei.

Dividitur in Juramentum assertorium, promissorium, execratorium, & comminatorium.

50. Juramentum assertorium, seu contestatorium "Est invoca-  
" "tio Divini Testimonij in confir-  
" "mationem alicujus rei præteritæ,  
" "vel præsentis v.g. juro per DEUM  
51. Juramentum promissorium  
" "Est invocatio Divini Testimonij  
" "in confirmationem alicujus rei  
" "futuræ, v.g. juro per Deum me  
eleemosynam elargiturum.

52. Juramentum execratorium  
" "Est quando Deus invocatur, ut  
" "Judex , in confirmationem ali-  
" "cujus rei, v.g. Diabolus me ra-  
piat, si hoc verum non est : non  
movear hinc: non revertar domū  
vivus; nunquam mihi aliquid boni  
eveniat, si non faciam hanc rem,  
per animam meam, per vitā meam.

53. Juramentum comminato-  
rium : "Est invocatio Divini Te-  
" "stimonij, qua promittitur aliquod  
" "malum, v.g. juro per DEUM me  
contra Petrum vindicaturum.

Juramentum execratorium: po-  
test esse mixtum ex assertorio, aut  
promissorio, aut comminatorio.

54. Juramentum execratorium  
mixtum ex assertorio : "Est quan-  
" "do Deus invocatur ut Judex, in  
" "confirmationem rei præteritæ,  
" "vel præsentis : v.g. Diabolus me  
rapiat, si heri non audivi Sacrum,  
nunquam Cœlum ingrediar , si ha-  
beo illud , quod à me petit.

55. Juramentum mixtum ex  
execra-

## 504 *Divisio Categorica, & Prædicamentalis.*

execratorio, & promissorio : "Est,  
" quando Deus invocatur ut Judex,  
" in confirmationem alicujus rei  
" futuræ, v.g. Propitia non sit mi-  
hi fortuna in meis negotijs, si non  
faciam talem eleemosynam.

56. Juramentum mixtum ex  
execratorio & coimatorio. "Est  
" quando Deus invocatur, ut Ju-  
dex, ad promittendum aliquod  
malum, v.g. Diabolus me rapiat,  
si Petrum non interficiam.

57. Maledictio : "Est verbum  
" execrativum, quo proximo im-  
precatur aliquod malum: v.g.  
Diabolus te rapiat, moriaris.

58. Maledictio dividitur in ma-  
teriale, & formalem: maledictio  
materialis : "Est verbum execra-  
tivum, quo proximo imprecatur  
aliquod malum, non desideran-  
do ejus effectum.

59. Maledictio formalis : "Est  
verbum execrativum, quo in-  
tentione vera nocendi, impreca-  
tur proximo aliquod malum.

60. Votum: "Est promissio de-  
liberata Deo facta de meliori  
bono.

61. Votum dividitur in absolu-  
tum, & conditionatum; Votum  
absolutum : "Est, quod fit sine ulla  
conditione. Votum condi-  
tionatum : "Quod fit dependenter ab  
aliqua conditione: v.g. voveo  
me eleemosynam facturum, si Pa-  
ter meus ab ista infirmitate evadet.

62. Dividitur etiam in solemne,  
& simplex: Solemne : "Est pro-

" missio Deo facta, & ab Ecclesia  
" acceptata, & in persona Prælati  
" alicujus recepta.

63. Votum simplex : "Est pro-  
" missio Deo facta de meliorib.  
" no sine externa Ecclesiae ac-  
" ptatione.

64. Iterum dividitur in reale,  
personale, & mixtum; Votum rea-  
le: "Est promissio deliberata Deo  
" facta de aliqua re pretio aestima-  
bili, v.g. de eleemosyna facienda.

65. Votum personale ; "Est  
promissio deliberata Deo facta  
de aliqua hominis actione. V.G.  
de peregrinatione instituenda:  
vel de cessatione ab aliquo com-  
modo naturæ, v.g. votum jeju-  
nij, abstinentiæ, castitatis, &c.

66. Votum mixtum : "Est pro-  
missio deliberata Deo facta de  
re, & actione hominis. v.g. vo-  
tum visitandi aliquod Sanctuarium  
ibique eleemosynam erogandi.

67. Vota alia sunt temporalia,  
alia perpetua: Votum perpetuum:  
"Est promissio Deo facta de melio-  
ri bono pro toto vitæ spatio. Vo-  
tum temporale : "Est promissio  
deliberata Deo facta de meliori  
bono ad tempus determinatum  
implenda. v.g. voveo me jeju-  
nare omnibus diebus veneris to-  
tius anni.

68. Postremò dividitur in tota-  
le, & in partiale: Totale : "Est  
promissio deliberata Deo facta  
de omni meliori bono contento  
in aliqua materia: v.g. votum  
totale

Ecclesia  
a Praelati  
Est pro-  
mptior bo-  
niae acce-  
in reale,  
tumrea-  
rata Dio-  
nō aestima-  
facienda  
e; "Est  
DEO facta  
ne. V.G.  
ituenda:  
uo com-  
um jeju-  
&c.  
"Est pro-  
facta de  
v.g. vo-  
tuarium  
andi,  
poralis,  
petuum:  
emelio-  
cio. Vo-  
romissio  
meliori  
minatum  
ne jeju-  
neris to-  
in tota-  
"Est  
eo facta  
ontento  
votum  
totale

totale castitatis per quod prohibe-  
tur omnis actus venereus illicitus,  
 cogitatione , verbo & opere comp-  
letus, ut fornicatio , pollutio &c.  
aut Licitus, ut matrimonium con-  
trahere.

69. Votum partiale : est promis-  
sio deliberata Deo facta de aliqua  
parte materiae melioris boni. v.g.  
votum non contrahendi matrimo-  
nium, votum non polluendi.

Quot modis tollatur obligatio  
voti Quatuor modis tollitur  
obligatio voti , nempe per dispensationem , per commutationem ,  
per irritationem , per cessationem  
aut mutationem materiae.

70. Dispensatio : " Est absoluta  
obligationis voti condonatio, no-  
mine DEI facta à legitimo Su-  
periore.

71. Commutatio : " Est substi-  
tutio alicujus operis honesti, lo-  
co illius , quod voto promissum  
erat, sub eadem obligatione.

72. Irritatio : " Est obligationis  
voti relaxatio. Et hæc duplex est,  
directa, & indirecta : Directa : " Est  
obligationis voti relaxatio facta  
a Superiore virtute Dominij in  
voluntatem subditi. v.g. Pater  
vota filiorum emissa ante puberta-  
tem irritat, & maritus vota uxori  
is constante matrimonio emissa,  
a implenda irritat , ratione Domini  
quod habet super ipsam , tutor  
pupillos , Praelatus in subditos.  
Irritatio indirecta : " Est obliga-  
tionis voti relaxatio , quia ejus

" materia est in præjudicium partis  
v.g. Dominus irritat votum , quod  
servus emisit de peregrinatione fa-  
cienda, quia per hanc ab obsequio  
Dominii subtrahitur. Mulier , quæ  
irritat votum mariti longæ pere-  
grinationis , quia juri suo præjudi-  
cat.

73. Cessatio materiae : " Est,  
" quando voti materia , vel finita,  
" vel consumpta est quemadmo-  
dum ille , qui vovit dare calicem  
pro eleemosyna, si hic furto aufe-  
ratur , cessat obligatio voti , quia  
cessat voti materia. Ita ille , qui  
emisit votum jejunandi omnibus  
sextis ferijs unius anni: transacto  
anno cessat obligatio voti, quia ces-  
sat materia ejusdem.

74. Mutatio materiae : " Est,  
" quando materia voti facta est im-  
possibilis , mala , vel minus bona.  
v.g. si quis emisit votum pedestri  
peregrinandi Romam , superveniente  
paralisi cessat obligatio ,  
quia voti materia facta est impossi-  
bilis. Item si quis emisit votum vi-  
sitandi aliquod Sanctuarium, penes  
quod habitant mulieres , & quan-  
documque illuc pergit, labitur in  
aliquod peccatum , in hoc casu  
cessat obligatio voti, quia voti ma-  
teria effecta est mala.

75. Ad hoc præceptum spectat  
etiam perjurium, quod sic defini-  
tur : " Est invocatio rei Sacrae , cu-  
" jus interventu , & reverentia in-  
" tendimus cogere aliquem ad ali-  
" quid faciendum vel dicendum :  
Sss Sicut

Sicut quando Caiphas dixit Christo Domino : " adjuro te per DEUM vivum , ut dicas nobis , si tu es Christus. Matth. cap. 16. sic etiam quando dicitur: adjuro te per DEUM vivum , ut dicas mihi hanc , vel aliam rem.

### **§. IX.** *Definitiones Tertij Præcepti.*

76. In hoc præcepto præcipitur observantia Festorum , quæ definitur hoc modo. Observantia Festorum : " Est cultus Deo exhibitus per auditionem Missæ , & abstinentiam ab omni opere servili.

77. Missa: " Est sacrificium sollemnne, quo sub speciebus panis , & vini offertur Deo Corpus , & Sanguis Domini Nostri JESU Christi.

78. Opus servile (quod prohibetur diebus Festivis) " Est ille labor , qui à servis communiter fieri solet , v. g. consuere , arare , ferrare , &c.

79. Opus liberale (quod non est vetitum diebus Festivis) " Est ille labor , qui à liberis , non à servis fieri solet , vel aliter: Est ille labor , qui potius mentis fatigatio ne quam corporis exercetur , v. g. studere , &c.

80. Audire Missam: " Est assistance præsentialiter ad Missæ celebrationem interna animæ intentione , & corporis externa circumspectione.

### *Definitiones Quarti Præcepti.*

In hoc præcepto præcipitur obedientia , reverentia , & amor erga Parentes , & superiores.

81. Obedientia : " Est virtus , quæ promptum facit hominem ad implendum mandatum Superioris ut tale est.

82. Reverentia , seu respectus: " Est cultus externus , quo profitemur Superioris excellentiam , seu dignitatem.

83. Amor: " Est actus pietatis , quo Genitores , aliasque Superiores speciali affectu prosequimur.

**§. XI.**

### *Definitiones Quinti Præcepti.*

In hoc præcepto prohibetur odium homicidium , Duellum , & bellum iustum.

84. Odium : " Est velle alicui malum , quia malum illi est.

85. Homicidium : " Est iusta hominis occisio.

86. Duellum : " Est duorum , vel plurium certamen ex condicione , seu ex conventione susceptum.

87. Bellum : " Est publica pugna Principis imperio ad offensionem , vel defensionem sucepta.

*§. XII,*

*Definitiones Sexti*

*Præcepti.*

[N] hoc Præcepto inhibetur omnis actus luxuriæ.

88. Luxuria : "Est inordinatus appetitus venereorum.

89. Simplex Fornicatio : "Est accessus soluti ad solutam

90. Stuprum : "Est violatio Virginis ipsa renuente.

91. Raptus : "Est abductio fœminæ (Virginis, vel corruptæ) per vim de uno loco in alium, causa libidinis captandæ.

92. Incestus : "Est accessus inter consanguineos, vel affines intraquartum gradum.

93. Adulterium : "Est alieni Thori violatio, vel est accessus ad alienam.

94. Sacrilegium : "Est quilibet actus luxuriæ, quo violatur votum castitatis.

95. Peccatum contra naturam : Est innaturalis usus concupiscentiæ.

96. Pollutio : "Est humani seminis effusio extra vas aptum generationi.

97. Sodomia : "Est coitus inter personas ejusdem sexus.

98. Bestialitas : "Est coitus cum individuo alterius speciei.

99. Occasio proxima : "Est illa in qua homo est in morali periculo peccandi.

*§. XIII.*

*Definitiones Septimi*

*Præcepti.*

[I]N hoc præcepto prohibetur quodlibet furtum, injusta damnificatio, & contractus iniquus, & præcipitur restitutio, hocque totū à justitia.

100. Justitia : "Est virtus moralis jus suū unicuique tribuens. Dividitur in commutativam, Legalem, & distributivam.

101. Justitia commutativa : "Est, qua pars parti tribuit, quod suum est, secundūm æqualitatem rei ad rem.

102. Justitia Legalis : "Est, qua partes reddunt Communitatī, quod ei debetur.

103. Justitia distributiva : "Est, qua Superior dat inferioribus, quæ ipsis juxta merita sua debentur.

104. Furtum : "Est occulta rei alienæ ablato invito rationabiliter Domino.

105. Rapina : "Est injusta rei alienæ ablato vidente, & tentante Domino.

106. Injusta damnificatio : "Est in proximi bonis Læsio, ex nostra actione, vel omissione fecuta.

107. Contractus ; "Est pactum, ex quo ultrò, citrōque oritur obligatio: id est: Est pactum, ex quo duæ partes obligatæ manent ad implendam rem promisam.

lam. Contractus alij sunt innomini-  
nati, alij nominati.

108. Contractus innominatus :  
" Est, quod non habet proprium  
" nomen quo ab alijs distinguitur:  
Et quatuor nominantur ; " do, ut  
" des; facio, ut facias; do, ut fa-  
" cias; facio, ut des.

109. Contractus nominatus :  
" Est, quod habet speciale nomen  
" quo ab alijs distinguitur; Ut ven-  
ditio, emptio &c. Contractus no-  
minatus dividitur in lucrativum,  
& onerosum.

110. Contractus Lucrativus :  
" Est, in quo ex una parte aliquid  
" fit, altera nihil præstante. Ut do-  
natio, promissio, commodatum,  
& precarium.

111. Contractus onerosus : " Est  
" in quo ex ambabus partibus ali-  
" quid præstatur; ut emptio, ven-  
ditio, mutuum. Locatio, deposi-  
tum, Societas, Census, emphiteu-  
sis, & Ludus.

112. Donatio : " Est datio libe-  
ralis.

113. Promissio : " Est gratuita  
" rei oblato in futurum.

114. Commodatum : " Est li-  
beralis concessio usus rei ad tem-  
pus determinatum, sine transla-  
tione Dominij.

115. Precarium : " Est liberalis  
" concessio usus rei, quo ad usque  
" Domino placuerit, sine transla-  
tione Dominij.

116. Emptio : " Est traditio pre-  
tij pro merce.

117 Venditio : " Est traditio mer-  
" cis pro pretio.

118. Mutuum ? " Est, quod ex  
" meo fit tuum, vel est traditio rei  
" cum translatione dominij, cum  
" onere restituendi ad tempus in  
" æquivalentibus.

119. Locatio : " Est contractus,  
" quo res, vel persona conceditur  
" ad usum, vel fructum pro pretio.  
v. g. Locatio personarum, Do-  
mum, agrorum, & animalium.

120. Depositum : " Est traditio  
" rei ad Custodiam absque usu,  
" vel pro pretio, vel sine illo:

121. Societas : " Est duorum,  
" vel plurium conventio honeste  
" contracta ob uberiorem qua-  
" stum & commodiorem usum.

122. Census : " Est jus perci-

" piendi annuam pensionem exre,

" vel persona alterius.

123. Emphiteusis : " Est con-  
tractus, quo res immobilis tra-  
ditur alteri, quo ad dominium  
tantum utile, cum onere sol-  
vendi annuam, & determinatam  
pensionem.

124. Cambium : " Est traditio  
pecuniae pro pecunia, cum cer-  
to lucro ultra sortem.

125. Assicuratio : " Est contra-  
ctus quo quis alienæ rei pericu-  
lum in se suscipit, cum onere  
eam compensandi, si pereat.

126. Ludus : " Est contractus,  
quo ludentes paciscuntur, ut  
victori cedat, quod uterque de-  
posuit.

127. *Pignus* : "Est contractus, quo debitor dat creditori rem mobilem, vel immobilem, ut sit pro debito obligata.

128. *Fidejussio* : "Est contractus: quo quis alienam obligationem suscipit implendam, si debitor principalis non solverit.

129. *Monopolium* : "Est conventionis Mercatorum emendi, vel abscondendi merces, ut augeatur pretium.

130. *Usura* : "Est lucrum ex mutuo: & est duplex palliata, & manifesta.

131. *Usura palliata* : "Est lucrum proveniens ex formalis, sed ex alio contractu, in quo virtuiter includitur mutuum.

132. *Usura manifesta* : "Est lucrum proveniens ex formalis, & expresso contractu mutui. Subdividitur in mentalem, & realem.

133. *Usura mentalis* : "Est quando datur mutuum sine pacto exteriori lucri, sed retenta spe ipsius lucri in animo.

134. *Usura realis* : "Quando intervenit in mutuo pactum expressum, vel tacitum, signis, vel verbis manifestum.

## *S. XIV.*

### *Definitiones Octavi Precepti.*

In hoc præcepto inhibitentur suspicções, judicia temeraria, de-

tractiones, susurrations, irrisiones, & contumeliae, Mendacia, & vanæ curiositates.

135. *Suspicio* : "Est assensus in-choatus cum formidine contrariae partis.

136. *Judicium temerarium*: "Est firmus assensus de aliqua re mala ex levibus fundamentis assumptus.

137. *Detractio, vel murmuratio* : "Est injusta famæ denigratio.

138. *Contumelia* : "Est injusta honoris diminutio.

139. *Fama* : "Est opinio, seu bona existimatio de proximi excellentia.

140. *Honor* : "Est exterior testificatio alterius excellentiae verbis, vel signis honorificis facta.

141. *Susurratio* : "Est occulta oblocutio contra proximum, eo animo dicta, ut oriatur discordia inter amicos.

142. *Subfannatio* : "Est irrisio de proximo naribus, alterove signo facta.

143. *Derisio* : "Est, quando proximus rubore, & verecundia suffunditur, paceque, & Serenitate conscientiae privatur.

144. *Mendacium* : "Est verbū falsum seu locutio contra mentem.

145. *Curiositas* : "Est superflua diligentia circa res inutiles, vel illius circumstantias.

## 510 §. XV. & XVI. Definit. Sacramentorum.

Definitiones spectantes ad nonum,  
& decimum præceptum invenien-  
tur in Sexto. & Septimo.

### §. XV.

#### De Lege positiva Divina.

ExPLICATA jam parte Categorica,  
quæ ad legem Divinam natu-  
ralem pertinet, explicandum re-  
manet illud, quod ad legem Divi-  
nam positivam spectat; De qua in  
§. sequenti.

Lex Divina positiva tria præci-  
pit; primò, actus virtutum Theo-  
logicarum, de quibus actum est in  
primo præcepto. Secundò. Exe-  
cutionem votorum, quod pariter  
tractatum est in secundo præcepto.  
Tertiò administrationem, & per-  
ceptionem Sacramentorum, & ce-  
lebrationem Sacrificij Missæ. de  
quibus in præsenti.

### §. XVI.

#### Definitio Sacramentorum

146. Sacramentum in communi:  
" " Est signum Sensibile,  
" & practicum rei sacræ sanctific-  
" antis. dantur res, quæ sunt" Sa-  
" cramentum tantum, aliæ, quæ  
sunt" res, & Sacramentum simul.

147. Sacramentum tantum:  
" Est, quod significat, & non sig-  
" nificantur; ut sunt verba, & for-  
ma Sacramentorum, quæ signifi-  
cant gratiam, ipse vero ab alia re  
non significantur.

148. Restantum: " Est, quod  
significatur, & non significat: ut

gratia Sacramentorum, quæ per eo-  
rum formas significatur, & illa nul-  
lam rem significat.

149. Res, & Sacramentum si-  
mul: " Est, quod significat: ut  
character, qui per Sacramentum  
significatur, tanquam per suam cau-  
sam, & ille significat irreiteratione  
ipsiusmet Sacramenti, tanquam  
suum effectum.

Sacramentum in communi divi-  
ditur in Sacramentum vivorum, &  
mortuorum.

150. Sacramentum mortuo-  
rum: " Est, quod per se causat  
" primam gratiam, & per accidentis  
" potest causare secundam; ut Bap-  
" tismus & Pœnitentia.

151. Sacramentum vivorum:  
" Est: quod causat per se secun-  
" dam gratiam, & per accidentis  
" potest causare primam; ut Euc-  
haristia, ordo, Extrema uncio,  
confirmatio, & Matrimonium.

Quodlibet Sacramentum habet  
duas definitiones, Physicam unam,  
metaphysicam alteram.

152. Definitio Physica: " Est  
" oratio explicans essentiam rei  
" per partes Physicas.

153. Definitio metaphysica: " Est  
" oratio explicans essentialia, seu  
metaphysica.

Aliqua Sacra menta imprimunt  
characterem, aliqua vero non.

Quæ imprimunt characterem,  
iterari non possunt v. g. Baptismus,  
Confirmatio, & ordo. secus vero  
de non imprimentibus charactere;

ut sunt  
Extrem

154.

" inde

" in rec

" matic

155.

" Est at

" Età fu

rumb.

" Est Sa

titutu

" satiuu

Ejus ma

forma:

" Patris,

Amen.

156.

" Est sig

cta in f

ma pra

taphysic

vælegi

mino

borationi

Ejus n

fectum e

Episop

signo t

firmote

mine P

Sancti

Episco

157.

virtus: )

ta mala

do iter

Quatenu

sunt ac

ut sunt poenitentia, Eucharistia,  
Extrema Unctio, Matrimonium.

154. Character : "Est signum  
indeleibile in anima impressum  
in receptione Baptismi, Confir-  
mationis, & Ordinis.

155. Baptismi definitio Physica:  
"Est ablutio corporis exterior fa-  
cta sub forma præscripta verbo-  
rum. Definitio metaphysica :  
"Est Sacramentum novæ legis in-  
stitutum à Christo Domino, cau-  
satuum gratiæ regenerativæ.  
Eius materia est aqua naturalis ;  
forma : "Ego te baptizo in Nomine  
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.  
Amen.

156. Confirmatio (Physicè:) :  
"Est signatio hominis baptizati fa-  
cta in fronte ab Episcopo sub for-  
ma præscripta verborum. ( me-  
taphysicè:) "Est Sacramentum no-  
væ legis institutum à Christo Do-  
mino causatum gratiæ corroborati-  
væ.

Eius materia, est Chrisma con-  
fectum ex oleo, & balsamo, & ab  
Episcopo consecratum, ejus forma,  
signo te signo Crucis, & Con-  
firmo te Chrismate salutis: in No-  
mine Patris, & Filij & Spiritus  
Sancti Amen. Eius Minister est  
Episcopus,

157. Poenitentia (quatenus  
virtus:) "Est virtus, qua præteri-  
ta mala plangimus, ut plangen-  
do iterum non committamus.  
Quatenus Sacramentum (Physicè)  
sunt actus poenitentis sub præf-

"cripta forma verborum à Sacer-  
dote jurisdictionem habente pro-  
lata (metaphysicè) "Est Sacra-  
mentum novæ legis institutum  
à Christo Domino, causativum  
gratiæ remissivæ peccatorum  
post Baptismum commissorum  
(& secundum aliquos) vel in ip-  
sius receptione.

Eius materia remota necessaria  
sunt peccata mortalia, nondum  
legitimè confessa; voluntaria, aut  
sufficiens sunt peccata venialia,  
confessa, aut non confessa & mor-  
talia jam legitimè confessa. Eius  
materia proxima sunt actus poenit-  
tentis : "Oris confessio, cordis  
contritio, & operis satisfactio.

158 Confessio : Est exterior  
peccati manifestatio verbis, vel  
signis facta coram legitimo Mi-  
nistro.

Dolor est duplex, contritio per-  
fecta, & Attritio, quæ est contri-  
tio quædam imperfæcta.

159 Contritio perfecta : "Est  
dolor de peccatis propter Deum  
summè dilectum, cum proposi-  
to non peccandi de cætero.

160. Attritio : "Est dolor de  
peccatis propter timorem infer-  
ni, vel horrorem peccati, cum  
proposito nō peccandi de cætero.

161. Satisfactio : "Est operis à  
Confessario injuncti in poenam  
peccatorum justa impletio.

162. Jurisdicçio : "Est potestas,  
quam habent Sacerdotes ligan-

## 512 *S. XVI. Definitiones Sacramentorum.*

” di, atque solvendi, & duplex est,  
” ordinaria, & delegata.

163. Jurisdictio ordinaria: ” Est  
” illa, quæ est annexa officio cu-  
” ram animarum habenti.

164. Jurisdictio delegata: ” Est  
” quæ committitur ab eo, qui ju-  
” risdictionem ordinariam habet.  
” Forma: Ego te absolvo à pecca-  
” tis tuis.

165. Reservatio casuum: ” Est  
” subtractio jurisdictionis circa ab-  
” solutionem alicujus casus.

166. Indulgentia: ” Est gratia  
” qua certo aliquo opere injuncto  
” poena temporalis, pro peccato  
” debita, remittitur.

167. Jubilæum: ” Est remissio  
” poenæ temporalis pro peccato  
” debitæ, & Privilegium dispen-  
” sandi, commutandi, vel absol-  
” vendi à Censuris, juxta ipsius re-  
” scripti tenorem.

168. Sigillum: ” Est indispensa-  
” bilis, & strictissima obligatio ta-  
” cendi, quæ in confessione audiun-  
” tur circa absolutionem Sacra-  
” mentalem.

169. Eucharistiæ (Physicè)  
” sunt species panis, & vini conse-  
” crati, sub præscripta forma ver-  
” borum (Metaphysicè) ” Est Sacra-  
” mentum novæ Legis, institutum  
” à Christo Domino, causativum  
” gratiæ cibativæ. Materia remota,  
” seu ex qua est panis frumenti, & vi-  
” num vitis. Proxima, seu quæ, sunt  
” species, seu accidentia panis, &  
” vini. Forma: ” Hoc est corpus

” meum. Hic est calix sanguinis  
” mei. Minister quo ad consecratio-  
” nem est solus Sacerdos; quo ad  
” dispensationem verò Diaconus esse  
” potest, in casu tamen necessitatis,  
” & cum licentia Parochi. Eucha-  
” ristiæ considerari etiam potest ut Sa-  
” crificium.

170. Sacrificium: ” Est mutatio  
” alicujus rei facta in honorem su-  
” premæ excellentiæ cum debita  
” Solemnitate.

171. Missa: Est Sacrificium con-  
” sistens in consecratione panis, &  
” vini.

172. Stipendium: ” Est onero-  
” sa eleemosyna errogata Ministro,  
” propter officium ad ejus congrua  
” sustentationem.

173. Extrema Unctio: (physi-  
” cè) ” Est unctio hominis infirmi,  
” facta à Sacerdote sub præscripta  
” forma verborum. (metaphysicè)  
” Est Sacramentum novæ legis in-  
” stitutum à Christo Domino, cau-  
” sativum gratiæ remissivè reliquo-  
” rum peccatorum. Materia re-  
” mota, Est oleum benedictum ab  
Episcopo; proxima est ipsamet  
unctio: Forma sunt verba: ” per  
istam Sanctam unctionem &c.  
Minister est solus sacerdos,

174. Ordo (physicè) ” Est sig-  
” naculum quoddam, quo spiri-  
” tualis potestas traditur circa Euc-  
” haristiam ritè administrandam.  
(metaphysicè) ” Est Sacramentum  
” novæ legis institutum à Christo  
” Domino causativum gratiæ pote-  
” stativæ.

Mate-  
dinis,   
quod o-  
in signu-  
recipiunt  
dimem e-  
quismo-  
ordinar-  
ab ordi-  
que ab  
peratice  
potestat-  
tur autem  
ti modis  
tur ordi-  
refuseep-  
liter sub-  
Episcop-  
Ordi-  
non Sac-  
tri sunt  
Exorcifi-  
tri verò  
tonatus  
175.  
do, fed  
definitiu-  
nes, q-  
capax  
gaude-  
176.  
quo ob-  
excluder-  
mittere  
ad audi-  
Eius ma-  
proxima-  
ma, sun-  
tionem n-

Materia remota Sacramenti ordinis, est instrumentum aliquod, quod ordinibus initiandis traditur in signum potestis spiritualis, quam recipiunt, ut instrumento suo ordinem exequantur: proxima, est eiusmodi instrumenti traditio ab ordinante, & ejusmodi acceptatio ab ordinando. Forma sunt verba, quæ ab Episcopo proferuntur imperativo modo, cum expressione potestatis, quæ consertur. adhibetur autem forma hujus Sacramenti modo imperativo, ut ostendatur ordinatum debere fungi munere suscepito: ne videatur illud iniuriter suscepisse. Minister est solus Episcopus.

Ordines sunt septem, quatuor non Sacri, & tres Sacri. Non Sacri sunt: Ostiarius, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolytatus. Sacri vero sunt, subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus.

175. Prima Tonsura non est ordo, sed dispositio ad ordines, & sic definitur:

"Est dispositio ad ordines, qua tonsuratus fit Clericus, capax beneficij Ecclesiastici, & gaudet privilegio fori, & Canonis.

176. Ostiarius: "Est ordo, in quo ordinato traduntur claves ad excludendum indignos, & admittendum dignos in Ecclesiam ad audiendum Missæ Sacrificium. Ejus materia remota sunt claves: proxima est traditio earum: Forma, sunt verba Episcopi ad traditionem materiæ prolata.

177. Lectoratus: "Est potestas, "qua ordinatus in Lectorem potest legere prophetias, & Lectiones in Choro. Ejus materia remota est liber Prophetie. Proxima est traditio ejusdem. Forma sunt verba Episcopi ad traditionem materiæ prolata.

178. Exorcistatus: "Est potestas, qua ordinatus in exorcistam potest expellere Dæmones à corporibus hominum. Ejus materia remota est liber exorcismorum, proxima est ejusdem libri traditio. Forma sunt verba Episcopi ad traditionem materiæ prolata.

179. Acolytatus: "Est potestas, "qua ordinatus in Acolytum potest portare candelabrum cum Cereo, & urceolos vacuos. Ejus materia remota est candelabrum, cum Cereo extincto, & urceoli vacui. Proxima est eorumdem traditio. Forma sunt verba Episcopi ad traditionem materiarum prolata.

180. Subdiaconatus: "Est potestas, per quam ordinatus in Subdiaconum potest publicè cantare Epistolas, & ministrare in Altari calicem vacuum, cum patena etiam vacua. Ejus materia remota, est liber Epistolarum, calix vacuus cum patena superposita. Proxima eorumdem traditio. Forma sunt verba Episcopi ad traditionem materiæ prolata.

181. Diaconatus: "Est potestas, "qua ordinatus in Diaconum potest

test publicè cantare Evangelium,  
ministrare in Altari calicem cum  
vino, & patenam cum pane. Ejus  
materia remota est liber Evange-  
liorum, Calix cum vino, & pate-  
na cum pane: Proxima est traditio  
eorumdem, Forma sunt verba Epi-  
scopi ad traditionem materiæ pro-  
lata.

182. Presbyteratus: "Est pot-  
estas, per quam ordinatus in Sacer-  
dotem potest consecrare corpus  
& Sanguinem Christi Domini, &  
absolvere à peccatis. Ejus mate-  
ria remota est calix præparatus  
cum vino, & aqua, & patena cum  
hostia. Proxima est eorumdem  
traditio. Forma sunt verba Episco-  
pi ad traditionem materiæ prolata.  
Minister omnium ordinum est Epi-  
scopus.

183. Matrimonium (quatenus  
contractus) "Est conjunctio viri, &  
foeminae inter legitimas personas  
individuum vitæ ordinem reti-  
nens. Quatenus Sacramentum  
(Metaphysice) "Est Sacramentum  
novæ legis institutum à Christo  
Domino causativum gratiæ uniti-  
væ. (Physicè) est mutuus con-  
sensus contrahentium sub præ-  
scripta forma verborum talem  
consensum exprimentium. Mi-  
nister sunt ipsimet contrahentes:  
materia remota sunt corpora con-  
trahentium: proxima est consen-  
sus mutuus: Forma vero est acce-  
ptatio eorumdem expressa per ver-  
ba, vel signa.

184. Sponsalia: "Sunt mutua  
promissio de futuro matrimonio  
inter personas jure habiles.

185. Impedimentum impediens:  
"Est illud, cum quo, si matrimo-  
nium contrahatur, est validum,  
sed illicitum.

186. Impedimentum dirimens:  
"Est illud, quo matrimonium, si  
contrahitur, nec validum necli-  
citum est.

187. Divortium: "Est legiti-  
ma conjugum separatio quo ad  
thorum, & habitationem auto-  
ritate Judicis facta.

Tria requiruntur ad valorem  
Sacramentorum, nempe materia,  
forma, & intentio.

188. Materia: "Est illa, <sup>supra</sup>  
quam cadit forma, & triplex est:  
nulla, certa, & dubia.

189. Materia nulla: "Est illa,  
qua posita, non fit validum Sa-  
cramentum. Ut si quis v.g. bapti-  
zaret cum vino, vel consecraret  
cum aqua.

190. Materia certa: "Est illa,  
qua posita fit validum Sacra-  
mentum. v. g. Baptismus, administra-  
tus cum aqua, & Eucharistia cum  
pane frumenti.

191. Materia dubia: "Est illa,  
qua posita fit dubium Sacra-  
mentum. Ut Baptismus administratus  
cum Lixivia, aut cum aqua artifi-  
ciali, & Confessio cum peccato  
dubio.

Forma, & Materia mutari po-  
test, vel substantialiter, vel acci-  
den-

dentali  
validum  
mutati

19.

Est, q  
borum  
in Bapt  
folvo  
fessione  
charisti

193.

quanc  
itali se  
cident  
idioma  
lico; u  
aut cali

194.

ficien  
tum  
Ex hac  
is, & h

195.

que h  
Sacra  
196.

fit effe  
tinatur  
ciendur  
197.

fit effe  
rupta  
mentu

De

Ex H  
sialst

dentaliter, si substantialiter, non fit validum Sacramentum, secus si mutatio est solum accidentalis.

192. Mutatio Substantialis: "Est, quando evertitur sensus verborum omnino. Ut si quis v. g. in Baptismo diceret: "Ego te absolvō in nomine Patris, aut in Confessione, ego te baptizo, aut in Eucharistia, hoc est corpus tuum."

193. Mutatio accidentalis: "est, quando retento eodem substanciali sensu, variatur in aliquo accidenti: Ut formam proferre idiomate Latino, Græco, aut Italicō; ut in Baptismo aqua frigida, aut calida, &c.

194. Intentio: "Est animus efficiendi Sacramentum, juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et hæc triplex est, actualis, virtuatis, & habitualis.

195. Intentio actualis: "Est illa, quæ habetur, dum efficitur ipsum Sacramentum.

196. Virtualis: est, quæ præcessit effectiōnem Sacramenti, continuaturque in medijs ad illud efficiendum ordinatis.

197. Habitualis: "quæ præcessit effectiōnem Sacramenti, interruptaque est alio medio ad Sacramentum non ordinato.

## *§. XVII.* *De Lege humana Ec-*

*clesiastica.*

Ex Humana dividitur in Ecclesiasticam, & Civilem, & quia

ad juristas, non ad Theologos de Civili tractare spectat, ideo de Ecclesiastica tantummodo loquemur quæ à judicibus Ecclesiasticis, & à nostra Sancta Matre Ecclesia, in suis quinque præceptis imponitur. De pertinentibus ad secundum præceptum Confessionis jam superiorius explicuimus, quando de Sacramento Pœnitentiae egimus à n. 157. usque ad num. 168. De Specantibus ad tertium præceptum, nempe de Communione annua, jam dictum fuit, cum de Sacramento Eucharistiae disservimus num. 169. & demum de concernentibus primum præceptum audiendi Missam, diximus pariter in §. 9. in tertio præcepto Decalogi, à num. 66. usque ad num. 80. Nunc explicantæ remanent definitiones Quarti, & Quinti præcepti, quæ de jejunio, decimis, & Primitijs loquuntur. Jejunium est duplex naturale, & Ecclesiasticum.

198. Jejunium naturale: "Est perfectissima, & totalis abstinentia ab omni cibo, & potu, & medicina.

199. Jejunium Ecclesiasticum: "Est abstinentia à carnibus, & unicā comedio; Jejunium Ecclesiasticum dividitur in quadragesimale, & commune.

200. Jejunium Quadragesimale: "Est abstinentia à carnibus, & lacticinijs, & unica comedio.

201. Jejunium commune: "Est in quo licet vesci lacticinijs, & alijs, Ttt 2 quæ

## §. XVIII. De Lege humana Ecclesiastica.

” quæ non sunt carnes , in unica  
” comedione.

202 Collatiuncula: ” Est seroti-  
” na & levis refectiuncula , ne po-  
” tus noceat , permissa. Per privi-  
legium Bullæ Cruciatæ vesci pos-  
sunt lacticinia in quadragesima , &  
Bulla sic definitur.

203 Bulla , ” Est diploma Pon-  
” tificium quo multæ gratiæ con-  
” ceduntur sub onere certæ elec-  
” mosynæ in subsidium belli , contra  
” infideles erogatæ.

204. Decima: ” Est pars decima  
” fructuum Ministris Ecclesiæ ob-  
” spirituale Ministerium oblatae.

205. Decima prædialis : ” Est  
” decima pars fructuum , quos ter-  
” ra producit , Ministris Ecclesiæ  
” oblata.

206. Decima personalis : ” Est  
” decima pars fructuum , qui ex ho-  
” minis industria aquiruntur , Mi-  
” nistris Ecclesiæ oblata.

207 Decima Mixta : ” Est deci-  
” ma pars fructuum , partim ex in-  
” dustria humana , partim à natura  
” provenientium , Ministris Eccle-  
” siæ. oblata.

208 Primitia: ” Est certa pars fru-  
” ctuum Ecclesiæ oblata pro suis  
” sumptibus , juxta locorum con-  
” suetudinem , & canonum dispo-  
” sitionem

209 Oblatio : ” Est quoddam  
” stipendium Ministris ad Altare ob-  
” latum ad suam congruam suspen-  
” sationem.

## §. XVIII.

### Definitiones Censurarum.

L Ex Humana duplex est , poena-  
” lis , & præceptiva de præceptiva  
” jà locuti suimus §. antecedenti. Pe-  
” nalis dividitur in Civilem , & Eccle-  
” siasticam. Civilis spectat ad juristas.  
Nunc tantumde Ecclesiastica age-  
mus , quæ consistit in Censuris.

210. Censura: ” Est poena spiri-  
” tualis , & medicinalis , qua Judex  
” Ecclesiasticus punit Baptizatos ,  
” privando eos bonis spiritualibus.  
Censuræ aliæ sunt à jure , aliæ ab  
homine.

211. Censura à jure ; ” quæ lata  
” est per legem , seu statutum  
” generale.

212. Censura ab homine: ” quæ  
” lata est per sententiam , seu statu-  
” tum generale. Censuræ aliæ  
sunt latæ , aliæ ferendæ

213. Censura lata : ” Est illa ,  
” quæ ipso facto per commissionem  
” criminis incurritur , nulla specia-  
” ta posteriori Sententia.

214. Censura ferenda : ” Est ,  
” quæ non incurritur ipso facto per  
” criminis commissionem ; sed spe-  
” ciali debet sententia judicis.

Censura dividitur in excommu-  
nicationem , suspensionem , interdi-  
ctum , & etiam secundum opinio-  
nem probabilem in Irregularita-  
tem. Cessatio à Divinis , & de-  
gradatio non sunt censuræ. Ex-  
communicatio dividitur in majo-  
rem , & minorem.

215. E  
Est censu-  
” commu-  
” natione  
” mentoru-

216. E  
Est censu-  
” participa-  
” torum.

217. S  
Ecclesiast-  
” Ordinis  
” Ecclesiast-  
” que suspe-  
” alia ab o-  
” beneficio  
” omnibus

218. S  
que pr-  
illius.

219. S  
que pri-  
officij

220. S  
privat  
fructibu

221. S  
privat a-  
ficio.

222. I  
ra Eccle-  
” Officij

” & Eccl  
” nus tal-  
le , perso-

223. illud ,  
” locum  
Inter-  
” immed-

215. Excommunicatio major :  
Est censura Ecclesiastica , privans  
communione fidelium & participa-  
tione activa , & passiva Sacra-  
mentorum.

216. Excommunicatio minor :  
Est censura Ecclesiastica , privans  
participatione passiva Sacramen-  
torum.

217. Suspensio : " Est censura  
Ecclesiastica , privans receptione  
Ordinis , vel beneficij , vel officij  
Ecclesiastici . vel eorum usu . Ali-  
quæ suspensiones sunt ab ordine ,  
alii ab officio Ecclesiastici , aliae à  
beneficio , & aliæ universaliter ab  
omnibus .

218. Suspensio ab ordine : " Est ,  
quæ privat receptione , vel usu  
illius .

219. Suspensio ab officio : " Est ,  
quæ privat receptione , vel usu  
officij Ecclesiastici .

220. Suspensio à beneficio : " quæ  
privat susceptione , vel usu , vel  
fructibus beneficij .

221. Suspensio totalis : " quæ  
privat ab ordine , officio , & bene-  
ficio .

222. Interdictum : " Est censu-  
ra Ecclesiastica , privans Divinis  
Officijs , aliquibus Sacramentis ,  
& Ecclesiastica sepultura , quate-  
nus talis est . Dividitur in loca-  
le , personale , & mixtum .

223. Interdictum Locale : " Est  
illud , quod immediate afficit  
locum .

Interdictum Personale , " quod  
immediate afficit personas .

Interdictum mixtum , " quod &  
personas , & locum afficit .

224. Interdictum Locale , aut  
Personale potest esse generale , vel  
particulare .

Interdictum generale : " Quod  
omnes Ecclesias , seu personas  
comprehendit .

Interdictum particulare , " quod  
aliquas tantum personas , sive lo-  
ca afficit . alio etiam modo Inter-  
dictum potest esse generale , aut  
particulare , ratione sui effectus ,  
& in hac sententia : Interdictum  
generale : " Est , quod imponitur  
quo ad omnes suos effectus : &  
Interdictum particulare : " quod  
imponitur quo ad aliquem , vel  
aliquot determinatos effectus .

225. Irregularitas : " Est impe-  
dimentum Canonicum , susceptio-  
nem Ordinum sacrorum , & su-  
sceptorum usum impediens .

Irregularitas una est ex delicto ,  
altera ex defectu .

226. Irregularitas ex delicto :  
" Est , quæ in peccati alicujus poe-  
nam imponitur .

227. Irregularitas ex defectu :  
" Est , quæ provenit ab aliqua de-  
formitate naturæ , vel operatio-  
nis minus honestæ . Irregulari-  
tas dividitur in totalem , & par-  
tialem ,

228. Totalis : " Est impedimen-  
tum canonicum , privans suscep-  
tionem omnium ordinum , & om-  
nium susceptorum usu . Partialis :  
" Est impedimentum Canonicum  
alicu-

" alicujus Ordinis susceptionem  
" prohibens, vel alicujus suscepti  
" usum.

229. Defectus, ex quibus irregu-  
laritas procedit sunt septem :  
" Defectus natalium, Originis,  
" ætatis, Honestæ famæ, Animæ,  
" Corporis, & Sacramenti.

230. Delicta, ex quibus irregu-  
laritas procedit, sunt sex : " Itera-  
" tio Baptismi ; si quis censuratus  
" actum ordinis solemniter exer-  
" cet ; Ministrare solemniter in or-  
" dine non suscepto ; Mala ordi-  
" num susceptio ; injusta mutila-  
" tio, vel homicidium ; Quodlibet  
" enorme crimen publicum.

231. Cessatio à Divinis : " Est  
" poena imposta in Ecclesiæ mero-  
" rem ob enorme crimen, qua Di-  
" vina Officia, & Missæ celebratio  
" prohibetur.

232. Degradatio, seu depositio :  
" Est privatio executionis officio-  
" rum, & beneficiorum totaliter,  
" & sine spe restitutionis, Degradati-  
" o potest esse verbalis, vel realis.  
Verbalis : " Est privatio executio-  
" nis officiorum, & beneficiorum  
" sine solemnitate, & retento pri-  
" vilegio Fori, & Canonis. Realis :  
" Est privatio executionis officio-  
" rum, & beneficiorum, & Fori, &  
" Canonis solemniter facta.

### **§. XIX.**

**Definitiones Peccatorum.**  
PEccatum est illud individuum,  
quod in Categoria morali in-

cludit formalitatem generum, &  
specierum intermediarum volun-  
tarij, liberi, & contra legem Divi-  
nam, vel humanam. Et cum jam  
explicatae sint rationes superiores  
nunc de individuo tractandum su-  
perest.

233. Peccatum : " Est transgres-  
" sio legis, vel recessus à Regula  
" Divina : vel secundum Augu-  
" stinum : " Est dictum, factum, vel  
" concupitum contra legem Del-  
" eternam. Peccatum dividitur in  
Originale, & Actuale.

234. Peccatum Originale : " Est  
" privatio justitiae, ac sanctitatis, ex  
" pacto cum Adamo facto, omni-  
" bus ejus posteris in sua conce-  
" ptione transmissa.

235. Peccatum actuale : " Est  
" voluntarius recessus à regulâ Di-  
" vina, ab individuo homine per-  
" sonaliter admissus. Peccatum  
actuale subdividitur in peccatum  
omissionis, & commissionis.

236. Peccatum omissionis : " Est  
" transgressio legis affirmativa.

237. Peccatum Commissionis :  
" Est transgressio legis negativæ.

Peccatum omissionis, & com-  
missionis subdividitur in veniale,  
& mortale.

238. Peccatum mortale : " Est,  
" quod occidit animam, privans  
" vita supernaturali, quæ est gratia.

239. Peccatum veniale : " Est  
" dispositio ad mortale; non tamen  
" occidit anima. Insuper tam venia-  
le, quam mortale subdividitur in  
habituale, & actuale.

240. P  
macula  
terita  
241. P  
ipſa for  
Estò on  
DEUM ,  
taliter co  
ter conti  
ter conti  
upantur.  
242. P  
DEUM : '  
Divinan  
omnia r  
virtutib  
gioni. U  
tio, odiu  
243. P  
proxim  
diate pre  
illæ que  
v. g. odiu  
mucidium  
244. P  
ipſum pec  
immedi  
lædunt.  
Peccat  
tur, sicu  
vitium ei  
seu consi  
definitur.  
245. V  
do, seu  
exconsi  
catorum  
Ex qui  
mortali I

240. Peccatum habituale: "Est macula in anima relicta ex præterita commissione peccati.
241. Peccatum actuale: "Est ipsa formalis commissio peccati. Est omnia peccata sunt contra DEUM, nihilominus aliqua specialiter contra DEUM, alia specialiter contra proximum, alia specialiter contra ipsum peccatorum nuntiabantur.
242. Peccata specialiter contra DEUM: "Sunt illa, quæ immediate Divinam Charitatem laedunt: omnia nempe, quæ opponuntur virtutibus Theologicis, vel Religioni. Ut sunt hæresis, desperatio, odium DEI, Sacrilegium &c.
243. Peccata specialiter contra proximum: "sunt illa, quæ immediate proximi charitatem laedunt. Illa quæ sunt contra charitatem v.g. odium, vindicta, furtum, homicidium, detractio &c.
244. Peccata specialiter contra ipsum peccantem: "sunt illa, quæ immediate propriam charitatem laedunt. v.g. Gula. Luxuria &c. Peccatum, & vitium distinguuntur, sicut actus, & habitus; & sic vitium est quasi quidam habitus, seu consuetudo peccandi, & sic definitur.
245. Vitium: "Est promptitudo, seu facilitas ad peccandum ex consuetudine repetitionis peccatorum procedens. Ex quolibet peccato veniali, & mortali Reatus poenæ procedit: à peccato mortali reatus poenæ æternæ, à veniali verò reatus poenæ temporalis: & Reatus sic definitur.
246. Reatus: "Est effectus ex peccato relictus, quo peccator manet ligatus apud DEUM solvens di delicti sui poenam.
247. Peccata capitalia: "Sunt illa, ex quibus tanquam ex radice procedunt alia peccata actualia. Peccata capitalia dividuntur in spiritalia & carnalia.
248. Peccata Spiritualia: "Sunt illa, quæ mentis potius delectatione complentur, quam corporis, ut Superbia, Auaritia, Ira, Invidia, & Accedia.
249. Peccata carnalia: "Sunt illa quæ corporis potius, quam mentis delectatione complentur ut Luxuria, & Gula.
250. Superbia: "Est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ. Superbia habet tres filias, nempe præsumptionem, ambitionem, & vanam gloriam.
251. Præsumptio: "Est appetitus aggrediendi aliquid supra proprias vires.
252. Ambitio: "Est inordinatus appetitus honoris, & dignitatis.
253. Vana gloria: "Est cupiditas inanis existimationis. Quæ excitari potest per opera indifferenta ex se v.g. Fortitudinis, habilitatis &c. vel per opera bona, & tunc hypocrisis vocatur, quæ sic definitur.

254. Hypocrisia: "Est simulatio virtutis ad inanem gloriam captandam.

255. Præsumptioni opponitur Pusillanimitas, quæ: "Est imbecillitas animi ad aggrediendum opus debitum.

256. Auaritia: "Est inordinatus appetitus divitiarum, vel bonorum temporalium.

257. Auaritiæ opponitur Prodigalitas, quæ: "Est immoderatus, seu excessiuus usus bonorum temporaliuum.

258. Luxuria: "Est inordinatus appetitus Venereorum. Ejus species explicatae fuerunt in sexto præcepto Decalogi §. 12. Luxuriae opponitur continentia, quæ: "Est moderatio appetitus Venerei. Continentia dividitur in Virginalem, Conjugalem, & Vidualem.

259. Continentia Virginalis: "Est abstinentia ab omni venereo appetitu lictio, & illicito, præterito, & præsenti.

260. Continentia Conjugalis: "Est abstinentia ab actu venereo illicito, sed non à licto.

261. Continentia viduialis: Est abstinentia ab omni actu venereo lictio, & illicito de præsenti, sed non de præterito.

262. Invidia: "Est tristitia de alterius bono. Ex invidia procedunt odium, detractio, & susuratio. De odio actum jam fuit in §. præcepto Decalogi §. 11. & de detractione, & susurratione in §. §. 14.

263. Gula: "Est inordinatus appetitus cibi, & potus. Ex gula procedunt multiloquium, & scurritas in anima, & in corpore vomitus, pollutio, & ebrietas.

264. Multiloquium: "Est exces- sivus usus verborum.

265. Scurrilitas: - Est verborum seu gestorum minus honestus usus ad risum excitandum. De pollutione jam diximus in 6. Decalogi Præcepto.

266. Vomitus: "Est ejjectio bi, aut potus ex stomacho.

267. Ebrietas: "Est mentis hebetudo ex potu excessivo causata, qua homo ratione ad tempus privatur: ex natura sua peccatum mortale est.

268. Ira: "Est inordinatus appetitus vindictæ. Ex ira procedunt in anima indignatio, & alteratio cordis. In ore maledictio, contumelia, blasphemia, & in opere rixæ, duella, seditiones, & mortes.

269. Accedia: "Est animi tædiū in exercitio virtutum. Ex accidia procedunt desperatio, & pusillanimitas, ignavia, vel gravamen in operando, fastidium, & mentis evagatio.

**§. XX.**  
*Definitiones Virtutum.*  
PRO Complemento totali definitionum adjungere, in hoc loco non prætermittam, illas virtutum; quoniam: " si opposita

juxta se positis in eccata a secent.

270. V

eleem 4. Et secundu

de lib. : qua redi

sint natu

271. V

quæ per naturali ingenium

272. V

quæ per ad grati

utes sup

infusas,

273. DEO a

catur.

274. Vi

"repetiti

anima

super in

275. V

quæ te

bet pri

funt Fidei

bis trad

primi pra

376. V

ordinati

compon

277. V

omnium

Cardina

definiun

Sunt il

juxta se posita magis elucentur,  
positis in hoc loco virtutibus, juxta  
occata absque dubio egregie elu-  
centur.

270. Virtus ( secundum Aristotelem 4. Ethic.) "Est habitus ele-  
ctius in mediocritate consistens.  
Ex secundum S. Augustinum lib. 2.  
de lib. arb. Est qualitas mentis,  
qua recte vivitur. Virtutes aliæ  
sunt naturales, aliæ supernaturales,

271. Virtus naturalis : "Est,  
quæ perficit hominem in suo esse  
naturali : ut scientia, fortitudo,  
ingenium.

272. Virtus supernaturalis : - Est  
quæ perficit hominem in ordine  
ad gratiam acquirendam. Vir-  
tutes supernaturales dividuntur in  
infusas, & acquisitas.

273. Virtus infusa: Est, quæ à  
DEO animæ hominis communi-  
catur.

274. Virtus acquisita : "estquæ ex  
repetitione actuum bonorum in  
anima generatur. Dividitur in  
super in Theologicam, & Moralem.

275. Virtus Theologica: "Est,  
quæ tendit in Deum, & eum ha-  
bet pro immediato obiecto, ut  
sunt fides, spes, Charitas, de qui-  
bus tractavimus in definitionibus  
primi præcepti §. 7. num. 20. & seq.

276. Virtus moralis: "Est, quæ  
ordinatur ad mores hominis recte  
componendos.

277. fundamentum, & basis  
omnium virtutum moralium sunt  
Cardinales, quæ in communione  
definiuntur: Virtutes Cardinales:  
Sunt illæ, in quibus, quasi in car-

"dine, & fulcimento stabiliuntur  
morales.

278. Virtutes Cardinales sunt  
4. Prudentia, Justitia, Fortitudo, &  
Temperantia.

279. Prudentia definitur à Phi-  
losopho 6. *Ethic. cap. 5:* "Recta ratio  
" agibilium. & dividitur in Monar-  
chicam, & Poliarchicam.

280. Prudentia Monarchica :  
"Est illa, qua homo regit seipsum.

281. Prudentia Poliarchica :  
"Est illa, qua multitudo gubernatur.  
& hæc dividitur in regnati-  
vam, politicam, æconomicam, &  
militarem. Videatur S. Thom.

2. 2. quæst. 50.

282. Justitia : "Est perpetua, &  
constans voluntas jus suum uni-  
cuique tribuens. Dividitur justi-  
tia quasi in partes subiectivas, in  
commutativam, distributivam, &  
legalem, de quibus supra dictum  
fuit in 7. Decalogi Præcepto §. 13.  
num. 100. & sequent : & quasi in  
partes potentiales ( nimur in  
virtutes minus principales, quæ ju-  
stitia innituntur tanquam magis  
principali virtuti) præterea subdivi-  
ditur in novem virtutes, quæ  
sunt Religio, Pœnitentia, Pietas,  
Observantia, Gratitudo, vindicta  
judicialis, veritas, Amicitia, &  
Liberalitas.

283. Religio : "Est virtus moralis  
debitum cultum Deo exhibens.  
De hac virtute, & de vitijs ipsi op-  
positis jam supra diximus in primo  
Decalogi Præcepto. §. 7. num.

32. Religio duos habet actus in-

ternos, & sex externos. Interni sunt *devotio*, & *oratio*.

184. *Devotio*: "Est voluntaria animi promptitudo ad Dei cultum, & famulatum.

185. *Oratio*: "Est petitio de centium à Deo.

Externi sunt, *Adoratio*, *Votum*, *juramentum*, *Perjurium*, *Sacrificium*, & *oblatio*. Videatur S. Thomas 2. 2. *quaest.* 84. *Adoratio*: "Est actus latræ, qua Deo exhibetur cultus ei soli debitus. De juramento, voto, & perjurio, dictum fuit in secundo præcepto §. 8. *num. 49.*

286. *Sacrificium*: "Est oblatio rei sensibilis à legitimo Ministro Deo facta per realem mutationem "ad testandum supremum illius "Dominum, & nostram subjectionem.

287. *Oblatio*: "Est actus, quo res externas Deo offerimus, sine earum mutatione. De *Poenitentia*, quæ est secunda pars potentialis *justitiae* jam supra diximus.

288. *Pietas*: "Est virtus moralis, qua Parentibus cultus, & officium exhibetur.

289. *Observantia*: "Est virtus, qua homines, aliqua ratione antecedentes, honore quodam prosequimur.

290. *Obedientia* (comes observantiae) "Est virtus moralis, qua præcepta Superiorum adimplentur.

291. *Gratitudo*: "Est virtus moralis, qua beneficia accepta recolimus, & pro ejus aliquid

"Benefactori reperdimus

292. *Vindicta judicialis*: "Est virtus moralis, qua *Judex* ser vato *Justitiae* ordine, mala culpa punit malis poenæ.

293. *Veritas*, seu *veracitas*: "Est virtus moralis, qua verbis exprimimus id ipsum, quod mente conceptum habemus.

294. *Amicitia*: "Est virtus moralis, qua convenientes nos habemus ad alios homines in dictis, & factis.

295. *Liberalitas*: "Est virtus moralis, qua divitiae expenduntur, non transgrediendo regulas rationis. Liberalitas distinguitur à *beneficentia*, & *eleemosyna* per hoc, quod *beneficentia* elargiatur bona proximo ob amorem erga ipsum: Eleemosyna eadem tradat animo sublevandi ejus miseriā; sed *liberalitas* id facit ad impediendum affectum pecunie, & cupidinem comprimendam. Videatur definitio eleemosynæ in §. 7. *num. 26.*

296. *Fortitudo*: "Est animi auctoritas ad aggredienda difficultia, & pericula superanda. Quatuor sunt virtutes annexæ fortitudini, ut partes potentiales ipsius, id est;

*Magi*.

*Magnanimitas*, *Magnificentia Patientia*, & *Perseverantia*. Videatur S. Thom. 2. 2. *quaest.* 128. *artic. unic.*

297. *Magnanimitas*: "Est animi generositas ad fortiter aggredienda difficultia.

298. Magnificentia : "Est virtus magnorum operum factiva. Magnificentia , & Magnanimitas distinguuntur per hoc, quod magnanimitas assumat, & magnificencia prosequatur difficile jam assumptum.

299. Patientia : "Est animi tolerantia , qua in sustinendis malis non tristamur.

300. Perseverantia : "Est operis incepti felix usque in finem consummatio.

301. Temperantia ; "Est virtus quae moderat appetitum circa delectabilia secundum tactum, & gustum, prout recta ratio dicitat. Thom. 2. 2. quæst. 145. assignat quatuor species temperantiae, nempe Abstinentiam , sobrietatem, Castitatem, & Pudicitiam.

302. Abstinentia : "Est virtus, cupiditates , & delectationes ordinatas ciborum refrænans.

303. Sobrietas : "Est virtus excessum vini corrigen, ne præ eius nimietate rationis usus turbetur. Abstinentia corrigit omnem excessum in cibo , & potu , in quantum est species gulæ: Sobrietas verò corrigit solum excessum inducens ad ebrietatem.

304. Castitas : "Est virtus, quæ affectum , & inordinatum usum moderatur circa delectationes venereas. Castitas dividitur in vidualem, Conjugalem juvenilem , Virginalem, videatur supranum. 259. 260. & 261.

305. Pudicitia : "Est virtus, venereas delectationes refrænans in osculis, tactibus, & amplexibus. Partes potentiales temperantiae sunt quatuor: Continentia, Mansuetudo, Clementia , & Modestia.

306. Continentia (in gradu communiore Castitatis ) "Est habitus virtutis, quo voluntas resistit passionibus concupisibilibus.

307. Mansuetudo : "Est virtus, quæ passiones iræ ita moderatur, ut inordinate non insurgant.

308. Clementia : "Est virtus, qua Judex ex ratione aliquid de poena remittit , & infra meritum punit.

309. Modestia : "Est virtus excessum in vestitu, gressu, gestibus, & cultu moderans. Tres species modestiae assignantur à S. Thom. 2. 2. quæst. 160. art. 2. nempe Humilitas studiositas, Modestia morum , ad quam reducitur Eutropelia.

310. Humilitas, secundum Angelicum Doctorem : "Est virtus, qua quis considerat suum defectum , & tenet se in infinitis secundum modum suum.

311. studiositas : "Est virtus, qua aufugata pigritia res necessariae addiscuntur, & nimia, seu inordinata sciendi cupiditas reprimitur.

312. Modestia morum : "Est virtus, qua exteriores corporis actiones juxta rationis praescriptum temperantur.

313. Eutropelia : "Est virtus, quæ jocis & ludis modum rationis imponit.

# INDEX ALPHABETICUS.

## Omnium Definitionum, quæ in Cate- goria præcedenti continentur.

*Ut Lectores facilius invenire queant.*

Numerus, qui citatur in margine assignatur.

### A.

<b>A</b> bstinentia	302	Censura ab homine	212
Acolytus	179	Censura lata	213
Accedia	269	Censura ferenda	214
Adoratio	285	Cessatio à Divinis	231
Adulterium	93	Charitas	25
Ambitio	252	Clementia	308
Anicitia	294	Collatio	201
Amor	83	Commodatum	114
Apostasia	22	Commutatio	71
Affecratio	125	Confirmatio	156
Auditio Missæ	80	Confessio	158
Attritio	160	Conscientia	3
Avaritia	256	Conscientia dubia	9
		Conscientia erronea	7
		Conscientia invincibilis	11
		Conscientia practica	5
		Conscientia probabilis	8
		Conscientia recta	6
		Conscientia scrupulosa	10
		Conscientia speculativa	4
		Conscientia vincibilis	12
		Continentia in genere	306
		Continentia minus communis	258
		Continentia virginum	259
		Continentia conjugalis	260
		Continentia vidualis.	261
		Contractus	107
		Contractus innominatus	108
		Contractus nominatus	109

### B.

Baptismus	155	Conscientia practica	5
Bellum	87	Conscientia probabilis	8
Bestialitas	98	Conscientia recta	6
Blasphemia	47	Conscientia scrupulosa	10
Blasphemia hæreticalis	48	Conscientia speculativa	4
Blasphemia non hæreticalis ibid.		Conscientia vincibilis	12
Bulla	203	Continentia in genere	306
		Continentia minus communis	258
		Continentia virginum	259
		Continentia conjugalis	260
		Continentia vidualis.	261

### C.

Cambium	124	Contractus	107
Character	154	Contractus innominatus	108
Castitas	304	Contractus nominatus	109
Census	122		
Censura	210		
Censura à jure	211		

Contra-

Contr  
Contr  
Contr  
Contr  
Contu  
Curio

Damni  
Decim  
Decim  
Decim  
Decim  
Decim

Defini  
Defini  
Degrā  
Degrā  
Depot  
Depot

Derisi  
Despe  
Detra  
Devo

Diacon  
Disper  
Divina

Divor  
Donat  
Duell

Eleem  
Emph  
Eutro

Excor  
Excor  
Exorc

Fama  
Fidejui

Contra-

# Index Definitionum.

525

Contractus lucrativus	110	Fornicatio simplex	89
Contractus onerosus	111	Fortitudo 296. Furtum	104
Contritio	159	G.	
Contumelia	138	Gratitudo 291 Gula	263
Curiositas	145	H.	
		Hæresis 21 Homicidium 85	
D.		Honor 140 Humilitas 310	
Damnificatio injusta	106	Hypocrisia 254	
Decima	204	I.	
Decima prædialis	205	Idololatria 40	
Decima personalis	206	Idololatria formalis ibid.	
Decima mixta	207	Idololatria materialis ibid.	
Definitio physica	152	Jejunium commune 201	
Definitio metaphysica	153	Jejunium Ecclesiasticum 199	
Degradatio	232	ibid. Jejunium naturale 198	
Degradatio realis	ibid.	Jejunium quadragesimale 200	
Degradatio verbalis	ibid.	Impedimentum dirimens 186	
Depositum	120	Impedimentum impediens 185	
Depositio vide degradatio	143	Incestus 92 Indulgentia 166	
Derisio	24	Intentio 194	
Desperatio	137	Intentio actualis 195	
Detractio	284	Intentio virtualis 196	
Devotio	181	Intentio habitualis 197	
Diaconatus	70	Interdictum 222	
Dispensatio	37	Interdictum Locale 223	
Divinatio	187	Interdictum personale ibid.	
Divortium	112	Interdictum generale 224	
Donatio	86	Interdictum particulare ibid.	
Duellum	Invidia 262 Ira 268		
E.	Irregularitas 225		
Eleemosyna 26 Emptio 116	Irregularitas ex delicto 226		
Emphiteusis 123 Eucharistia 169	Irregularitas ex defectu 227		
Eutropelia 313	Irregularitas partialis. 228		
Excommunicatio major 215	Irregularitas totalis ibid.		
Excommunicatio minor 216	Defectus ex quibus procedit		
Exorcista 178	irregularitas 229		
Extrema unctione 173	Delicta ex quibus procedit		
F.	irregularitas 230		
Fama 139 Fides 20	Irrisio vide Derisio 143		
Fidejussio	V v v 3 Jubi.		

Jubilæum	167	Mansuetudo	307	Pecca-
Judicium temerarium	136	Materia	188	pecc
Juramentum	49	Materia certa	190	Pecca-
Juramentum Aſtertorium	50	Materia dubia	191	Pecca-
Juramentum Comminatorium	53	Materia nulla	189	Pecca-
Juramentum Execratorium	52	Matrimonium	183	Pecca-
Juramentum Mixtum	54. 55. 56	Mendacium	144	Pecca-
Juramentum Promiſſorium	51	Missa	77. 171	Perju-
Jurisdictio	162	Modestia	309	Pietas
Jurisdictio Delegata	164	Modestia morum	312	Pigrit-
Jurisdictio Ordinaria	163	Monopolium	129	Pignu-
Justitia	282. 100	Multiloquium	264	Pena
Justitia Commutativa	101	Mutatio accidentalis	193	Poena
Justitia Distributiva	103	Mutatio materiæ	74	Poenit.
Justitia Legalis	102	Mutatio substantialis	192	Præſu-
L.		Mutuum	118	Primi-
Lector	177	Lex	13	Prom
Lex affirmativa	14	Obedientia	290. 81	Prude-
Lex Civilis	17	Oblatio	287	Prudi-
Lex Divina	16	Observantia	289	Pudic
Lex Ecclesiastica	17	Observantia Festornm	76	Rapin
Lex mixta	18	Occasio proxima	99	Reatu-
Lex naturalis	15	Odium	84	Reser-
Lex negativa	14	Opus liberale	79	Sacer-
Lex poenalis	18	Opus servile	78	Sacra-
Lex positiva	15	Oratio	285	Ordo
Lex præceptiva	18	Ostiarius	176	Sacra-
Lex humana	16	P.		Sacra-
Liberalitas	295	Patientia	299	Res t.
Liberum	2	Locatio	119	Sacra-
Ludus	126	Luxuria	258. 88	Sacra-
M.		Peccata capitalia	247	Sacra-
Magia	39	Peccata carnalia	249	Sacra-
Magnanimitas	297	Peccata spiritualia	248	Sacra-
Magnificentia	298	Peccatum	233	Sacrif
Maledictio	57	Peccatum actuale	235. 241	Sacrif
Maledictio formalis	59	Peccatum habituale	240	Sacrif
Maledictio materialis	58	Peccatum contra naturam	95	Sacrif
Maleſicium	42	Peccatum contra Deum	242	Sacrif
		Peccatum contra proximum	243	Satisfi-
				Scand
				Pecca-

# Index Definitionum.

527

307	Peccatum contra ipsummet peccatorem	Scandalum activum	28
188		Scandalum directum	30
190	Peccatum Commissionis	Scandalum indirectum	ibid.
191	Peccatum Omissionis	Scandalum Pharisaicum	31
189	Peccatum mortale	Scandalum passivum	29
183	Peccatum Originale	Scandalum pusillorum	31
144	Peccatum Veniale	Scurrilitas	265
7. 171	Perjurium 75 Perseverantia	Securitas	125
309	Pietas	Sigillum	168
312	Pigritia vide accedia	Simonia	43
129	Pignus 127 Pollutio	Simonia Conventionalis	44
264	Pœna Civilis	Simonia pure conventionalis	46
193	Pœna Ecclesiastica	Simonia mentalis	44
74	Pœnitentia 157 Precarium	Simonia pure mentalis	45
192	Præsumptio	Simonia mixta ex mentali & conventionali	45
118	Primitia 208 Prodigalitas	Simonia mixta ex reali & conventionali	45
90. 81	Promissio	Simonia realis	46
287	Prudentia Monarchica	Sobrietas 303 Societas	121
289	Prudentia Poliarchica	Sodomia	97
76	Pudicitia 305 Pusillanimitas	Spes	23
99	R. 255	Sponsalia	184
84	Rapina 105 Raptus	Subsannatio	142
79	Reatus 246 Religio 283. 32	Superbia	250
78	Reservatio 165 Reverentia 82	Supersticio	35
174	S.	Suspensio	217
176	Sacerdotium	Suspensio à beneficio	220
299	Sacramentum	Suspensio ab officio	219
247	Sacramentum tantum	Suspensio ab ordine	218
249	Res tantum	Suspensio totalis	221
248	Sacramentum & Res simul	Suspicio	135
233	Sacramentum vivorum	Susurratio	141
5. 241	Sacramentum mortuorum	Stipendium	172
240	Sacrificium	Studioitas 311 Stuprum	90
95	Sacrilegium	T.	
242	Sacrilegium Locale	Temperantia 301 Tentatio	41
243	Sacrilegium personale	Tonsura	175
	Sacrilegium Reale	V. Va-	
	Satisfactio		
	Scandalum		
	ecclesia-		

V.

Vana gloria	253	Votum partiale	59
Vana observantia	38	Votum perpetuum	67
Venditio 117 Veritas	293	Votum personale	65
Vindicta judicialis	292	Votum reale	64
Virtus	270	Votum simplex	63
Virtus acquisita	274	Votum solemne	62
Virtutes Cardinales	277	Votum temporale	67
Virtus infusa	273	Dispensatio voti	70
Virtus moralis	276	Commutatio voti	71
Virtus naturalis	271	Irritatio voti	72
Virtus supernaturalis	272	Irritatio directa, & indirecta	
Virtus Theologica	275	voti	ibid.
Vitium	245	Usura	130
Voluntarium	1	Usura manifesta	132
Vomitus 266 Votum	60	Usura mentalis	133
Votum absolutum	61	Usura palliata	131
Votum conditionatum	ibid.	Usura realis	134
Votum mixtum	66		

## CATEGORIA

## SPIRITUALIS

*Omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.*

*Iſaias cap. 1. vers. 5. & 6.*

1. **C**hristiana Respublica est bene ordinata Categoria, Ecclesia Catholica est recte dispositum prædicamentum. In temporalibus prædicatum supremum hujus moralis unitatis est Rex: subiectum infimum sunt Plebei: genera & species intermediae, sunt Judices Superiores & Ministri inferiores. In spiritualibus prædicatum supremum hanc Categoriam coronans, est Summus Pontifex. Individua infra sunt Christiani populi, gene-

ra & species intermediae sunt Parochi, Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales. Prædicatum supremum ( inquit Hugo Cardinalis de S. Charo in cap. Iſai. super ) huic Prædicamento pro capite interfit: *omne caput id est omnes Reges, & Principes*: Individua sunt pedes: *A planta pedis. Hugo pedes ejus plebecula: & intermedia sunt cor: omne cor mærens. Hugo cor ejus cætus Doctorum.*

2. **Æ**grotant pedes: *A planta pedis quia caput languet: omnemca-*

*put lan  
dolet  
ſſaias  
poenas  
tiginis  
xisse:  
ſpiritum  
caput  
pedes p  
uatur,  
reducu  
rum ci  
ditoru  
caput,  
& ſi P  
Minist  
boran  
ribus  
puli,  
iſt R  
ts in  
corrup  
a capi  
3.  
ſcelus  
autore  
men N  
putav  
ut indu  
ximur  
Popul  
lolatr  
modo  
tur?  
ter S.  
Exod.  
quod j  
tur. C  
toni,  
put*

put languidum; & quando caput dolet omnia membra languent. I<sup>es</sup>aias Propheta cap. 14. Ägypti penas declarat dicens, Deum virginis accidentia illuc introduxisse: *Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis.* quia quando caput vertiginibus est obnoxium, pedes prolabuntur, corpus incurvatur, & membra ad extremum reducuntur. Si caput Prælatorum circuit, quomodo pedes subditorum sistent? Si inconstans est caput, nullatenus tuti sunt pedes; & si Prælatus, Superior, Judex, Minister, & Sacerdos, capite laborant, quid de membris inferioribus erit? Secundum Judicem Populi, sic & Ministri ejus: & qualis si Rector Civitatis, tales inhabitan-  
ta in ea Eccles. cap. 10. Piscis corruptio à capite incipit: *Piscis à capite putreficit.*

3. Grande, & execrabile fuit scelus Populi, quando in deserto aureum vitulum adoravit; & tamen Moyses soli Aaroni id imputavit: *Quid tibi fecit hic Populus, ut induceres super eum peccatum maximum?* Exodi cap. 32. Nonne Populus peccaverat, & turbæ idolatriam commiserant? Quomodo ergo culpa Aaroni tribuitur? Notandum, ait magnus Pater S. Augustinus, quæst. 146. in Exod. quemadmodum id totum, quod facit Populus, Aaroni tribuat. Culpa populi imputatur Aaroni, quia cum esset Minister, &

ejusdem Sacerdos, adeo grave delictum impedire tenebatur, idcirco ab Aarone tanquam à supremo capite damna tam ingentia in Populum redundarunt. Si Saul cor suum gladio transfigit, *Arripuit Gladium; & irruit super eum;* 1. Reg. cap. 31. mirum non est, quod famulus idem perpetraverit. *Quod cum vidisset armiger ejus, irruit etiam ipse super gladium suum.* Si Prælatus est dissolutus, quomodo compositi erunt subditi? si Judex non nisi in iustitijs est addictus, quomodo subditi æquitatem custodient? Quomodo mundæ erunt vassalorum manus, si Minister aliena surripit? Quæ devotio erit in Populo, si Sacerdos Ecclesiæ, ac Divinis officijs modicum affectus cernitur? si Parochus incontinentis est, quomodo ejus subditi casti erunt? & si Pastor est vorax, qualis temperantia erit in oviculis? hoc Propheta Oseas cap. 5. effatus est. *Audite hæc Sacerdotes, & attendite domus I<sup>er</sup>ael, & Domus Regis auscultate iudicium: quoniam laqueus facti estis Speculatio- ni, & sicut rete expansum super Thabor, & victimas declinasti in profundum.*

Claudianus ad Theodosium.

Tune omnia jure tenebis  
Cum poteris rex esse tui; proclivior  
usus  
In pejora datur, suadetque licentia  
luxum.

4. Magnum sanè discrimen est inter Individua plebis, & superiora, ac intermedia prædicata: Illis personalium suarum operationum in DEI Tribunalis rationem reddere sat erit: Referat unusquisque propria corporis prout cessit sive bonū, sive malū, 2. ad Corinth. cap. 5. At hoc nequam Ministro sufficiet, cum Deus interrogabit: *Ubi est Abel Frater tuus?* Gen. 4. Quidnam factum fuit de subdito? Quae ratio redditur de ovicula? *Ubi est Abel?* Forte responderi poterit: *Nunquid custos Fratris mei sum ego?* Ubi adinvenitur subditus? in domo conversationis, in iudicis prohibitibus, in profanis recreationibus, in illicitis mercaturis, in rixis, & contentionibus, *Ubi est Abel?* Ubi moratur ovicula? in culpæ præcipitijs, in occasionis proximæ periculis, in lasciviæ nemoribus, inter lupi infernalis fauces. *Quid ego infelix?* (exclamabat S. Bernardus serm. de tripl. Adven.) quo me vertam, si tantum depositum contigerit negligentiis custodire: non est mihi dicere cum Cain: *nunquid custos Fratris mei ego sum?* Si zelantis Bernardi solitudo, tali ovicularum sibi concreditarum timore obsidebatur, qualis esse debet eorum tremor, qui adeo eximij Prælati virtute, & vigilantia carentes, notabilibus omissionibus in eorum officio, & Ministerio obnoxij sunt, animas perire ex incuria, & tepiditate sinentes.

5. Illud idem munus, quod in hac vita ambitionis esca fuit, rationem in altera magis formidabilem reddet. *Ad penam nostram Episcopi vocamur* (ajebat magnus Gregorius homil. 17. in Evangel.) *Qui honoris nomen, non virtutis tememus.* Ponamus ante oculos nostros illum tantæ strictionis diem, quo Iudeus veniet, & rationem cum servis suis, quibus talenta tradidit, ponit. In illo tanto examine, quid sit unusquisque operatus, ostendetur. Ibi Petrus, cum Judæa conversa, quam posse traxit, apparebit. Ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achajam Ibi Joannes Asiam, Thomas Indianum in conspectu sui Judicis conversationem ducet. Cum igitur tot Pastores cum gregibus suis ante æterni Pastoris oculos venerint, nos miseri, quid dicturi sumus, quid ad Dominum nostrum post negotium vacui, redimus? Quid Pastorum nomen habuimus, & oves, quas nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus. Divus Gregorius Summus Pontifex, & supremus Episcopus erat; & quamvis adeo eximia Sanctitate prædictus esset, loquebatur, & vitam cum timore, & tremore gerebat: inducere ergo est, quod majori affici deberent, qui consimili obligatione, & onere innodati sunt?

6. Ut igitur Christianæ Reipublicæ Categoria rectè ordinetur, necesse est, ut prædicata superiora magno zelo, & bonis moribus polleant

quod in  
sunt, ra-  
formida-  
nostram  
magnus  
vangel.)  
rtutis te-  
os noſtros  
quo Ju-  
m seruū  
t, ponit.  
fit unif.  
Ibi Pe-  
uam poſt  
ulus con-  
ſoundum  
achajam  
Indian  
ſoversam  
res cum  
ris ocu-  
l'dicturi  
uoſtrum  
? Quid  
g oves,  
beamus  
Divus  
tex, &  
quam  
prædi-  
in cum  
: indu-  
i affici  
obliga-  
nt?  
Reipu-  
netur,  
perio-  
ribus  
leant

olleant. Logici in suo prædi-  
camento docent, quod: *quidquid*  
*negatur de superiori prædicato nege-*  
*tur de inferiori*, ſeu ut docent:  
*Dicit de nullo.* v. g. *quia accidens ne-*  
*gatur de substantia, negatur etiam*  
*de corpore, de vivente, de ani-*  
*mali, de homine, de Petro, & ex*  
*hoc antecedenti, substantia non*  
*est accidens: infertur necessariò*  
*hoc consequens, ergo nec cor-*  
*pus erit accidens, nec vivens erit*  
*accidens &c. eadem consequen-*  
*tia est in moralibus; Prælatus non*  
*est virtute præditus, ergo neque*  
*erit subditus; Minister non est*  
*bonus, ergo neque erit Vassal-*

lus; Parochus non est Sanctus, ergo nec Parochianus: Item sub-  
ditus est bonus, ergo etiam erit Prælatus; inferior virtutibus est addic-  
tus, ergo pariter superior: Parochianus est Sanctus, ergo ſic Curatus: ſicut valet dicere, homo est sensitivus, ergo animal &c. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in do-  
ctrina, in integritate &c. ad Titum cap. 2. ut virtus superior dirametur in subditos; categoria militans inter æquitatis limites se contineat, ut Hierarchiæ triumphantis gaudia consequatur,

A M E N.

## FINIS SECUNDÆ PARTIS.

At modo fileat calamus; Et secundæ Praxis parti terminum ponat: Utinam feliciter! Ita ſanè credam, ſi (ut opto) in unius, Trinique DEI Maximi honorem ſcripta cuncta cedant; ſintque (ut precor) in Christiferæ MARIAE, & ſigniferi FRANCISCI mei per dilecti Parentis, Sanctorumque omnium laudem. Omnia nullo excepto apice, quæ mea permulta incuria commiferit, ſeu reprehensibiliter omiferit, Catholicæ Ecclesiæ firmissimo judicio, meque ipsum ſubſtero, Doctorumque piorum cencuræ submitto.





# INDEX RERUM NOTABILIUM, Quæ in Prima, & Secunda Parte hujus Libri continentur.

*Littera N. designat numerum marginalem. P. verò  
Partem hujus Libri, & F folium.*

## A. Abortus.

**N**ON est licitum procurare abortum, ut foemina non infametur, aut moriatur. n. 32. p. 1. f. 98. & n. 129. p. 2. f. 370  
Qui abortum consultit, incidit in Excommunicationem, quam etiā incurrit cooperans n. 34. part. 1. fol. 98.

Procuratio abortus, est casus Episcopis reservatus. Videatur ejus explicatio n. 21. part. 1. fol. 432.

Etiam in Religionibus reservari solet n. 28. part. 2. fol. 181.

## Absolutio.

Quisnam ab Hæresi absolvere possit. n. 8. part. 1. fol. 19.

Episcopi absolvere nequeunt, quamvis sit occulta. n. 8. ibidem.

Neque Prælati Regulares possunt absolvere sacerdotes ab Hæresi occulta per accidens n. 28. part. 2. fol. 347. videatur verbum *Hæresis*.

Quinam casus absolvvi possint virtute Bullæ Cruciatæ. n. 9. p. 1. f. 20. videatur verbum *Bulla Cruciatæ*.

Qualiter Confessarius se gerere debeat, quando per modum medicinæ vult Pœnitenti indicare, ei esse absolutionis incapacem. n. 17. & seq. p. 1. fol. 323.

An absolutio sit deneganda Pœnitenti, qui vivit in consuetudine peccandi, si non est spes emendationis. n. 230. & seq. p. 1. f. 400.

In quibus casibus possit dari absoluto, interveniente dicta consuetudine. n. 235. & seq. p. 1. fol. 401. videatur verbum *consuetudo*.

Debet etiam negari illis, qui permanent in occasione proxima; & in quibus casibus his dati possit. n. 286. & seq. p. 1. f. 418. & n. 14. p. 2. f. 19. & n. 272. p. 2. f. 445. videatur verbum *Occasio proxima*.

An absolutio dari debet absolute infirmo, eam expressè petenti in periculo mortis n. 51. p. 2. fol. 129.

Quando signa sunt dubia, danda est ei sub conditione. n. 51. ibide.

Quamvis nullum manifestum doloris signum ostendat, danda est ei sub

ai sub c  
xit. n.  
verbum  
Quo  
occasio  
beat ab  
Quo  
bus Epis  
possint.  
videatu  
Quis  
peccatis  
absolve  
fol. 16  
Quit  
arefer  
p. 2. f.  
Cruciat  
& verb  
Quit  
furis B  
2. f. 4  
Cone.  
Acto  
cio A  
fol. 28  
Acc  
mine a  
lo facta  
delictu  
denunc  
non ob  
96. p.  
Si A  
bet, ex  
ex odi  
p. 2. f.

et sub conditione, si Catholicè visit. n. 56. p. 2. f. 132. videatur verbum. *Articulus mortis.*

Quomodo Religiosæ in proxima occasione constitutæ, negari debet absolutio, n. 67. p. 2. fol. 210.

Quomodo Mendicantes à casibus Episcopis reservatis absolvere possint. n. 79. & seq. p. 2. f. 366. videatur verbum *Mendicantes.*

Quisnam Religiosos ab eorum peccatis gravibus non reservatis absolvere possit. n. 1. part. 2. fol. 167.

Quilnam absolvere possit eos, a reservatis eorum Pralatis. n. 14. p. 2. f. 174. videatur verbum *Bulla Cruciatæ.* & verbum *Casus reservati.* & verbum *Religiosi.*

Quisnam possit absolvere à Censuris Bullæ Coenæ. n. 4. & seq. p. 2. f. 461. videatur verbum *Bulla Cœna.*

### *Actor.*

Actoris officium est simile officio Accusatoris. n. 99. part. 2. fol. 288.

### *Accusator.*

Accusatio est delatio Rei de criminis ad vindictam publicam libello facta cum obligatione probandi delictum; per quod distinguitur à denunciatione, in qua denuncians non obligatur probare delictum n. 96. p. 2. fol. 286.

Si Accusatio fiat, prout fieri debet, est bona, & honesta; si vero ex odio, est peccaminosa. n. 97. p. 2. fol. 286.

Nemo tenetur accusare in causa propria, nisi in delictis, quæ contra bonum commune Sunt. Neque accusare tenetur, quando delictum probari non potest præter peccatum Hæresis, & solicitationis n. 98. p. 2. fol. 287.

Qui habet accusatoris officium tenetur ad id ex justitia, similiter omnes accusare tenentur in delictis publicis, quando superior, Decreto, aut excommunicatione majori id imperat. n. 98. *ibid.*

Ille, per cuius accusationem mors, aut mutilatio secuta est, irregularitatem incurrit. n. 108. p. 2. fol. 292. *Adulterium.*

Probabile est, quod conjugatus peccans cum conjugata unum numero adulterium committat. n. 11. p. 1. fol. 119. & 120.

Simplex delectatio de conjugata non est adulterium in opinione aliorum, bene vero desiderium illius n. 13. & 15. p. 1. f. 120.

An habeat malitiam adulterij simplex complacentia, quam conjugatus habet de fœmina aliena n. 16. p. 1. f. 120. & 121.

Quomodo damna ab Adulterio causata sint resarcienda. n. 20. & seq. p. 1. f. 122.

Copula cum conjugata est adulterium, quamvis maritus in illam consentiat, & contrarium est damnatum ab Innocentio XI. n. 195. p. 1. fol. 390.

### *Advocatus.*

Opinio, quam sequi debet in dan-

dando suum consilium. n. 20. p. 2. fol. 233.

Potest sequi minus probabilem,  
Reo tamen favorabilem. n. 23. p. 2. fol. 235.

An possit Accusatorē defendere  
cum opinione minus probabili. n. 23. ibide.

Quænam industria adhiberi de-  
beat ad convincendum suum Ad-  
versarium n. 24. p. 2. f. 236.

Quandonam possit defendere  
duas partes contrarias n. 25. p. 2.  
fol. 236.

An possit esse Judex in illa causa,  
in qua est Advocatus. n. 26. p. 2.  
f. 372.

An teneatur ad restitutionem  
ex culpa lata, aut levi sub. n. 27.  
p. 2. fol. 237.

Quale nam stipendium dicatur  
justum, quod recipere possit pro  
suo labore. n. 28. p. 2. f. 238.

Quando teneatur defendere  
gratis pauperes. n. 30. p. 2. fol. 241.

Quandonam actus, quos in ex-  
communicatione facit sint validi.  
n. 31. p. 2. fol. 242.

In quibus casibus Ecclesiastici ad-  
vocare possint in Tribunalibus. n.  
33. p. 2. fol. 243.

Quandonam ob laborem sui of-  
ficij sint à jejunio exempti. n. 34.  
p. 2. fol. 244.

Quomodo incurvant irregulari-  
tatem, exercendo suum officium  
in causis sanguinis. n. 106. p. 2.  
f. 291.

An, dum sunt modicæ causæ

possint recipere integrum stipen-  
dium, quo fuerunt condueti. num.  
28. p. 2. fol. 238.

### Ætas.

Qui ante legitimam ætatem su-  
scipit ordines sacros, suspensionem  
incurrit, nisi excusat ignorantia  
crassa. n. 20. p. 2, fol. 23.

Qui exercet Ordines ante legi-  
timam ætatem graviter peccat. n.  
21. ibidem.

### Affinitas.

Quandonam contrahatur. n. 95.  
p. 1. fol. 161.

Quandonam impedit petitionem  
debiti. n. 96. & 97. p. 1. f. 161.

Quando sit impedimentum di-  
rimens illa, quæ procedit ex copula  
illicita. n. 99. p. 1. fol. 162.

Quomodo ignorantia excusat  
contrahendo hoc impedimento. n.  
98. ibidem.

An gradus affinitatis, & consan-  
guinitatis distinguantur specie mo-  
rali. n. 10. p. 1. fol. 118.

Una affinitas non causat aliam  
affinitatem, & sic copula cum Fra-  
tria propriae uxoris non est impe-  
dimentum. n. 99. p. 1. fol. 162.

### Amentes.

Amentibus danda est commu-  
nio in periculo mortis, nisi adsit  
periculum irreverentiae, & non  
constet eos esse in peccato mortali  
n. 76. p. 2. fol. 142.

Administranda est illis extrema  
unctio, si ante amentiam Christianæ  
vixerint. n. 98. p. 2. fol. 154.

### Amor D E I.

Quan-

stipen-  
num.  
emis-  
tione  
rantia  
e legi-  
cat. n.  
n. 95.  
titio-  
161.  
n di-  
popula-  
setà  
co.n.  
san-  
mo-  
iam  
Fra-  
pe-  
nu-  
dist-  
on.  
ali  
ma  
ne

Quando, & qualiter obliget  
Preceptum amoris Dei, & qualis  
intensivus, & qualis appretiati-  
us n. 17. p. 1. fol. 22. & n. 30. p.  
fol. 345.

Quando obliget per se, & quan-  
do per accidens n. 30 & 33. p. 1. fol.  
345. & 346.

### *Amphibologia.*

Quandonam Testis ea uti possit  
ad occultandam Judici veritatem  
n. 20. p. 1. fol. 39. & n. 68. prope  
finem p. 2. fol. 265.

Quandonam Reus possit amphi-  
biologicè occultare veritatem n.  
78. p. 2. fol. 274.

Quænam amphibologiae sint  
damnatae ab Innocentio XI. & in  
quo sensu possint. n. 79. & seq.  
p. 1. fol. 358. ubi hæc materia fusè  
tractatur.

### *Appellatio.*

Permittitur ex lege naturali n.  
90. p. 2. fol. 282.

Peccat graviter ille, qui appellat  
malafide, solum ex hoc, ut execu-  
tio sententiæ differatur n. 90. ibid.  
Quandonam liceat Reo, dum cum  
opinione probabili fuit condem-  
natus, appellare. n. 90. ibid.

Appellatio à Decretis Pontificijs  
ad futurum Concilium generale,  
est casus reservatus in Bulla Cœnæ  
Notandum 2. p. 2. fol. 464.

Pariter est casus reservatus ap-  
pellatio à litteris Apostolicis ad  
Tribunalia sacerdotalia. not. 13. par-  
te. 2. fol. 478.

### *Apæstasia.*

Est peccatum oppositum virtuti  
Fidei. n. 2. p. 1. fol. 18.

Apostasia Religiosorum, quando-  
nam sit casus reservatus. n. 24. p.  
2. fol. 180.

Est casus reservatus in Bulla Cœnæ  
notandum. 1. p. 2. fol. 463.

### *Approbatio.*

Non est necessaria approbatio  
ordinarij ad audiendas Confessio-  
nes Religiosorum. n. 2. p. 2. f. 168

Qualis sit necessaria. n. 1. & seq  
ibidem.

### *Acqua.*

Quænam quantitas ad calicem  
pro consecratione immisceri de-  
beat. n. 120. p. 2. fol. 66.

Erit peccatum mortale, si non  
misceatur cum vino, sed non scrupu-  
losè procedatur, an duæ, vel  
tres guttæ esse debeant. n. 120. ibid.

### *Articulus Mortis.*

An in articulo mortis teneatur  
quis elicere actum contritionis. n.  
63. p. 2. fol. 134.

Qualis nam dicatur Articulus  
mortis n. 66. p. 2. fol. 136.

Tunc potest Sacerdos simplex  
absolvere ab omnibus casibus, &  
censuris reservatis, quamvis sit fa-  
cilis recursus ad Superiorem. n. 67.  
ibidem.

Præmonendus est infirmus, ut  
recuperata sanitate se Superiori  
præsentet pro absolutione casus  
reservati. n. 69. part. 2. fol. 138.

In hoc casu potest absolvere  
Sacerdos simplex, etiam præsente  
approbatu. n. 70. ibid.

Non

Nen omnes foeminae in partu sunt in articulo mortis. n. 72. p. 2. fol. 139. Videatur verbum *absolutio* & verbum *Communio*

*Asseturatio.*

Quid sit contractus *Asseturatio-* nis n. 133. part. 1. fol. 260.

Asseturator non obligatur ultra obligacionem Principalis, tam quo ad substantiam, quam quo ad accidentia, & hoc tantum deficiente, tenetur ipsemet ad solutionem ibidem.

An asseturator teneatur ad solutionem ante Judicis sententiā. ibid.

*Attritio.*

An attritio sufficiat ad recipien- dum Sacramentum Poenitentiae n. 63. p. 2. fol. 134.

An sufficiat naturalis pro fructu Sacramenti. n. 220. part. 1. f. 397.

An sufficiat pro ejus valore n. 221. ibid.

B

*Baptismus.*

Administrandus est Baptismus sub conditione infantibus expositis, qui inveniuntur sine schedula confirmante eos esse baptizatos n. 42. p. 2. fol. 123.

Non autem quando habent di- etam schedulam, licet non sit au- thentica. n. 43. ibid.

Non est necessarium rebaptiza- re sub conditione infantes ab Ob- stetricibus bene instructis, in do- mo baptizatos. n. 46. p. 2. f. 125.

Qualiter prohibitum sit Religio- sis agere Patrinos. n. 59. p. 2. fol. 204.

*Barbitonjores.*

Possunt exercere suum Officiū diebus Festis, ubi est consuetudo legitimè introducta. sub n. 12. p. 1. f. 66. & n. 27. p. 2. f. 317.

Obligantur ad jejunium. n. 23. p. 1. fol. 69. & n. 28. p. 2. f. 317.

*Bellum.*

Miles dubitans an bellum sit ju- stum, vel injustum, an possit bel- lare: & quæ differentia sit inter milites subditos, & non subditos, & inter salario conductos, & non con- ductos. n. 1. p. 2. fol. 298. videatur verb. milites.

*Beneficiatus.*

An habeat dominium super fru- ctus fui beneficij. n. 44. part. 2. fol. 33.

Peccat, si eos consumit in usus profanos. n. 45. ibid.

Quandonam teneatur dare pau- peribus id, quod de sua con grau- sustentatione superest. n. 45. ibid.

Potest cum fructibus beneficij compensare id, quod in suum ali- mentum de suo patrimonio, aut distributionibus consumpsit. n. 46. part. 2. f. 34.

Potest etiam sibi retinere, id, quod remanet ex vita frugali, & valde parca. n. 47. ibid.

Potest de fructibus beneficij subministrare consanguineis pau- peribus necessaria ad propriam lu- stentationem n. 48. ibid.

Non autem pro manutentione eorum fastus. aut ad fundandos majoratus. n. 48. ibid.

Potest

Potest reservare aliquam quantitatem pro necessitate probabilitati obventura. n. 49. p. 2. f. 35.

Angraviter peccat, si non recitat Officium Divinum in primis sex mensibus, quibus beneficium poscidet, & an ad restitutionem teneatur. n. 53. p. 2. f. 37. Videatur verbum. *Officium Divinum.* Et verbum *Restitutio*.

*Beneficiatus* non recitans officium ad restitutionem tenetur, ante iudicis sententiam. n. 132. p. 2. fol. 388.

Quamvis studijs incumbat, non satisfacit suæ obligationi, si per alium recitet. n. 136. p. 2. f. 390.

#### *Beneficium.*

Pactum cum Domino initum non recipiendi fructus beneficij non obligat. n. 32. p. 2. f. 28.

An beneficium non perpetuum sit titulus sufficiens pro ordinibus. n. 36. p. 2. f. 30.

Quænam beneficia possint accipi, & quæ non, sine animo recipiendi ordines majores. n. 40. p. 2. fol. 31.

Quid sit beneficium. n. 139. part. 2. fol. 391.

Quale sit beneficium curatum, & quale simplex. n. 140. ibid.

Quot modis acquiri possit n. 141. p. 2. fol. 392.

Est contra justitiam non dare gratis n. 143. part. 2. fol. 392.

Est Simonia dare pro pretio temporalis. n. 143. ibidem.

#### *Bestialitas.*

Non est reservata Papæ, nec inquisitioni pro Foro conscientiæ. n. 15. part. 1. fol. 322.

Est peccatum specie distinctum à Sodomia & pollutione. n. 153. part. 2. fol. 396.

Non est necessarium explicare in Confessione bestiam, cum qua fuit commissum peccatum n. 156. part. 2. fol. 397.

#### *Blasphemia.*

Quale nam peccatum sit n. 26. part. 1. fol. 42.

Non distinguuntur specie prolatæ contra Deum. à prolatis contra Sanctos. n. 26. ibidem.

Quænam sint hæreticales, & quæ non n. 30. part. 1. fol. 43.

Quænam verba sint blasphemiae. n. 28. ibidem.

Quisnam à blasphemia hæreticali absolvere possit. n. 30. ibidem.

#### *Bona.*

Qualia sint Castrenia, & quasi Castrenia. n. 178. & in quæ Filius familias habet Dominium part. 1. fol. 279.

Quænam sint profecticia, & quæ adventicia n. 179. & 180. p. 1. f. 280.

Quænam sint paraphernalia n. 190. part. 1. fol. 284.

Restitutio incertorum fieri debet pauperibus, aut fieri compositio cum Bulla. n. 20. part. 1. f. 211.

Bona Ecclesiastica. Videatur verbum *Beneficiatus*.

Surripere bona naufragantium Christianorum, est calus Bullæ Coenæ notandum 4. part. 2. f. 465.

Y y

Usur-

Usurpare bona Ecclesiasticorum,  
quomodo sit casus Bullæ Cœnæ. n.  
17. part. 2. fol. 485.

*Bulla Cœnæ.*

Quare sic vocetur. n. 2. part. 2.  
fol. 459.

Omnis Confessarij debent ha-  
bere notitiam casuum in ea con-  
tentorum. n. 1. ibid.

Quasi nam personas compre-  
hendat. n. 2. ibid.

Quænam ignorantia excusat ab in-  
currendis his censuris. n. 3. p. 2.  
fol. 461.

An excommunicationem incur-  
rat, qui sibi præsumeret absque  
speciali privilegio absolvere ab ejus  
censuris. n. 4. ibidem.

Quando absolvi possint, & à  
quo. n. 5. p. 2 fol. 462.

Explicantur viginti Excommu-  
nicationes in hac Bulla contentæ  
ibidem & seq.

*Bulla Compositionis*

Cujusnam qualitatis futura sint  
bona super quæ fieri possit compo-  
sitio. n. 20. p. 1 f. 211. & cujusnam  
quantitatis n. 21. part. 1. fol. 211.

Non valet illis, qui in fiducia  
Bullæ aliena bona usurpant, sed  
potest valere ijs, qui cum fiducia  
Bullæ usurpant. n. 23. part. 1. f. 212.

Potest, qui omisit officium Di-  
vinum satisfacere restitutioni cum  
Bullis. n. 60. part. 2. fol. 40.

Pro qualibet dare tenetur qua-  
tuor regales, duos Cruciatæ, &  
duos Fabricæ. n. 60. ibid.

Parochus non potest cum Bullis

fructus componere, quos debet  
ob defectum suæ residentiæ n. 8.  
part. 2. fol. 106.

*Bulla Cruciatæ.*

An possit quis absolví vi illius  
casibus Bullæ Cœnæ semel in vita,  
& semel in morte. n. 9. part. 1. fol.  
20. & n. 5. part. 2. fol. 462.

Quando hi casus Bullæ Cœnæ  
sunt occulti, possunt absolví toties  
quoties per Bullam Cruciatæ. n.  
12. p. 1. fol. 21. & n. 23. p. 2. f. 346.

Casus Episcopis reservati possunt  
virtute hujus Bullæ absolví, n. 18.  
p. 2. fol. 344.

Virtute sui privilegij potest ab-  
solvi Excommunicatio canonis n.  
48. p. 1. fol. 104.

Qualiter intelligatur, ut pars  
sit prius satisfacta. n. 48. & 49. p.  
1. fol. 105.

Virtute Bullæ potest quis abolví  
à suspensione occulta. n. 25. part.  
2. fol. 25.

An virtute hujus Bullæ possit  
celebrari in Oratorio, pro quo li-  
centia expiravit. n. 113. p. 2. f. 62.

An faveat Religiosis pro eligen-  
do Confessario extra eorum ordi-  
nem. n. 4. p. 2. fol. 169.

Et an illis faveat pro absolutione  
peccatorum reservatorum in eo-  
rum Religione. n. 14. p. 2. fol. 164.

Per Bullam potest quis absolví  
ab excommunicatione, quæ ob  
duellum incurritur n. 31. part. 1.  
fol. 98.

An qui est approbatus in uno  
Episcopatu possit eligi in Confessa-  
rium

rium  
Bullæ.

Qua-  
sint per-  
deatur

Qui  
Qui  
manua-  
per lit-  
Can-  
est illic-  
Que  
fit lucr-  
i. fol.

Que  
omissi-  
n. 139  
Qua-  
Canor  
Esse  
notabi-  
peccat-

Qua-  
gata:  
dum  
verò il-

Qui  
venitus  
vinum

Ob-  
Divini-  
bus o-  
tempo  
ad rest-  
Qu-

os debet  
tiae n. 8.  
nium in alio per privilegium  
Bullæ. n. 89. p. 2. fol. 371.

Quænam vota commutari pos-  
sint per Bullam n. 67. p. 1. f. 56. vi-  
deatur verbum. *Votum.*

C

*Cambium.*

Quid sit n. 138. part. 1. f. 263.

Quid sit cambium minutum,  
manuale, & quale sit Locale, aut  
per literas. n. 138. ibid.

Cambium siccum quale nam sit:  
et illicitum. n. 139. p. 11. fol. 264.

Quomodo in Cambio fieri pos-  
sit lucrum licitum. ibi & n. 140. p.  
1. fol. 265.

*Canon Missæ.*

Quot verborum in Canone  
omissio constitutat culpam gravem.  
n. 130. & 131. part. 2. f. 71. & seq.  
Quandonam incipiat, aut finiat  
Canon Missæ n. 131. part. 2 f. 72.

Esse voluntariè distractum per  
notabilem Canonis partem, an sit  
peccatum mortale. n. 132. p. 2. f. 73.

*Capellania.*

Qualis sit collativa, & qualis le-  
gata: hæc non obligat ad recitan-  
dum officium Divinum, bene  
verò illa n. 51. p. 2. fol. 36.

Quantus debeat esse ejus pro-  
ventus, ut obliget ad officium Di-  
vinum. n. 52. ibid.

Obligat ad recitationem officij  
Divini primis sex mensibus, qui-  
bus obtinetur; quamvis si hoc  
tempore non dicatur, non obliget  
ad restitutionem. n. 53 p. 2. fol. 37.

Quomodo possit Capellanus

alijs Missas tradere, collato minori  
stipendio. n. 155. p. 2. fol. 84. &  
n. 61. & seq. part. 2. fol. 359.

An teneatur dicere easdem Mis-  
sas à Fundatore præscriptas. n. 160.  
part. 2. fol. 86.

Non peccat mortaliter, qui se-  
mel, aut bis non celebrat Missas in  
loco à Fundatore præscripto: &  
ex justa causa potest Episcopus di-  
spensare, ut celebrentur in alio  
loco. n. 161. ibid.

Si absque dispensatione hoc se-  
pius contigeret, esset culpa gra-  
vis, sed nulla oriretur obligatio  
restitutionis, præterquam si Missæ  
celebrandæ in Altari privilegiato  
ex institutione Fundatoris, cele-  
brarentur in alio. n. 161. ibid.

Quid in hoc casu restitui debeat.  
n. 162. p. 2. fol. 87

An Capellanus, obligatus ad  
celebrationem pro Fundatore,  
possit semel in hebdomada eam-  
dem omittere. n. 165. part. 2. f. 88.

Ter, aut quater in Anno po-  
terit celebrare pro alijs, sed sine sti-  
pendio. n. 167. p. 2 fol. 89.

An Sacerdos detentus infirmi-  
tate per aliquos dies, teneatur per  
alium supplere. n. 168. p. 2. fol. 89.

An possit præponere, vel post-  
ponere celebrationem Missarum.  
n. 170. p. 2 f. 90.

An diminuto proventu Capel-  
læ, possit Diminui numerus Missa-  
rum. n. 172. p. 2. fol. 91.

*Capitaneus.*

An peccent, & restituere tenean-  
tur  
Yyy 2

tur stipendium pro illis militibus non habentibus illud. n. 7. part. 2. fol. 303.

An faciendæ sint tribus diebus continuatis, aut continuis. ibid.

An in locis amborum contrahentium publicandæ sint. ibid.

Quisnam dispensare possit in impedimentis dirimentibus. n. 112. p. 1 f. 169 videat verb. *Dispensatio*.

Quænam sit obligatio solvendi, & petendi debitum, & de ejus abusu. n. 122. & seq. p. 1 f. 179 videatur verbum. *Debitum*.

Quomodo dissolvi possit matrimonium ratum, & consummatum, tam quo ad vinculum quam quo ad cohabitationem. n. 142 & seq. p. 1

f. 186 & seq. videatur verbum *Divortium*.

### *Medicus.*

An Medicus ignorans teneatur desistere à sua arte, & ad restitutio-  
nem teneatur damni secuti. n. 11 part. 2 f. 305

In locis exiguis ubi doctior Medicus non adest, tolerari potest mi-  
nus doctus. n. 12 p. 2 fol. 306.

Etiam si sit doctus non debet negligere studium, nec onus mul-  
torum infirmorum assumere, qui-  
bus non possit assistere. n. 13 ibid.

An Pauperes gratis curare te-  
neatur. n. 14 ibid.

An teneatur applicare medica-  
mentum certum relicto probabili,  
& an possit applicare dubium pro  
experiencia facienda. n. 15 p. 2  
fol. 307

Certò sciens medicamentum  
non nocitrum, quamvis dubitet  
profuturum an possit applicare. ibi.

An Infirmo jam desperato appli-  
cari possit medicamen cum dubio  
an sit profuturum vel nocitrum. ibi.

Qualiter se gerere debeat in di-  
versis opinionibus alicujus medica-  
minis. n. 16 part. 2 f. 308

An ex justa causa licentiam co-  
medendi carnes concedere possit.  
n. 18 part. 2 f. 310

Quidnam agere debeat, quando  
dubitatur an causa sit sufficiens, vel  
non. ibidem.

An liceat mittere schedulas cui-  
libet Pharmacopolæ. n. 17. p. 2.  
fol. 309

An

An possint ordinare medicamina, ex quibus sequi potest abortus. n. 20 p. 2 f. 311

An applicari possunt medicamina, ex quibus oriri possit aliqua effusio seminis. n. 21 part. 2 f. 312

Quandonam teneatur infirmum admonere ut Sacraenta suscipiat. n. 22 p. 2 f. 313

Et quandonam teneatur periculum mortis manifestare, n. 23 part. 2 fol. 314

Determinationes Legum Navarræ circa Medicos. n. 33 p. 2 f. 319

*Mendacium.*

Videatur verbum *amphibologia*, & verbum *juramentum*.

*Mendicantes.*

Mendicantes virtute suorum Privilegiorum nequeunt absolvere à casibus Episcopis reservatis. n. 78 part. 2 f. 366

Possunt tamen absolvere ab aliis quibus casibus ipsis reservatis jure communi. n. 80 p. 2 f. 367.

Quænam privilegia habeant dispensandi, & commutandi vota, & impedimenta petendi debitum. n. 82 p. 2. fol. 367

An possint absolvere à Censuris Episcopis reservatis. n. 83 p. 2 f. 368

An Mendicantes possint absolvere à casibus Episcopis reservatis, & an possint non Mendicantes participantes eorum privilegia. n. 84 ibid. videatur verbum *Religioſi*.

*Mercatores.*

Qualiter se gerere debeant in venditionibus, emptionibus, alijsve contractibus. n. 35 p. 2 f. 320

An pluris vendere possint suas merces, quam alijs vendere solent. n. 36 ibid.

Quando creditò pluris vendere possint. n. 37 p. 2 f. 321

Quomodo peccent in monopolij. n. 38 ibid. videatur verbum *Monopolium*.

Quando jurare possint sibi constasse octo, illud quod quinque tantum constitit. n. 41 p. 2 f. 323

An minoris emere possint anticipata solutione quam alioquin valeret. n. 42 43 ibid.

An possint vendere carius minutatim, quam in magna quantitate. n. 44 part. 2 f. 324

Ant teneantur deserere officium quādo ipsis est occasio peccandi. ibi.

*Merces.*

Quænam dicantur ultroneæ, & quando minoris æstimentur. n. 114 part. 1 f. 251

An sit peccatum cum onere restitutionis quando furtivè transfuerint merces absque solutione veſtigium. n. 153 part. 1 f. 271

*Metus Gravis.*

Metus gravis est impedimentum matrimonium dirimens non verò levis. n. 79. p. 1. f. 154 & n. 89 part. 1 f. 157

Quisnam dicatur metus gravis, & quis levis. ibid.

*Ministro.*

An licitum sit petere administrationem Sacramentorum à Ministro in malo statu existente, quando ipse est dispositus, & præparatus ad ministrandum. n. 184 part. 1 f. 269

*Milites.*

Milites Isubditi possunt bellare pro ipsorum Rege, modo non constet bellum esse injustum, etiam si speculativè dubitent an sit justum, vel non, idem dicendum de militibus extraneis salariatis. n. 1 part. 2 f. 298

Miles voluntarius potest bellare quando probabiliter judicat bellum esse justum, & quandonam possit hoc judicium formare ibid.

An mortaliter peccet, qui est paratus bellare licet ignoret an bellum sit justum, vel non. ibid.

An miles extraneus voluntariè bellans graviter peccet, ignorando an bellum sit justum, vel non. ibid.

Non peccat miles desertando, quando non recipit stipendium, & licet tradatur ei stipendium, si pro certo scit se habere causam justam, nec damnum inde Principi proveniat: secus, non concurrentibus aliquibus ex dictis causis. n. 2 part. 2 fol. 300.

Tenetur miles servare stationem à Duce sibi concreditam, etiam si adsit evidens mortis periculum, alias obligatur omnia damna inde provenientia reparare, præterquam si nulla esset spes resistendi. n. 3 ibid.

Graviter peccat cum onere restitutionis miles accipiens in Castris diversa Chirographa pro hospitando in duobus Diversorijs, quando unicū sufficit. n. 4 p. 2 f. 301

Idem est si extorqueant ultra sibi necessarium ab ijs, apud quos hospitantur. n. 5 ibid.

Peccant etiam graviter cum onere restitutionis, quando in transitu furantur seclusa necessitate extrema, & quomodo restitutio facienda. n. 6 ibid.

Quænam sint peccata frequentiora militum. n. 6 in fine p. 2 f. 302

*Missa Auditio Missæ.*

An peccet exponens se periculo non audiendi Missam, quamvis accidentaliter deinde ipsam audiat. n. 3 part. 1 f. 62

An peccet, qui credit pervenire tempore debito, accidentaliter tamen postmodum non pervenit. n. 2 ibidem.

Quænam distractio sit incompatibilis cum præcepto audiendi Missam. n. 8 p. 1 f. 64

Qualenam iter excusat ab auditione Missæ. n. 6 ibid.

Quando ob metum latronum possit quis domi manere, & non audire sacram. n. 7 ibid.

An peccet, qui Missam non audiens, credit esse peccatum non audire, & putat esse peccatum non assistere eodem tempore infirmo. n. 4 & 5 p. 1 f. 63

An peccet, qui credit posse omittere Missam potius quam secum ferre puerum perturbantem alios in Ecclesia. n. 9 part. 1 f. 65

Non satisfacit Præcrpto, qui eodem tempore duas Missæ medietates audit, benet tamen qui successivè. n. 20 part. 1 f. 393

*Missa Celebratio Missæ.*

Quotuplex sit fructus Missæ, & quem

quem percipiat Excommunicatus,  
aut in peccato mortali celebrans n.  
146 p. 2 f. 80 & n. 148 & 149 part.  
2 f. 80 & seq.

An graviter peccet Sacerdos, qui  
sine causa toto anno non celebrat  
cum scandalo aliorum. n. 107 part.  
2 fol. 59.

Quibus diebus celebrare tenea-  
tur. n. 108 p. 2 f. 60

An Missa privata dici possit die  
Jovis Sancto n. 109 p. 2 f. 60

An in Sabbato Sancto, & cum  
quali introitu. n. 110 ibid.

Quanam hora incipi possit Sa-  
cram. n. 111 p. 2 f. 61

An post meridiem. n. 112 part.  
2 fol. 62

An sit peccatum celebrare sine  
Cruce, & qualis esse debeat. num.  
117 p. 2 f. 64

Quantum de acqua misceri de-  
beat pro consecratione. n. 120 p.  
2 fol. 66

Miscere acquam non est de ne-  
cessitate Sacramenti sed Præcepti.  
n. 121 ibid.

Quando, & quomodo accipi  
possint post Offertorium particulæ  
consecrandæ. n. 123 p. 2 f. 67

Quid agendum, quando tem-  
pore consummationis inveniuntur  
in Corporali fragmenta. n. 125  
p. 2 f. 68

An sit peccatum mortale in Pa-  
schate omittere quod est additum  
ad Communicantes. n. 130 p. 2 f. 71

Quot verba omissa in Canone  
constituant peccatum mortale. ibi.

An in Canone voluntariè distra-  
ctus graviter peccet. n. 132 part.  
2. fol. 73

An etiam extra Canonem. num.  
133 p. 2 f. 74

An quis in Altari memor alicujus  
culpæ gravis in Confessione oblitæ  
teneatur quam primum confiteri.  
n. 136 p. 2 f. 75

Quid agere debeat, quando quis  
post consummationem invenit in  
Altari, aut Sacraria aliqua fragmen-  
ta in Corporali. n. 143 part. 2 f. 77

Quale stipendium percipi possit  
pro Missa n. 145 & seq. p. 2 f. 79 vi-  
deatur *verb. stipendium.*

An sit necessaria Missa de Requie  
ad lucrandas Indulgentias in Altari  
Privilegiato. n. 164 p. 2 f. 87

Ut Missa habeat suum effectum  
applicanda est ab ipso Celebrante,  
& sufficiet, si die antecedenti appli-  
cetur. n. 177 & seq. p. 2 f. 94

Applicanda est in primo memen-  
to. n. 180 ibid.

Tenetur Parochus ad Populum  
celebrare per se vel per alios, quo-  
ties Populus eam audire tenetur,  
& etiam quando occurrit Missa  
Nuptialis, aut Funeralis. n. 26 part.  
2. fol. 114

Quibus diebus etiam Ferialibus  
celebrare teneatur n. 27 part. 2 f. 15

Quo jure, quibusque diebus te-  
neatur celebrare pro populo, fusæ  
tractatur. n. 29 & seq. p. 2 f. 116

Appicare tenetur pro Populo  
diebus solemnibus, & quinam iij di-  
cantur. n. 39 p. 2 f. 121

An

An Missæ pro libito à Religioſo applicatæ contra voluntatem Prælati , valeant pro ſe , vel pro Prælato . n . 38 p . 2 f . 186 videatur verbum *Conſecrare* & verbum *Cingulū* .  
*Moniales.*

Cuinam conſiteri poſſint . n . 20 part . 2 f . 178

Tenentur officium Divinum pri- vativum perſolvere non perſolven- tes in Choro . n . 60 part . 2 f . 205

Quomodo peccent admittentes aliquain personam ſecularem intra ſepta Monasterij . n . 61 & seq . p . 2 f . 206 videatur verb . *Claufura* .

Qualiter in morte diſponere po- ſſint de rebus ad proprium uſum ſpectantibus . n . 64 p . 2 f . 208

An ipsarum Prælatissæ poſſint ip- fīs imponere præceptum Sanctæ obediencie . n . 65 p . 2 f . 209

Quandonam in malo ſtatu ob amicitias verſentur , & an in iſtis fa- miliaritatibus neganda ſit abſolu- tio . n . 66 & 67 part . 2 f . 209 & seq .

An ſit peccatum mortale ador- nare ſe cum curioſitate & vanitate . n . 70 p . 2 f . 212 . videantur verba *Religioſi, obediencie, Paupertas, Caſtitas.*

*Monopolium.*

Quid ſit , & an liceat n . 38 & 40 p . 2 f . 321 & seq

Mercator non concurrens ad mo- nopolium , potest vendere pretio currenti inter auctores monopolij , modo non ſit injuſtum tale pretium n . 39 p . 2 f . 322

*Montes.*

Quando ſit peccatum paſcere

gregem , & ligna abſcindere in montibus alienis . n . 78 p . 1 f . 237  
*Mors.*

Quando ſit peccatum mortem ſibimet ipſi deſiderare . n . 12 part . 1 fol . 89

Proximo mortem deſiderare ob intereffe temporale an ſit peccatum mortale . n . 52 p . 1 f . 350

Quandonam liceat deſiderium inefficax mortis . n . 53 ibid .

Peccatum mortale eſt mortem deſiderare Parenti propter hæreditatem , aut complacere ſibi de ipſius morte in ebrietate n . 57 & seq . p . 1 fol . 352

*Murmuratio.*

Quid ſit ex natura ſua peccatum mortale eſt , licet per accidens po- ſit eſſe veniale n . 6 part . 1 f . 300

Quando ſit peccatum mortale , quando non n . 7 . & seq . ibid .

An ſit peccatum mortale , & contra iuſtitiam publicum delictum manifestare in loco ubi non inno- tefcit . n . 10 part . 1 f . 302

An ſit peccatum mortale refe- re , ut ſuſpectum alterius delictum . n . 12 p . 1 f . 303

Murmurare de rebus levibus non eſt peccatum mortale . n . 16 part . 1 f . 305

Quandonam ſit peccatum mor- tale audire murmurationes . n . 18 & seq . ibid .

Qualiter ſit reſtituenda fama ab- lata per murmurationes . n . 20 & seq . p . 1 f . 306 videatur verb . *Fama* .

*Mu-*

*Mutuum.*

*Quid sit. n. 99 part. 1 f. 246*

*Quando sit usura aliquid ultra sortem ex mutuo accipere. n. 100 & seq. ibid.*

*Quidnam condemnetur ab Innocentio XI. circa mutuum. n. 163 & seq. p. 1 f. 381 videatur verb. *Ujura.**

*Et quid ab Alexandre VII. n. 283 & seq. part. 2 f. 449 & seq.*

*Quænam conditions requirantur in mutuo ibid.*

*An possit aliquid accipi ultra sortem hac obligatione, ut mutuator rem non repeatat usque ad certum tempus n. 284 p. 2 f. 450*

*Ratione lucri cessantis aliisque titulis, aliquid accipi potest. n. 285 p. 2 f. 451 videatur verb. *Contractus.**

*N**Necessitas.*

*An in urgente necessitate practicari possit opinio minus probabilis circa Sacrament. n. 9 part. 1 f. 338*

*Non est licitum in gravi necessitate furari. n. 133 & seq. part. 1 f. 371*

*Notarij.*

*Quid ipsis competit vi sui officij. n. 43 p. 2 f. 249*

*Scire tenetur clausulas generales instrumentorum. ibid.*

*An Fidem præstare possit de aliqua solutione facta, cum tamen ille non viderit n. 44 p. 2 f. 250*

*Conficiens instrumentū falsum in damnum tertij, duo peccata specie distincta committit, & ad restitutionem tenetur. n. 45 p. 2 f. 251*

*An conficiens scripturas ad solvendas usuras graviter peccet, & in excommunicationem incidat. n. 46 ibid.*

*Quandonam in hoc casu ad restitutionem teneatur. p. 2 f. 252*

*An ad restitutionem teneatur, quando est causa, quod lis ad aliud Tribunal deferatur contra voluntatem partis. n. 47 ibid.*

*Recipiens testamentum alicujus amentis peccat, & ad restitutionem tenetur, & testamentum est invalidum. n. 49 part. 2 f. 254*

*Quandonam graviter peccet, conficiendo scripturas venditionis, in quibus res venditur, aut emitur pluris, aut minoris, quam valeat. n. 48 p. 2 f. 253*

*Tenetur manifestare legata à Testatore relicta. n. 50 p. 2 f. 254*

*Quandonam peccet servando Protocolla absque eorum formali extensione. n. 51 p. 2 f. 255*

*Graviter peccat, & restituere tenetur omnia damna, quæ sequuntur ex negatione transumpti Originalium existentium in sua potestate partibus ea petentibus. n. 52 ibid.*

*Numerus.*

*Quando poenitens non potest manifestare numerum determinatum suorum peccatorum sat est, ut se accuset de consuetudine peccandi. n. 10 p. 1 f. 35 & n. 6 p. 1 f. 116*

*O**Obedientia.*

*Non tenetur Religiosus obediens Eeee suo*

suo Prælato, quando imponitur ipsi aliquid contra Regulam, aut in ea contentū, præterquam si Superior posset in ijs dispensare. Nectenetur obedire in ijs, quæ sunt supra Regulam; bene verò in illis, quæ sunt secundū Regulam directe, vel indirecte. n. 36 p. 2 f. 185

Quænam verba adhibere soleant Prælati, quando cum eorum præceptis ad culpam gravem obligare intendunt. n. 37 p. 2 f. 186.

An sit peccatum mortale non obedire etiam in re levi, quando finis ob quem præcipitur est gravis. n. 39 p. 2 f. 187

An subditus teneatur obedire habens in sui favorem opinionem probabilem excusantem ipsum, & quid agere debeat, quando dubitat, an præceptum sit justum, vel non ibid.

Non tenetur obedire, quando dubitat, an Superior sit legitimus Prælatus, antequam sit in pacifica possessione sui officij. n. 40 p. 2 f. 188

#### *Observantia Vana.*

Quid sit. n. 24 part. 1 f. 25

Potest fieri cum pacto expresso dæmonis, & tunc peccatum mortale erit, & cum pacto implicito, & tunc ob ignorantiam poterit esse veniale. ibid.

Quomodo distinguatur à Divinatione & maleficio. ibid.

#### *Oblatio.*

An Fideles teneantur offerre in sacro. n. 213 p. 1 f. 294

#### *Occasio.*

Quid sit occasio proxima. n. 269 p. 2 f. 445

Inquirendum est in sexto præcepto num in peccato interveniat occasio proxima, & qualiter aprienda. n. 35 part. 1 f. 129

Quando dicatur proxima, & quando remota. n. 281 p. 1 f. 417

An occasio proxima inveniri possit in omni genere peccatorum. n. 283 ibid.

Quomodo distinguatur occasio à consuetudinen. 284 p. 1 f. 418

Quænam dicatur voluntaria, & quæ involuntaria n. 385 ibid.

An sit absolvendus, qui non vult deserere occasionem proximam voluntariam. n. 286 ibid.

Rarò absolvendus est ille, qui occasionem non deserit, etiamsi promittat deserere. n. 288 ibid.

In occasione voluntaria absolvit quis potest, dummodo occasione non uniatur habitus. n. 291 & 292 p. 1 f. 419 & n. 276 part. 2 f. 447

Ut dicatur occasio involuntaria, non sufficit causa utilis, & honesta pro ea non evitanda, sed urgens esse debet, & quænam dicantur hæ causæ n. 293 & seq. p. 1 f. 419 & seq.

An Poenitens existens in occasione proxima sit absolvendus, quando cum dolore extraordinario accedit. n. 297 p. 1 f. 421 & n. 279 p. 2 f. 448

An etiam quando objectum taliter mutatur, ut desinat esse occasio illa, quæ antea erat. n. 298. p. 1 fol. 421

Quid

Quid sit directe inquirere occasionem proximam , & quid indirec-  
te. n. 300 p. 1 f. 421.

Non licet inquirere directe. n.  
301 p. 1 f. 422

Quando liceat inquirere indirec-  
te. n. 303 & seq. p. 1 f. 423

Qualiter se gerere debet Confessarius , quando Sacerdos proxime celebraturus accedit ad Confessionem existens in occasione proxima n. 15 & seq. part. 2. f. 20

Quandonam dicetur occasio proxima familiaritas cum Monialibus , & an per hoc neganda sit absolutio. n. 67 p. 2 f. 210

Occasio proxima, potest esse , & non esse conjuncta cum consuetudine peccandi. n. 270 p. 2 f. 445

potest aliquid esse occasio proxima alicui , & non alteri. n. 271 part. 2. fol. 445

Nequit Concubinarius retinere occasionem proximam sub praetextu utilitatis concubinae. n. 272 ibid.

Minus Concubina potest detinere se in occasione proxima , sub praetextu percipiendi salario a Domino. n. 274 p. 2 f. 446

Nec sufficit praetextus notae incuriae deferendo occasionem. ibi.

Non sunt absolvendi , qui non habent propositum abstinenti se a Choræis , & ludis , qui sunt ipsis occasio peccandi. ibid.

Nec est absolvendus , qui non vult removere occasionem dubia peccandi. n. 275. p. 2 f. 447

Quomodo occasio proxima per-

dolorem extraordinarium inter-  
rumpatur. n. 280 p. 2 f. 448

Qua prudentia & cautella se ge-  
rere debeat Confessarius cum ijs ,  
qui sunt in occasione proxima  
peccandi. n. 282 p. 2 f. 449

Odium.

Non distinguuntur specie morali  
odia , quamvis sint materialiter di-  
versa mala , quæ proximo deside-  
rantur, quando, qui desiderat , non  
desiderat ea ipsem et exequi. n. 2. 3  
& 4 p. 1 f. 86.

Quot peccata numero distincta  
committat , qui per longum tem-  
pus odio habuit proximum. n. 5 &  
6 p. 1 f. 87

Odium contra proprios Geni-  
tores habet duas malitias specie di-  
stinctas , nempe contra virtutem  
pietatis , & contra Charitatem. n.  
6 p. 1 f. 76

Qui odio habuit proximum, nec  
eum alloquitur , quomodo peccet  
ratione scandali n. 7 p. 1 f. 87

An peccet , qui ob injuriam sibi  
illatam , ab aliqua persona , non fre-  
quentat sicut prius domum ipsius.  
n. 8 p. 1 f. 88

Quomodo sit peccatum gaude-  
re de malo proximi aut de ejus bo-  
no tristari. n. 9 & 10 ibid.

Contentiones absque interno  
odio non sunt peccata mortalia ,  
duromodo dicta verba non sint gra-  
viter injuria. n. 11 p. 1 f. 89

Quomodo , & quando peccet  
homo contra propriam Charita-  
tem per sui ipsius odium , deside-

rando sibi mortem, aut propter aliquem excessum privando se sanitatem. n. 12 & seq. ibid.

Quomodo sit peccatum mortem desiderare proximo, aut gaudere de ipsa. videatur verbum. *Mors.*

*Officium Divinum.*

Quandonam Capellania obliget ad persolvendum Divinum Officium. n. 51 & seq. p. 2f. 36.

An prætermittens aliquo die omnes horas Canonicas, unum tantum numero peccatum committat. n. 54 p. 2f. 38

Quot peccata committat, determinatus non recitare toto anno Divinum Officium n. 55 ibid.

Quid restituere teneatur, qui non dicit Officium Divinum. n. 56 & seq. ibid. videatur verb. *Restitutio.*

An omissio unius horæ sit materia gravis n. 73 part. 2 f. 45

Quænam omissio dicatur materia levis n. 74 ibid.

An satisfaciat, qui verba pronunciando seipsum tamen non audit. n. 77 p. 2f. 47

Qui est aliqualiter balbutiens, aut recitat cum socio satisfacit, quamvis malè aliquid pronunciet n. 79 p. 2 f. 48

An qui est inculpabiliter distractus in officio peccet. n. 80 ibid.

An qui cum advertentia interna manet distractus peccet. n. 81 ibid.

Si distractio est exterior, & incompatibilis cum attentione non satisfacit, & quænam actio dicatur incompatibilis. n. 82 p. 2f. 48

Quando satisfaciat quis, recitando, ubi est magnus rumor. n. 83 p. 2 f. 49

Qui bene recitavit Divinum officium videtur tamen ipsi malè recitasse, & proponit iterum ipsum recitare, non tenetur de novo repetere, sed sufficit, si deponat scrupulum. n. 84 ibid.

Non requiritur intentio expressa satisfaciendi præcepto recitando, sed sufficit quod non sit intentio contraria. n. 85 p. 2 f. 50

Recitans Divinum Officium, & eodem tempore gravi alicui peccato consentiens, an duo specie distincta peccata committat. n. 86 ibid.

An talis satisfaciat præcepto Ecclesiæ. n. 88 & 89 p. 2 f. 51 & seq.

Quando sit peccatum recitare officium alicuius Sancti loco feriæ, & quando non. n. 91 p. 2 f. 53

An qui per errorem non recitavit Officium Sancti currentis possit alia die recitare. n. 92 ibid.

Quando sine peccato binis viciibus recitari possit de uno Sancto. n. 93 p. 2 f. 54

An sit peccatum dicere officium alicuius Sancti semiduplicis, sub ritu duplo. n. 94 ibid.

An qui per errorem dixit matutinum Feriæ, teneatur post advertentiam erroris prosequi totum officium ejusdem feriæ. n. 95 ibid.

An qui per errorem persolvit officium alicuius Sancti, teneatur de novo repetere post advertentiam erroris. n. 96 p. 2 f. 55

An

An ex causa justa liceat pridie ad Vesperam recitare solum matutinum, Laudes ad sequentem diem differendo. n. 98 ibid.

Quonam tempore horæ Canonicae sunt recitandæ. n. 100 p. 2 fol. 56

An sit peccatum interrumpere Divinum officium. n. 102 p. 2 f. 57

Mutare sine causa ordinem horarum est peccatum veniale, secùs, cum causa. n. 104 p. 2 f. 58

An satisfaciat recitando cum socio, quando ex obligatione non recitat. n. 105 ibid.

An cum causa liceat recitare matutinum sequentis diei, nondū peracto Officio præcedentis diei. n. 106 ibid.

Qui habet aliquod beneficium, & studijs vacat, non satisfacit per alios recitando. n. 136 part. 2 fol. 390

Qui in Dominica Palmarum dicit officium Paschatis Resurrectionis, an satisfaciat. n. 213 p. 2 f. 420

An recitando Officium Paschatis in quolibet alio die, satisfaciat suæ obligationi. n. 214 & seq. ibid

Præceptum recitandi Divinum Officium, est onus annexum diei. n. 218 p. 2 f. 422

Unico officio, nequit satisfacere quis dupli Præcepto, nempe pro die præsenti, & crastino. n. 219 ibidem.

Qui non potest recitare matutinum, & Laudes, ad alias horas tenetur, & contrarium est condé-

natum ab Innocentio XI. n. 209 p. 1 f. 394

Qui non potest matutinum, & Laudes, & anceps est an possit, vel ne alias horas, non tenetur recitare. n. 210 ibid.

Qui non potest dicere Antiphonas. Capitula, Orationes, & Responsoria brevia horarum, & potest Psalmos recitare, ad eosdem teneatur. n. 212 part. 1 f. 395

Si quis eodem die sèpiùs actum voluntatis eliciat non recitandi officium Divinum, an plura numero peccata committat. n. 215 ibid.

*Opinio.*

Non licet docere, defendere, nec ad praxim deducere, ullam ex opinionibus condemnatis ab Innocentio XI. n. 1 & 2 part. 1 f. 335

In materia, Forma Sacramentorum, & intentione Ministri, non licet sequi opinionem probabilem relictam probabiliori, seclusa extrema necessitate. n. 9 p. 1 f. 338

Potest bene eligi opinio probabilis relictam probabiliori circa integratem materiam Confessionis. n. 10 ibid.

Non condemnatur Assertum astruens, fore validum Sacramentum factum cum opinione probabili, sed solum, quod hoc sit licitum. n. 12 p. 1 f. 339

Pœnitens sequi potest opinionem probabilem sibi favorabilem relictam tiori. n. 15 p. 1 f. 341

In materia jurisdictionis, non tene-

tenetur Confessarius tutius sequi.  
n. 19 & 20 p. 1 f. 342

Nec est obligatio eligendi tutius  
relicto tuto etiam in materia Sac-  
ramentorum. n. 21 ibid.

Nequit Judex superior, nec in-  
ferior sequi opinionem minus pro-  
bablem, nisi haec esset in favorem  
Rei. n. 22. & seq. p. 1 f. 343.

Quænam opiniones sequi tene-  
antur Judices n. 22. ibid. & n. 19.  
p. 2. f. 232. vid. verb. *Judices*.

Quænam dicantur tenuis pro-  
babilitatis. n. 26 & seq. p. 1 f. 343.

An possint eligi tales opiniones,  
& quomodo cognoscantur. n. 27  
p. 1 f. 344.

An haec possint eligi in urgente  
necessitate n. 28 p. 1 f. 344.

In materia jurisdictionis an te-  
neatur Confessarius se conforma-  
re opinioni poenitentis. n. 19 p. 2  
f. 178.

An opinio, quod Bulla Crucia-  
tæ suffragetur Religiosis sit proba-  
bilis. n. 15. p. 2. f. 174.

Quænam opiniones sequit tenea-  
tur Advocatus n. 21 & seq. p. 2  
f. 223 & seq. videat. verb. *Advocatus*.

Et quas Medicus in applicatione  
medicamentorum. n. 16 p. 2 f. 308.

Quænam ex condemnatis ab  
Alexand. VII. censeantur scandalosæ,  
& practicè falsæ. n. 1 p. 2 f. 337.

Si quis ad praxim deduceret, aut  
defenderet aliquam ex ipsis notam  
excommunicationis incurreret, nec  
non violaret obedientiam debitam  
Pontifici. n. 2 p. 2 f. 338.

An sit aliqua differentia inter  
Decretum opinionum condemna-  
tarum ab Innocentio XI. & Ale-  
xandro VII. n. 4 ibid.

Nemini licet ad praxim deduc-  
re ullam ex opinionibus condem-  
natis, hoc prætextu, quod cessat  
in ea finis Legis, aut præsumptio-  
nis. n. 5 ibid.

Quid requiratur, ut opinio dica-  
tur probabilis. n. 174 parte 2 f. 404

Non ex eo, quod opinio sit ali-  
cujus junioris & moderni censem-  
da est probabilis. n. 175. p. 2 f. 405.

Quandonam possit Author sin-  
gularis facere opinionem n. 176 &  
177 p. 2 f. 406.

Eligi potest opinio minus proba-  
bilis, & tuta, præterquam in casi-  
bus condemnatis n. 179. p. 2 f. 407.

### *Oratorium.*

An terminata licentia à Summo  
Pontifice concessa celebrandi in  
Oratorio, possit ulterius vi solius  
Bullæ celebrari absque nova licen-  
tia n. 113 p. 2 f. 62.

An possint Religiosi celebrare  
in similibus oratorijs, etiam expi-  
rata concessione Pontificis n. 114  
p. 2 f. 63.

### *Ordo.*

An possit licite suscipere ordines,  
qui promisit contrahere sponsalia  
cum puella n. 45 & 46 p. 1 f. 135 &  
n. 6 & 8 p. 2 f. 16 & seq.

Ordo sacer est impedimentum  
matrimonium dirimens. Ordines  
minores nec impediunt, nec diri-  
munt. n. 80 p. 1 f. 154.

### *Ordo*

Ordo est Sacramentum Vivorum. n. 8 p. 1 f. 338.

An requiratur Confirmatio in suscipiente ordinis sacros. n. 1 parte 2 f. 13.

Suscipiens Sacramentum Ordinis cum dubio legitimæ ætatis, & cum intentione conditionata, an valide suscipiat. n. 2 & seq. parte 2 f. 14 & seq.

Non requiritur contactus Physicus materiæ, pro validè suscipiendo ordine, etiamsi culpa gravis esset culpabiliter non tangere. n. 5 p. 2 f. 16.

Qui ex metu gravi suscipit Ordines, an sit validè ordinatus. n. 9 p. 2 f. 17.

An talis teneatur ad continentiam sacro Ordini annexam, & recitationem Divini Officij n. 10 p. 2 f. 17 & seq.

An Castitas sit annexa Ordini Sacro, vi voti, vel præcepti Ecclesiastici. n. 13 p. 2 f. 19.

Committit Sacrilegium, qui sacræ ordinibus ordinatus, peccat contra castitatem. ibi.

Qui mala fide ante legitimam ætatem ordinem sacrum suscipit in suspensionem incidit, secùs si bona fide & ignoranter. n. 20 p. 2 f. 23.

Peccat etiam graviter, qui ante ætatem competentem, ordinem susceptum defectu ætatis exercet. n. 21 ibid.

An committat sacrilegium, & suspensionem incurrat, suscipiens Ordines cum dimissorijs fictis. n. 23 p. 2 f. 24.

An incidat in irregularitatem, qui aliqua censura irretitus, solemniter actus ordinis exercet n. 24 p. 2 f. 25.

Probabile est graviter non pecare, qui suscipit minores ordines, cum animo non suscipiendi miores. n. 26 p. 2 f. 26.

An sit necessarium Patrimonium pro suscipiendis ordinibus. n. 27 ibid. videatur verbum Patrimonium.

Quænam esse debeat beneficium pro suscipiendis ordinibus. n. 27 ibi. & n. 32 & seq. p. 2 f. 28 & seq. videatur verbum. *Beneficium.* & verbum. *Beneficiatus.*

### Oscula.

An oscula habita ex sola delectatione carnali, etiamsi sint cum animo ea ad opus non redigendi sint peccata mortalia. n. 261 part. 2 fol. 441

An idem intelligatur de amplexibus, & tactibus. n. 262 p. 2 f. 442

Quandonam desinant esse peccata mortalia. n. 264 p. 2 f. 442

An permittantur sponsis defuturo. n. 266 p. 2 f. 443

P.

### Parentes.

Quænam vota Filiorum irritare possint. n. 51 & seq. part. 1 f. 50

In Regno Navarræ, non possunt ob Patriam potestatem irritare vota Filiorum. n. 53 p. 1 f. 51 videatur verb. Irritatio.

An graviter peccent, negligentes in educatione filiorum. n. 13 & 14 p. 1 f. 78

An

An peccent contra iustitiam malum exemplum præbendo eorum familiæ. n. 15 p. 1 f. 79

Quando ad usum rationis pervenerunt Filij, in eorum cubiculis eos dormire non sinant. n. 16 ibid.

An peccent vim ijs inferendo in electione status. n. 17 ibid.

An possint exhæredare Filios, matrimonium contrahentes contra voluntatem ipsorum. n. 18 & 19 p. 1 f. 80 videatur verb. *Filij.*

*Parochus.*

An in aliquo casu urgenti possit dispensare in denunciationibus matrimonij. n. 65 p. 1 f. 144 videatur verb. *Matrimonium.*

Non potest abesse à sua Parochia cum sola licentia præsumpta Episcopi. n. 1 p. 2 f. 102

An talis licentia requiratur in scriptis. ibid.

Ut possit abesse duobus mensibus, an sufficiat motuum recreationis. n. 2 ibid.

Tenetur relinquere idoneum Substitutum, licentiam habentem exaudiendi Confessiones Subditorum utriusque sexus. n. 3 ibid.

An tali Substituto sit necessaria nova Commissio Episcopi. ibid.

An possit Parochus abesse sine licentia Episcopi per duos, aut tres dies Feriales, quando non habet aliquem graviter infirmum in loco. n. 5 p. 2 f. 104

Ultra duos menses non potest abesse, quamvis habeat licentiam, seclusa causa gravi, & quæna cen-

featur. n. 6 Et an si hoc faciat sine causa gravi ad restitutionem fructuum teneatur, & qualiter, & cui. n. 7 & 8 p. 2 f. 105 & seq.

Tenetur Parochus Sanctum Euangeliū explicare, n. 9 & seq. p. 2 f. 106 & seq.

Quænam sit hæc obligatio videatur verb. *Concionari.*

Explicare tenetur doctrinam Christianam diebus Dominicis, & Festis. n. 22 p. 2 f. 113

Non excusantur ex eo, quod Magistri scholæ eandem doceant. n. 23 ibid.

Quibus medijs uti debeat pro obligandis Parochianis ad eam apprehendendam. n. 24 & 25 p. 2 fol. 114

Quam obligationem habeant celebrandi ad Populum, & pro Populo. n. 26 & seq. ibid. videatur verb. *Missa.*

Quandonam sub conditione infantes rebaptizare debeat. n. 42 & seq. p. 2 f. 123 & seq. videatur verb. *Baptismus.*

An Parochus habens Substitutum idoneum teneatur de nocte exaudire Confessiones, si non est personaliter vocatus. n. 48 p. 2 fol. 127

Quamvis habeat substitutum, an teneatur exaudire, quando Parochiani satisfacere tenentur præcepto, & in pluribus alijs occasionibus. n. 49 & 50 ibid.

Qualiter se gerere debeat auditurus Confessiones Infirmorum. n. 51

n. 51 & seq. p. 2 f. 129 videatur verb. *Absolutio*.

An possit dimidiare Confessionem, quando instat urgens necessitas curandi infirmum, & etiam periculum vite ejusdem infirmi. n. 62 p. 2 f. 134

An etiam quando in delatione viatici, deprehendit infirmum fuisse male confessum, & detinendo se in exaudienda tota Confessione sequatur nota. n. 73 p. 2 f. 140

Qualiter se gerere debeat administrando viaticum infirmis. n. 74 & seq. p. 2 f. 141 videatur verbum *Communio*.

Qualiter administrare debeat extremam unctionem. n. 84 & seq. p. 2 f. 147 videatur verbum *extrema unctionis*.

Qualiter se gerere debeat, quando infirmus consilium petit pro confiiendo suo testamento. n. 99 & seq. p. 2 f. 154 videatur verbum *Testamentum*.

Quam obligationem habeat adjuandi, & adhortandi infirmos ad bonam mortem. n. 108 109 p. 2 f. 160 & seq.

Quomodo adjuvare teneatur in tentationibus illo puncto supervenientibus. n. 110 & seq. p. 2 f. 161

Omnis Indulgencias possibles applicare ipsi intendat. n. 114 p. 2 fol. 162.

#### *Participans.*

Qui participat in furto cooperando in damnum, ad restitutionem tenetur in solidum, si fuit causa moralis furti, aut partis acceptae,

si furtum sit divisibile, & non fuerit causa damni. n. 45 & 46 p. 1 fol. 220 & seq.

Qui participat in re ab alijs furto ablata, si mala fide consumpsit, restituere debet totum id, quod participavit. Si verò bona fide consumpsit, tenetur restituere id, in quo factus est ditior. n. 50 p. 1 f. 222

#### *Patrimonium.*

Qui ordines suscepit cum Patrimonio ficto, idest cum pacto restituendi Domino à quo habuit, graviter peccat, sed in suspensionem non incidit, nec Domino Patrimonium restituere tenetur, præterquam quando hoc accepisset cum pacto restitutionis, quando ad acquirendum proventum congruum pervenire possit. n. 28 & 29 p. 2 f. 27

Patrimonium alteri creditorum cum Hypotheca obligatum, non est titulus sufficiens pro ordinibus. n. 30 p. 2 f. 28

Census perpetuus potest inserire pro Patrimonio. n. 31 ibid.

An sit sufficiens Census redimibilis, ibid.

#### *Paupertas.*

Peccat contra paupertatem Religiosus, exponens sine licentia sui Prælati pecuniam ludo, & quænam sit materia gravis in hoc. n. 11 & seq. p. 2 f. 172 & seq. videatur verbum *Ludus*.

Qualiter peccat contra Paupertatem Religiosus dissipans res Monasterij in usus profanos, & an persona eas recipiens ad restitutionem teneatur. n. 41 & 42 p. 2 f. 188 & seq.

Ffff

Pau-

Paupertas Religiosa excludit dominum, aut proprietatem in rem aliquam temporalem, vi ejusdem pariter vetitum est, recipere, dare permutare, aut deponere aliquid absque tacita aut expressa sui Prælati licentia. n. 43 p. 2 f. 189

Conceditur ipsi usus rerum necessariarū plus minus strictus juxta consuetudinem aut rigorem suæ Religionis ibid.

Ne peccatum committatur in usu rerum, non requiritur licentia certò præsumpta Prælati, sed sufficit probabilis, vel consuetudo legitima in Religione, vel Prælatus videndo, quod res recipiatur, aut utatur, & cum possit faciliter prohibere, totum dissimulat. n. 44 p. 2. fol. 190

Licentia præsumpta, non est desumenda ex genio naturali aspero Prælati, sed à judicio hominum prudentum. ibid.

Non peccat mortaliter contra paupertatem, sed venaliter Religiosus accipiens, aut aliqua re utens in qua Prælatus est invitus solum quo ad modum, non verò quo ad substantiam, & si etiam quo ad modum esse consentiens nullum peccatum committeret. ibid.

Religiosus in absentia sui Prælati recipiens aliquid, quam obligacionem habcat id manifestandi dicto Prælato. n. 45 p. 2 f. 192

#### Peccatum.

Quænam sint motiva, & rationes à Confessario proponendæ pœnitenti, incitando ad dolorem pec-

cati commissi. n. 2 & seq. p. 1 f. 317 & n. 3 & seq. p. 2 f. 329 & seq.

Unde dignosci possit, quando peccatum sit ex genere suo mortale. n. 86 p. 2 f. 50

Illud quod ex genere suo est mortale, an possit per accidens esse veniale. n. 70 p. 1 f. 356

Aliqua peccata remittuntur directè, alia indirectè in Confessione, & quomodo hoc fieri possit. n. 71 part. 2 f. 363

An peccata oblita, aut ex justa causa omissa in Confessione, sint postea confitenda. n. 73 p. 2 f. 364

Nulla est obligatio confitendi immediatè, sed differri potest, quoisque instet præceptum Confessionis. n. 74 ibid.

An qui confessus fuit decem peccata, adjunctis illis verbis plus minusve, & deinceps recordatur duorum, vel trium, an teneatur iterum confiteri. n. 75 p. 2 f. 365

Qui bona fide se accusavit de decem peccatis, & postea advertit numerum minorem, an teneatur in alia Confessione repetere. ibid.

Qui in Confessione non potest explicare numerum præfixum suorum peccatorum, sufficit, ut manifestet consuetudinem peccandi. n. 76 ibid.

Peccatum contra naturam quid sit, & quomodo dividatur. n. 3 p. 1 f. 114 videatur verb. tollutio.

#### Pensio.

Gaudens aliqua pensione, teneatur recitare officium parvum Dominae

minæ nostræ , secùs ad restitutionē tenetur. n. 70 p. 2 f. 43

*Percussio.*

Percussio Clerici alia dicitur levis, alia mediocris, alia gravis, & enormis, & quomodo differant inter se. n. 39 part. 1 f. 100

Pro qualibet ex his tribus incidit quis in excommunicationem Canonis. enormis , & mediocris sunt Papæ reservatæ, levis Episcopo : & à qua absolvī possit virtute privilegiorum Regularium. ibid. videatur verb *Excommunicatio.*

*Perficio.*

Religiosi tendere tenentur ad perfectionem, non per omnia supererogationis opera, sed per exercitium earum, quæ in Regulis præcipiuntur. n. 54 p. 2. f. 199

Nec tenentur ad perfectionem aspirare per obseruantiam consiliorum, quamvis transgressio eorum ex contemptu peccatum mortale esset, non tamen si transgressio esset ex negligentia, mala consuetudine aut malitia. ibid.

An mortaliter peccet Religiosus , qui observando suam Regulam , intentionem habet non proficiendi in Religione. n. 55 p. 2. f. 200

*Pictores.*

Peccant pingentes precibus Adolescentis imaginem pueræ, si crederant Adolescentem eam adhibitum ad libidinem ; peccant pariter indifferenter pingendo, & vendendo profanas imagines ad luxuriam provocantes. n. 48 p. 2 f. 326.

*Picturæ quarum pretium, à lege,*

vel communi æstimatione non est taxatum, si sint singulares, possunt ab ijs tanti vendi , quanti vendi possunt absque dolo, & fraude. ibid.

Non excusantur à jejunio propter eorum laborem præcisè ibid.

Qualis nam labor ipsis concedatur diebus festis. ibid.

*Pignus.*

Quid sit contractus pignoris , & quomodo ab Hypotheca distinguatur. n. 131 p. 1 f. 258. & seq.

An qui habet aliquod pignus , possit eodem uti. ibid.

Quando res, quæ percipitur ex pignore ob assecurationem debiti esset fructifera , fructus debent computari in diminutionem debiti, excepto pignore tradito pro assecuratione dotis. ibid.

An qui percepit aliquod pignus possit alteri oppignorare, & an possit mutuari aliiquid supra illud pignus cum hac conditione, ut censeatur venditum, nisi pro tali die, aut tempore redimatur. ibid.

*Piscatores.*

Piscare cum hamo non inhibitetur diebus festis, bene verò cum rebus. n. 12 parte 1 f. 66

Cum rebus potest fieri piscatio quorundam piscium , qui determinatis temporibus solent apparet. n. 49 p. 2 f. 327.

An sit peccatum piscare in fluminibus communibus per legem poenalem prohibitis n. 79 p. 1 f. 237.

An Piscatores teneantur ad jejunium n. 49 p. 2 f. 327.

*Pharmacopola Apothecarii.*

Quid scire teneantur, ut suæ obligationi satisfaciant. n. 29 p. 2 f. 318.

Quando vendere possint pulveres venenosos n. 30 ibid.

Quænam pocula possunt præbere ablique præscitu medici. n. 31 ibid.

Tenentur fideliter juxta præscripta schedularum medicamina tradere. n. 32 p. 2 f. 319.

Quando teneantur medicamina gratis tribuere pauperibus. n. 32 ibi.

*Pollutio.*

Est peccatum contra naturam n. 3 p. 1 f. 114.

Plurimi Rusticorum opinantur non esse peccatum. n. 3 ibid.

Quando habeat malitiam obiecti. n. 7 & 8 p. 1 f. 117.

Specie differt à sodomia, & bestialitate, & ut taliter distincta explicari debet in confessione. n. 153 parte 2 f. 396.

Idem dicendum de desiderijs, aut hujusmodi complacentijs. n. 155. p. 2 f. 397.

*Poenitentia Sacramentalis.*

Poenitentia à Confessario imposta adimplenda est intra tempus ab eodem præscriptum, & quando non præscribit tempus, citius quo fieri possit, adimpleri debet. n. 6. p. 1 f. 4.

Ad tria reducitur id, quod pro poenitentia imponitur. n. 34 p. 1 f. 332.

Ordinariè tenetur Confessarius imponere poenitentiam culpis proportionatam. ibid.

Quando Pœnitens est lucraturus aliquam Indulgentiam plenariam, potest Confessarius tenuem poenitentiam imponere. n. 35 ibid.

Potest etiam collevari poenitentia, applicando bona opera à poenitente facienda illis verbis: *quidquid boni feceris, &c.* n. 38 p. 1 f. 333.

Idem faciendum cum Pœnitentibus, qui solent eam omittere, si interdum immodica imponatur. n. 39. p. 1 f. 334.

Quænam opera censeantur salubriora pro poenitentia imponenda. n. 40 p. 1 f. 334.

Quomodo differat poenitentia medicinalis à satisfactoria. n. 97. parte 2 f. 375.

Satisfactoria *in toto*: est pars essentialis sacramenti, *in re*: est integralis p. 2 f. 376.

Pœnitens tenetur subire poenitentiam rationabilem sibi impositam, quam non adimplendo mortaliter peccat, si gravis sit, venaliter, si levis. n. 99. p. 2 f. 376.

An liceat poenitenti substituere alium, ut poenitentiam persolvat, n. 100. ibid.

An poterit authoritate Confessarij. n. 101 p. 2 f. 377.

An poenitens propria authoritate commutare possit poenitentiam in rem æqualem, aut meliorem. n. 102 p. 2 f. 377.

Qui per se non potest poenitentiam exequi, non tenetur, per alium. n. 103. ibid.

Quando imponitur ipsi eleemosyna,

fyna, satisfaciet per alium tribuen-  
do, dummodo expresse non impo-  
natur, ut propria manu tribuat. n.  
104 p. 2 f. 378.

Quænam censeantur pœnitentia-  
tæ medicinales à Confessario ap-  
plicandæ, ut pœnitentem curare  
valeat à plagis pravorum habituū.  
n. 26 & seq. p. 1 f. 329.

### Prælati.

Prælati Regulares quid præcipi-  
pere possint suis subditis, & quibus  
verbis uti debeant, quando per su-  
um præceptum ad culpam obliga-  
re intendunt n. 36 & seq. p. 2 f. 185  
videatur verb. *Obedientia*.

An Prælati Regulares absolvere  
possint sacerdotes ab hæresi occul-  
ta per *accidens* n. 30 p. 2 f. 348. vi-  
deatur verb. *Hæresis*.

Ferire, expoliare, aut alijs hujus-  
modi contumelijs afficere Præla-  
tos Ecclesiasticos, qualiter sit casus  
reservatus in Bulla Cœnæ. videa-  
tur *Bulla Cœna*.

### Præscriptio.

Excusat à restitutione primò, bona  
Fides, secundò, titulus proba-  
biliter præsumptus, tertio, Annire-  
quisiti ad præscriptionem. n. 62.  
p. 1 f. 229.

Ad præscriptionem rerum mo-  
bilium, requiritur spatum trium  
annorum inter præsentes, & qua-  
tuor inter absentes. Rerum im-  
mobilium, requiritur spatum de-  
cem annorum inter præsentes, &  
viginti inter absentes. Rerum de-  
mum Ecclesiasticarum, requiritur  
spatum viginti annorum inter

præsentes, & quadraginta inter ab-  
sentes. ibid.

Præsentes dicuntur hi, qui sunt  
in eadem Civitate, vel Territorio  
vel parte Regni, sive res præscri-  
benda ibi sit, sive alibi, absentes ve-  
rò, qui in diversis Civitatibus, vel  
Regni partibus, seu Territorij  
commorantur ibid.

### Precarium.

Explicatur natura, & essentia Pre-  
carij, & quomodo differat à Com-  
modato. n. 123 p. 1 f. 254.

Nulla est obligatio restituendi  
rem datam in precario, quando  
amittitur ex culpa levissima, aut le-  
vi; sed solum ex culpa lata ibid.

Quando usus unius rei conce-  
ditur pro tempore indeterminato  
dicitur contractus precarij. n. 125.  
p. 1 f. 256.

### Premium.

Premium rerum, unum est intrin-  
secum, extrinsecum alterum. In-  
trinsicum consistit in ipsiusmet rei  
bonitate. Extrinsecum in taxa à  
lege præcripta. In intrinseco, est  
latitudo infimi, medij, & supremi.  
n. 117 p. 1 f. 252.

An vendens, aut emens rem plu-  
ris, aut minoris, quam valeat, non  
excedendo dimidium justi pretij,  
seclusa omni fraude ad restitutio-  
nem teneatur. n. 115 p. 1 f. 252.  
& n. 48 p. 2 f. 253.

Quonam pretio, mercatores  
vendere possint suas merces, n. 36.  
& seq. p. 2 f. 320 vid. verb. *Mercatores*

### Primitia.

Solvendæ sunt Ecclesiæ, eo mo-  
do

do, quo solvuntur decimæ. n. 213  
p. 1 f. 194. videat. verb. *Decima.*  
*Privilegia.*

Privilegia alia sunt scripta, alia  
vivæ vocis oracula. n. 223 parte  
2 f. 423.

Nequeunt Regulares in foro  
conscientiae ut illis privilegijs, quæ  
expressè à Concilio Tridentino sunt  
revocata. n. 224 ibid.

Poterunt tamen uti ijs, circa quæ  
Concilium decrevit oppositum,  
sed absque clausula eorundem re-  
vocatoria. n. 225 p. 2 f. 424.

Non est revocatum privilegium  
celebrandi, & admittendi secula-  
res ad Divina Officia tempore in-  
terdicti n. 226. ibid.

Nec Privilegium suscipiendi Ordines  
extra tempora in quolibet  
die Dominicæ, aut alio festivo. n.  
227 p. 2 f. 424.

Nec Privilegium, quo dispensa-  
ri possint in intersticijs ab eorum  
Praelatis. n. 228. p. 2 f. 425.

Nec Privilegium dispensandi in  
impedimento petitionis debiti cū  
incestuosis. n. 230 ibid.

#### *Proclamations.*

Quænam esse debeant, matri-  
monium præcedentes. n. 64 & seq.  
p. 1 f. 144 vid. verb. *Matrimonium.*

#### *Procuratores.*

Procuratoris Officium non mul-  
tum differt ab Advocatorum of-  
ficio. n. 35. p. 2 f. 244. videatur  
verbum *Advocatus.*

Non possunt Procuratores sti-  
pendium excedens meritum sui la-  
boris recipere. n. 36. p. 2 f. 245.

An possint retinere sibi pecu-

niam à parte perceptam pro sol-  
vendis Advocatis, & Notarijs vo-  
luntariè eam cedentibus. n. 37. ibid.

An alteri hujusmodi munus com-  
mittere possint, retinendo sibi par-  
tem pecuniæ. n. 38. p. 2 f. 246.

An possit die festivo judicem in-  
formare voce vel in scriptis, etiam  
si stipendio sit conductus. n. 39.  
p. 2 f. 247.

An possit percipere stipendum  
à litigante absque præcedenti de-  
co conventione. n. 40. ibid.

An possit proprio marte confi-  
lium conficere cum mutua divisio-  
ne salarij. n. 41 p. 2 f. 248.

Quandonam in irregularitatem  
incidat Procurator exercendo su-  
um officium in causa criminali san-  
guinis. n. 107 p. 2 f. 291.

#### *Promissio.*

Quid sit contractus promissio-  
nis, ex qua materia esse debeat, &  
qualiter obliget. n. 143 p. 1 f. 266.

An promissio de re turpi obli-  
get, postquā altera pars adimplevit  
id quod promisit. n. 25 p. 1 f. 41.

Quomodo, & qualiter obliget  
promissio matrimonij. n. 41. & seq.  
p. 1 f. 132 videatur verb. *Sponsalia.*

#### *Propositio.*

Nulla ex propositionibus con-  
demnatis ab Innocentio XI. & ab  
Alexandro VII. Nec doceri, nec  
ad praxim deduci licet potest. n. 1.  
& seq. p. 1 f. 335. & p. 2 f. 337. vi-  
deatur verbum *Opinio.*

#### *Proprietas.*

Peccatum proprietatis commit-  
tit Religiosus exponens pecuniam  
ludo

ludo contra voluntatem sui Prælati. n. 10 & seq. p. 2 f. 172.

Peccatum proprietatis communiter in Religioneibus reservatur. n. 26. p. 2 f. 180.

Potest accidere quod Religiosus peccet contra votum paupertatis, & tamen quod non sit propriarius. ibid.

An Religiosus consumens in usus profanos aliquid cum licentia sui Prælati sit Proprietarius, & quænam censeatur hæc licentia. n. 41 & seq. p. 2 f. 188. videatur verbum Paupertas.

### Proximus.

Anteneamur amare proximum actu interno, & an huic præcepto satisfieri possit cum solis actibus externis. n. 39 & 40 p. 1 f. 347 & seq.

Quandonam obliget per se præceptum amandi proximum, & quando per accidens. n. 41 & seq. p. 1 f. 348.

An nomine proximi intelligatur quilibet homo, tam amicus, quam inimicus, tam fidelis, quam infidelis. n. 43. ibid. videatur verbum. Odium & verb. Inimicus.

### Pueri.

Communiter adhuc in tenera etate, cognoscunt malum esse exercere alias actiones indecentes. n. 10 p. 1 f. 6.

Quando sub conditione sint rebaptizandi expositi, & quando non n. 42. 43 p. 2 f. 123 & seq.

Habentibus usum rationis administrari debet Viaticum, etiamsi priori nunquam comunicaverint. n. 78 p. 2 f. 143. & seq.

Etiam quando dubitatur de usu rationis, dummodo septennium attigerint. n. 79 p. 2 f. 144

Potest administrari extrema unctionio, quamvis non communicent, nec graviter peccaverint. n. 97 p. 2 fol. 153

### Q.

### Quadragesima.

